Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 E
21

E.357.

13-20, h, 48

Digitized by Google

XIX ~~7612~~

Digitized by Google

Digitized by Google

IO. BAPTISTAE VENTRIGLIA

VICARII GENERALIS CAPVANI

TRACTATVS DE IVRISDICTIONE ARCHIEPISCOPI.

Digitized by Google

TRACTATVS DE IVRISDICTIONE ARCHIEPISCOPI

AVCTORE

IO. BAPTISTA VENTRIGLIA

VICARIO GENERALI CAPVANO;

Opus non minus vtile, quàm necessarium;

ac duplici Indice munitum.

AD

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

D. CAMILLVM MELTIVM

Archiepiscopum Capuanum, & S.C. super Episcopos, & Regulares à Secretis.



NEAP. Typis Francisci Sauij Typogr. Curiæ Archiep. 1656.

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

CAMILLO MELTIO

ARCHIEPISCOPO CAPVANO

VIGILANTISSIMO

Ac S. Congregationis ſuper Epiſcopos, & Regulares à ſecretis

IOANNES BAPTISTA VENTRIGLIA S.

Reipublicæ munia obeuntibus Illuſtriſſ. Domine non ſolùm commiſſæ eis Prouinciæ, verùm, & otij à publicis actibus concesſi reddendam eſſe rationem, M. Cato aiebat. Otioſis Deum non adeſſe, Menander cecinit; id ego cognitum, & compertum habens, iuſſu tuo, ad tui vices ſubeundas, in Archiepiſcopatu Capuano benignisſimè accerſitus, (munus quippe laborioſum; pauci enim incorruptam, nulliſque fucatam lenocinijs, qualem Chyriſippus depingit iuſtitiam, fouent, atque amplexantur) nullo vnquam tempore Gymnoſophiſtarum conſuetudinem non ſecutus laudabilem, à fori vacans ſtrepitu ferialibus in ho-

Digitized by Google

ris,præſens ſcripſi opuſculum,ea ſpe illectus, vt quæſtiones plurimæ inter Metropolitanum præſertim, & Suffraganeos facili negotio dirimantur. Qualequale illud ſit,nuncupandũ Tibi non immeritò sum opinatus, qui diſceptationes hinc inde diſcuſſas decidere vales,vt Iudex , ne dum tueri,vt vindex. Cuius virtutes innumeras, & laborioſas pro Christiana Republica functiones, vtinam hic locus eſſet ſingillatim recenſendi. Diſcerent procul dubio populi, Artem artium eſſe regimen animarum, & inſpicerent germanum Antiſtitis exemplar. Ea Te circa ſubditos menſura moderaris, quatenus arridens timeri debeas, & iratus amari,vt nimia lætitia Te communem non reddat, nec ipſa ſeueritas odioſum. Miſces maxima tua prudentia lenitatem rigori, facisque ex vtroque temperamentum quoddam, vt neque multa aſperitate triſtentur ſubditi,neque nimia benignitate ſoluantur. Virga parcè percutis; baculo valde ſubſtentas;animaduerſione pensitas malefacta, præmio benefacta trutinaris; piè ſemper decreta in mitius proferre,cadentes erigere,& periclitantibus ſubſidio eſſe conſueſcis. Vigilem conſtantisſimè prætefers ſuper dominicas oues,ne lupinis mor-

ſibus

ſibus laníentur, earumque necesſitatibus non modica liberalitate ſuccurris. Verè Paſtor. Verè Pater. Quicquid agis, quicquid loqueris doctrina populorum eſt. Sed mihi nec locus, neq; vires ſuppetunt: cum ad tuas, & nobilisſimæ Meltiæ familiæ laudes vix attingendas, orationem oporteret texere Panegyricam. Noli interim has lucubrationes aſpernari, quas ſub tui nominis luce in lucem profero, ſed quæ tua eſt clementia in vlnis habeto, vt ad maiora capeſſenda blandius alliciar in futurum. Nec meæ me pudet tenuitatis, quandoquidem Apiculæ ceras detulere ad magnificentisſimum Apollinis Delphici Templum, cum nihil póſſent opulentius. I tandem felix, quò Te Deus, & merita ducunt. Vale.

CANDIDO LECTORI

PETRVS IOSEPHVS BOCCARDO.

INter tot Legum Volumina,quæ ad hanc tempestatem prodiere propè innumera, quibusq; nimis ad modum præla gemunt; superuacaneum fortassis, & penè nulli futurum vsui,videri hoc quoque posset: At ne tibi amice Lector sordescat,quod virtutem redolet, neque seuerioris censuræ calculum afferas, vbi laudes malim agnoscas. Ne iudices de Sybillæ folijs, & noli oraculum credere,quod somnium est. Vigilias tuo commodo initas, iniquum est detractare,& plagas illius dexteræ infligere, quæ has lucubrationes tuæ scripsit vtilitati. Non enim ad famam aucupandam sudauit Author, cuius aures Præconiorum sono minimè titillantur.Si pauca,ne mirere;is sapit,qui fructuosa, non qui multa.Candidè mentis conceptus exprimit,non fucatis verborum lineamentis; nunquam enim venalem linguam prostituere, sed paucis semper prodesse magis, quàm supercilia lunasse placuit. Hæc verò scripta,nisi Amicorum impulsu in lucem prodirent, cum tineis,blattisque rixarentur, sibi namque potius, quàm alijs ea exarare in animo fuit, vt sui Præsulis iura accuratè dirigeret tueretur,vt illius vices non voce,sed re gereret. Si forsan multa videntur; aduertas, oportere ad plura iurgia plures leges, vt rerum Vniuersitas pace componatur. Quæ tamen hic reperies, summa prudentia ab optimis Iureconsultis deprompta ad genus humanum ritè gubernandum inuenta sunt, & excogitata ad vitam benè agendam. Æqui,bonique consulas.Hoc enim non vulgare,nec ab alijs vnquam excogitatum opus, Ecclesiarum Principibus,quanta sint propriæ potestatis confinia, intra quæ se contineant,satis indicabit, vt ritè suo fungantur officio, & obsequia promptius habeant. Quisquis enim Authoritatis terminum pretergreditur,obedientiam dissipat,& rixas excitando,crabrones,vt est in Adagio irritat. Si tibi arriserit hoc laboris argumentum, maiora si Cœlites annuant expectato. Vale

REVERENDISSIME DOMINE

Dominationis Vestræ Reuerendissime parendo mandatis libenter perlegi librum, cuius inscriptio est, Ioannis Baptistæ Ventriglia I.C. Capuani Tractatus de Iurisdictione Archiepiscopi & nihil in eo reperi, censurabile quod Ecclesiasticæ Immunitati, et libertati uel honestis moribus repugnans sit; Proinde si Dominationi Vestræ Reuerendissime uidebitur Typis dari potest. Neapoli die 14. Aprilis 1655.

Dominationis Vestræ Reuerendissime.

Deditissimus seruus.

Abbas Alexander Caualerius deputatus, & Curiæ Archiepiscopalis Fiscalis.

In Congregatione habita coram Reuerendissimo Domino Generali Vicario Neapolitano sub die 9. Aprilis 1655. fuit dictum, quod stante supradicta relatione reuisoris potest imprimi.

D. Ioseph de Iannario S.T.D. & Consult. S. Offic.

IMPRIMATVR

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Vidit Reg. Conf. & Præf. Reg. Cam. Io. Bapt. Amendola super reuisione Librorum Commiss. Deleg. per S. E.

Io. Baptista Amendola Reg. Consil. & Praef. Reg. Cam.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS

Reuidi ex mandato tuo accurate librum cuius titulus est de Iurisdictione Archiepiscopi idest in Episcopum, Auctore Reuerendiss. D. Io. Baptista Ventrilia Vicario Generali Curiæ Archiepiscopalis Capuanæ, et in ipso nihil reperio contra Regiam Iurisdictionem ipsumque censeo Typis dari posse ad communem omnium utilitatem, nec non in ipso admiratus sum peritissimi uiri subtilitatem, sapientiam, et intexturam admirabilem, dignum peruolutari inter manus primatum. Neapolim 2. kalendas Nouembris 1655.

Excellentiæ Tuæ

Addictissimus seruus

D. Ioseph Caualerius Primarius Lector.

Visa supradicta relatione IMPRIMATVR

Garzia Reg. Soto Reg. Burgos Reg.

Prouisum per Suam Excellentiam. Neap. die 17. Septembris 1655.

Carrillus

ARGVMENTORVM INDEX

Ar-

TRA-

TRACTATVS
DE IVRISDICTIONE ARCHIEPISCOPI

AVCTORE
D. IO. BAPTISTA
VENTRIGLIA
I. C. Protonotario Apostolico, olim Primicerio, nunc
Vicario Generali Capuano.

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum diuisio in Patriarcas, Archiepiscopos, Metropolitanos, Episcopos, & Summos Pontifices.*
2 *Pontificis, Patriarcarum, & Episcoporum hic non agit Auctor, sed solum de Archiepiscopis.*
3 *Archiepiscopus conuenit ratione ordinis cum Episcopo, Patriarca, & Summo Pontifice.*
4 *Archiepiscopus vnde dicatur. Archimandrita, Archidiaconus, Archipresbyter, Archidux, Archiater, Architectus vnde.*
5 *Archiepiscopus vocatur etiam Metropolitanus, & quare.*
6 *Matricula dicitur quasi prima scriptura.*
7 *Archiepiscopus, & Metropolitanus idem.*
8 *Archiepiscopus si quando dicitur differre à Metropolitano, est cum accipitur pro Primate.*
9 *Archiepiscopi aliqui non habent suffraganeos, & nequeunt dici rigorosè Metropolitani.*
10 *Archiepiscopus quot Ciuitates habeat suffraganeas, & an de necessitate in numero determinato.*

ARGVMENTVM.

Episcopalis Ordinis diuisio in partes, earumq; conuentio, Archiepiscopi etymologia eiusque conuentio, & differentia cum Metropolitano, & de numero Ciuitatum suffraganearum.

CAP. I.

Diuidunt DD. ordinem, seu gradum Episcoporum in quatuor 1 membra; In Patriarchas, Archiepi-

 sco-

ſcopos, Metropolitanos, & Epiſcopos, ita *B. Iſidor. in Can. cleros* §. *Ordo diſtinct.* 21. quem refert *Lotter. de re beneficior. lib.* 1. *q.* 9. *nu.* 1. Alij verò in totidem membra, ſed diuerſo modo diuidunt Epiſcopatum, nempe in ſũmum Pontificatum: Primatiatum, & Patriarchatum, Archiepiſcopatum, vel Metropolitanatum, ac ſimplicem Epiſcopatum, has diuiſiones deſumunt ſcribentes ex *cit. Can. cleros* §. *Ordo* 21. *diſtinct.* ita teſtatur nouiſſimè *eruditiſſimus Pater Andreas Gerunda Societatis Ieſu in ſuo eleganti Epiſcopo lib.* 1. *diſp. prima cap.* 2. *num.* 2. *poſt Vgolin. per ipſum adductum, & alios.*

2 Ex his autem prætermiſi tractare de Summo Pontifice, cum eminens materia proprios vires excedat, ſicut etiam de Patriarchis, & Epiſcopis, tamquam de materia pluribus in locis, ac ſatis abundè ab alijs diſcuſſa; Solum tamen hic dicendum erit aliquid de peculiari Iuriſdictione, & Dignitate Archiepiſcopi, & de eo, quod Archiepiſcopo propriè conuenit, vt Archiepiſcopo, non vti Epiſcopo.

3 Certum eſt autem, ac indubitatum Archiepiſcopum ab Epiſcopo, Patriarcham, & Summo Pontifice nihil differre, immo prorſus conuenire in ratione Epiſcopatus, & ordinis, vt obſeruatur *in gl.* in verbo *Epiſcopus in proœm.* 6. *& in Can. in nouo* verbo *Pari.* 21. *diſt. Henriq. in ſumm. lib.* 10. *cap.* 7. §. 2. *& cap.* 25. §. 1. *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 8. *Gerund. cit. loc. nu.* 3. differt tamen Archiepiſcopus ab alijs Epiſcopis in multis, & de his inferius dicendum eſt in toto hoc tractatu.

4 Archiepiſcopus ſic dicitur à græco vocabulo Archi, quod idem eſt, ac Princeps, ſiue primas, quaſi Princeps, ac Summus Epiſcoporum; habetur expreſsè in *cit. Can. cleros* 21. *diſtinct.* ex quo præeſt omnibus ſuæ Prouinciæ Epiſcopis, notât *Caſſan. in Catal. glor. mundi* 5. *par. conſid.* 44. *Galganet. de iur. publ. lib.* 3. *titul.* 18. *num.* 1. *Homobon. de bonis de human. vit. ſtat. par. prima cap.* 6. *verſ. hi dicũtur Azor. inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 33. *q. prima circa princip. & alij relati per Barboſ. cit. loc. nu.* 1. *Manriq. de præcedent. q.* 4. *num.* 1. *poſt Sylueſtr. in ſumm.* verbo *Archiepiſcopus*. Sicut in ſimili dicitur Archimandrita ab Archi, quod eſt Princeps, & Mandri, quod eſt ouis, ideſt Princeps, ſeu Paſtor ouiũ, declarat *Alber. in dictionario lit. A.* verbo *Archimandrita*. Item Archidiaconus ab Archi, ſeu Archos, quod eſt princeps, & Diaconus, quod eſt miniſter, ſeu famulus, quaſi miniſtrorum Princeps, ita *Petr. Greg. Syntagm. iur. lib.* 25. *cap.* 20. *in princip. Sylueſt.* verbo *Archidiaconus Azor. inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *q.* 1. *Caſtald. prax. ceremon. lib.* 1. *ſect.* 8. *cap.* 7. *nu.* 3. *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 24. *nu.* 1. qui alios citat. Item Archipręsbyter quaſi pręsbyterorum primus, ſiue pręfectus *Petr. Gregor. cit. loc. par.* 2. *lib.* 15. *cap.* 21. *nu.* 1. *Barboſ. cit. loc. cap.* 25. *num.* 2. Item Archidux dicitur ex quo eſt primus inter omnes alios Duces, ita *Caſſan. in Catal. glor. mund.* 5. *par. conſid.* 44. *verſ. audiui.* Item Archiater dicitur ſummus, ſiue primus medicus, ita *Accurſ. in rub. C. de Comi. & Archiatris lib.* 12. *Alber. in diction.* verbo *Archiatri lit. A. Galganet. de iure publ. lib.* 3. *titul.* 31. *num.* 3. Item Architectus dicitur quaſi magiſter tectorum, vt in *l. ſatis C. de proxim. ſacr. Script.* vel maior magiſter tectorum, vt in *l.* 2. *C. de excuſ. artificum.* Item Archigeron ab archos græcè, quod latinè eſt Princeps, & geron græcè, quod eſt ſenex quaſi maior, & ſenex Sacerdos in *l. Archigerontes C. de Epiſc. aud.*

5 Vocatur Archiepiſcopus alio nomine, ſcilicet Metropolitanus à menſura Ciuitatum, quia Metropolitanus debet habere ſub ſe decem, vel vndecim Ciuitates, & totidem Epiſcopos, vt habetur in *cit. cap. Cleros* 21. *diſt. circa principium*, ibi *Metropolitani*

tur autem à mensura ciuitatum vocãtur,vbi gl.in verbo à mẽsura.Sed melius dicitur Metropolitanus à metros,quod est mater,& polis, quod est Ciuitas,quia Ecclesia,& Ciuitas Metropolitani est mater aliorum ciuitatum Cap.de his 2.dist notat gl. cit.in verbo mensura,ita aduertit Couar.pract.quæst.lib.vnic.cap. 19.sub n. 8.vbi imputat Isidor.de errore dicẽtem dici Metropolitanum à mensura ciuitatum,vt supra Gambar.de off. legati à latere titul.de var.Ordinar.nominib.num.34.& seqq.& alij,quos refert,& sequitur Barbos.de iur.Eccles. lib.1.cap.7.num.2.& seq.Gerund. cit. loc.num.8.

6 Hinc matricula vocatur prima scriptura manu Notarij confecta de aliquo negotio,quia inde traducuntur aliæ,& ab ea originem,& auctoritatem habent, sicut apud Suet. in Augusto c.94.Palma,matrix dicitur, à qua tamquã à matre palmites alij procedunt, latius notat Couar. cit. cap.19.sub num.2.

7 Idem autem sunt Archiepiscopus, & Metropolitanus, prout probatur expressis verbis Cap. pastoralis de off. iud. ordin. vbi Metropolitanus Archiepiscopus vocatur, & Extrauag. Ioann. 22.Saluator de prabend.innuit Ordo Romanus titul. qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur,Cap. referente de praben. ibi ad Metropolitanum videlicet Remensem Archiepiscopum illa enim particula, videlicet est declaratoria eiusdem rei, & personæ ad tex in l.videlicet ff. de pactis,& Cap.trãsmissæ de co,qui cognouit consang.tradit Bart in l.vnica nu. 2. de constit.lib.6.Azor.instit moral.par. 2.lib.3.cap.33.q.4. & quod tantum nomine sint diuersi Archiepiscopus, & Metropolitanus,colligitur ex tex. cap.Cleros dist.21.& cap.de 93 dist.12. testatur Gerunda in suo Episcopo lib. 1.disp.1.cap.2.num.8.

8 Nec contra hanc sententiam possunt adduci verba,Cap.Cleros cit.pro eadem sententia à Gerund.quia dum ibidem Metropolitanus græce, &c.videntur asserere Archiepiscopum, & Metropolitanum differre, loquitur de Archiepiscopo, idest Patriarcha, vel primate,inferius verò Metropolitanum pro Archiepiscopo ponunt, ita declarat Barbos.de iur. Eccles. lib. 1.cap.7.num.6.vbi etiam num. 7. respondet legibus imperialibus, quæ in contrarium adduci possent.

9 Et licet supradicta sententia vera sit in iure, vnde nos in hoc tractatu loquentes de hac materia semper accipiemus Metropolitanum,& Archiepiscopum, tamquam idem, & vnum;non tamẽ negari potest,quod reperiantur nonnulli Archiepiscopi, qui non habent suffraganeos,& proinde in rigore non possunt dici Metropolitani, vt sunt in hoc Regno Archiepiscopus Rossanen. & Lãcianen.id tamen non facit contra propositam sententiam.

10 Id, quod dictum est, quod Archiepiscopus debeat sub se habere decem,aut vndecim ciuitates suffraganeas ex Cap.sitiote 6.q.3. hodie non est in vsu, tum quia dispositio dicti cap.non fuit perpetua, tum etiam, quia alius numerus Episcoporum fuit assignatus in vnaquaque Prouincia, notat post Petr.Gregor.syntagm.Iuris lib.15.cap.11. num. 3. Barbos.de iure Eccles.cit.cap.7.nu. 3.in fin. Castald.prax.carem.lib.1.sect.10. cap. 10.num.1.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscoporum Ordo similis in parte Sacerdotio gentilium,& quomodo. Flamines dicebãtur Sacerdotes gentilium,& vnde.*

2 *Archiepiscopus quis nam fuerit in Euangelica lege primus.*

S. Iacobus fuit primus Archiepiscopus, & quare dictus frater Domini.

3 *Archiepiscopalis Dignitas, ad quod inuenta.*

4 *Papa aliquando vocatur Archiepiscopus,*

pus, licet sæpius Episcopus.

3 *Archiepiscopus Prouinciæ præest, & pluribus Episcopis, sicut Dux pluribus comitibus: Patriarca præest pluribus prouincijs.*

Archiepiscopus Regibus comparatur, sed in iurisdictione melius Præsidentibus Prouinciarum.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopalis Ordinis figura, quisnam fuerit primus talis Ordinis, & quod Papa vocetur aliquando Archiepiscopus: Comparatio cum alijs, & præstantia.

CAP. II.

1 ORdo Archiepiscoporum quasi à gētilibus figuratus est, quorum Sacerdotes dicebantur Flamines, alij Archiflamines, & alij Protoflamines, prout legitur in Cap. 1. 21. dist. ibi *Horum discretio à gentilibus maximè introducta est, qui suos Flamines alios simpliciter Flamines alios Archiflamines, alios Protoflamines appellabant.* Re uera tamen discretio minorum, & maiorum Sacerdotum simpliciter ab ipso Christo sumpsit exordium, vt in *eod. tex. cap. 1. ibi simpliciter, &c.* Dicebantur verò prædicti Sacerdotes Flamines à filo, quo vtebantur, quasi Filamines. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga desuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filum tantum in capite religare cæperunt: nam nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat: verum in festis diebus filo deposito pileum imponebāt pro Sacerdotij eminentia, ita legitur in *Cap. cleros 21. dist. circa med.* ad id vide *Galganet. de iur. publ. lib. 3. titul. 17. num. 3.*

2 In Euangelica verò lege S. Iacobus Apostolus frater Domini fuit ordinatus primus Archiepiscopus Hierosolymorum, habetur in *Cap. porrò 66. dist.* & tradit ex eo *tex. Rodoan. de Simon. cap. 18. num. 5.* nuncupatur S. Iacobus frater Domini, quia filius fuit sororis matris Domini, vel quia fuit ei similis prorsus in persona: vel quia mater sua fuit filia fratris Ioseph, qui putabatur pater Domini, ita *gl. in cit. cap. porro verbo nuncupatus.*

3 Fuit hæc Dignitas Archiepiscopalis adinuenta ad extendendam formam ordinandi, & ius eligendi Episcopos, quę prius, ac naturaliter fuerat radicata in Petro, ita testatur *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 9. num. 42.*

4 Nota, quod Papa quoque quandoque vocatur Archiepiscopus, vt legitur in *cap. vlt. 21. dist.* ibi .n. Leo Papa appellatur Archiepiscopus Magnæ Romæ, refert quoque *Menoch. consil. 52. num. 56.* & explicat *Lotter. cit. loc. num. 3. & sqq.* licet magis frequenter maximè in diplomatibus soleat se vocari Episcopum. *Cap. in illis in fin. dist. 4. cap. fi. dist. 21. cap. 1. de const. num. 6.*

5 Dicitur Archiepiscopus, qui pręest Prouinciæ, quæ multas continet Ciuitates *Borcolten tract. de feud. cap. 5. num. 3. Lancell. Corrad. in templo indic. lib. 2. cap. 4. num. 2. fol.* mihi 183. Hinc est, quod Dux Episcoporum dicitur per *Marāt. de iurisd. par. 2. cap. 53. num. 27.* ea ratione, quia sicut dicitur, Dux habere sub se plures Comites, ita etiam dicitur Archiepiscopum habere plures Episcopos, ad quod sufficit etiam, si vnum tantum habeat, ita *Marant. eod. loc.* Episcopus verò dicitur, qui vni Ciuitati, & Diœcesi tantum præest, ita *Borcolt. cit. loc. nu. 8.* Et Patriarcha dicitur ille, qui non vni Prouinciæ, sed multis est præfectus, & in Archiepiscopos, etiam potestatem habet, ita quoque *Borcolt. eod. loc. num. 6.*

6 Ab alijs verò Archiepiscopus Regibus æquiparatur, prout latè probat

bat *Iacob. de Cæcil. lib. 1. §. post Primates in princip.* Sed melius Archiepiscopus in Iurisdictione Ecclesiastica retinet formam, & eandem auctoritatem, quam olim Præsidentes Prouinciarum, qui modò Rectores, modò etiam Iudices Prouinciarum dicebantur *l. 3. C. de off. Prætor. Prouin.* Iudicabant enim causas Ciuitatum cuiq; Prouinciæ subiectarum *l. de iure omnium incolarum ff. ad municipal.* ita tamen, vt quisque intra Ciuitatē suæ Prouinciæ contineretur *l. Delegatorum ff. de interd. & releg.* simulq; subijcerentur censuræ Præfecti Prætorij, ad cuius administrationem Prouincia pertinebat *l. ne quis Officialium iuncta gl. in verbo admonebis C. de Decurion. lib.* 10. non solum ad effectum referendi ad Principem *l. iustissimos §. nam si vera voces C. de off. rect. Prou.* verum etiam, si opus esset ad effectum remouendi ab officio, & alios substituendi *l. 3. & 4. C. de off. Præfect. orent.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus honore præfertur Episcopo.*

2 *Episcopi appellatione venit Archiepiscopus, non tamen in odiosis.*

Illegitimus ad obtinenda beneficia in Cathedrali dispensatus, non censetur in Metropolitana, etiam dispensatus.

Dispensatus ad Cardinalatus Dignitatem censetur ad minora etiam.

3 *Illegitimus dispensatus ad omne beneficium, non censetur ad Archiepiscopatum.*

Legitimatus per subsequens matrimonium dispensatione non indiget pro Episcopatu.

Illegitimi ad Episcopatum non admittendi remissiuè.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus, Episcopo præfertur, cuius nomine non venit in odiosis. Illegitimi ad vnum dispensati, quando censeantur ad aliud, & qui dispensatione non indigeant.

CAP. III.

1 Diximus *Cap. 1.* Archiepiscopum ab Episcopo, & Patriarcha nihil differre ratione ordinis, & characteris, quia Episcopalis ordo quoad spiritualem potestatem, ac Pontificiam dignitatem vnus tantum est *Cap. 1. dist. 99. Cap. Nouariensis 7. q. 1. Cucch. instit. moral. lib. 2. tit. 7. in princip. Sebast. Cæs. de Eccles. hiarch. q. 2. proœm. num. 3. vers. rursus, & num. 6.* differt tamen ab Episcopo, quia eum præcellit honore *Gemin. in cap. per singulos il 2. 9. q. 3.* & quia est persona magis priuilegiata *Cap. seruatis, & cap. igitur 25. q. 2.* ac ex alijs inferius proponendis.

2 Ex proposito principio quæritur, an appellatione Episcopi veniat Archiepiscopus, & quidem venire, sicq; dispositionem loquentem de Episcopis comprehendere Archiepiscopos, docet *Paris. de resignat. benef. lib. 2. q. 1. num.* 51. quem refert, & sequitur *Carol. de Graff. de effect. cleric. in prælud. num.* 323. qui alios citat. Hæc licet vera sint, tamen à simili habemus, quòd in odiosis appellatione Cathedralis non venit Metropolitana, vt docet *Ioan. à Cochier in Scholijs ad preces primarias Imper. super verbo in singulis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, paulò post princip. pag. 39. relat. per Barbos. de appellat. verb. iuris signif. appellat. 43. num.* 1. qui ex hoc deducit, quòd illegitimus dispensatus ad obtinenda beneficia in Cathedrali, non potest illa obtinere in Metropolitana secundum *Io. Monach.* & alios in *Cap. quamuis 1. in fin. de præb. in 6. Rebuff. tract. de collat. §. 1. in princip.* Et illegitimus dispensatus à Papa ad Episcopatum non dicitur dispensatus ad Archiepiscopatum. *Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 9. n. 6. Sayr. de*

*censur.lib.6.cap.*11.*num.*29. *Sanctorel. var.resol.par.*1.*q.*38.*num.*16.nouissimè *Gerunda in suo eleganti Episcopo lib.*2.*disp.*5,*cap.*5.*num.*4.vbi *nu.*5.doctissimè etiam probat,quod illegitimus dispensatus ad Dignitatem Cardinalatus à Papa censetur dispensatus ad Archiepiscopatum, & quamcumq; aliam Dignitatem minorem, quia cui conceditur maius censetur concessum etiam,quod minus est *Cap. ex parte de decim.* vbi *Abb.num.*2.*Oldr.consil.*225.Illud etiã absolutum est in his terminis,quod illegitimus dispensatus ad omne beneficium non dicitur dispensatus ad Archiepiscopatum,& Episcopatum, vt post *Card. in Clem. ne in agro* §.*si quis in* 4.*q.de stat.monach.*& alios docet *cit.Gerund.vbi supra num.*3.

3 Sed hic aduertè,quod legitimatus per subsequens matrimonium,absq; alia dispensatione potest promoueri ad Episcopatum, & Archiepiscopatum, quia matrimonium subsequens purgat omnia præcedentia *gl.*communiter recepta in *Cap.innotuit* in verbo *coniugata de elect.* & talem dici natum ex Matrimonio,probat *Couar.in epit. de matrim. part.* 2. *cap.*8.§.2.*num.*32.*Surd.consil.*213.*nu.* 17.*Lotter.de re benef.lib.*2.*q.*48.*num.* 88. *&* 89. Cætera de illegitimis ad Episcopatum non admittendis,vide apud *Gerund.cit.loc.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopatus est maxima Dignitas & quare.*

2 *Metropolitana Ecclesia maior honore est suffraganea.*

3 *Archiepiscopi dignitas maxima vnde Archiepiscopus habet fundatã intentionem in iure Metropolitico contra suffraganeos.*

4 *Archiepiscopalis Dignitas Regiæ comparatur.*

5 *Metropolim solus Papa creat cum causis, quos sufficit per ipsum supponi.*

6 *Metropolim solus Papa creare potest absq; consistorio.*

ARGVMENTVM.

Archiepiscopalis Dignitas maxima est, ex pluribus maior Episcopali, & solus Papa Metropolim creare potest.

CAP. IV.

1 Archiepiscopatum maximam Dignitatem esse in Ecclesia probatur apertè;primò à fortiori; quia Archiepiscopus antecellit Episcopum honore,vt notatũ est in*Cap. præced. in princip.*& est psona magis priuilegiata *Cap.seruatis, & Cap.igitur* 25. *q.* 3.& est Dux,seu Princeps Episcoporum, vt etiam dictum est supra *cap.*1.Et Episcopus dicitur sup omnes Ecclesiasticos in gradu cõstitutus,& eius Dignitas præest cuicumq; seculari,& est maxima dignitatum,ita vt nullus in Ecclesia dicatur Episcopo honorabilior, & eius honor nullis comparationibus potest adæquari, vt latius probat auctoritatibus,& rationibus. *Gerunda in suo Episcopo lib.*1.*disp.*2.*cap.* 3. per totum;igitur dicendum est dignitatem Archiepiscopalem, quæ præest Episcopali,tam eminenti,esse maximam.

2 Secundò,quia Ecclesia Metropolitana, cuius Rector est Archiepiscopus, est grandioris honoris, titulo suffraganea,quæ est sub iurisdictione, potestate,& subiectione Archiepiscopi,& Ecclesiæ Metropolitanæ, prout post *Pauin.de off.& potest. cap. sed. vac. par.* 2.*q.* 6.*sub num.*6.docet *Barbos.de iur.Eccles.lib.*1.*cap.* 7. *num.* 12.

3 Tertiò probatur Archiepiscopi maxima Dignitas ex eius præstantia, quæ aliquando appellatur auctoritas Metropolitana. *Cap.sollicitudinem*

num de appellat.cap.de his 12.dist. cap. fin.50.dist.& aliàs dicitur Metropolicum ius *cap.cum à nobis de Arbitr.et in Auth.de Eccles.titul.in princip.*Et ex eius eminenti Iurisdictione,cui tota Prouincia subest *Cap.super eo de cens.fib.*Vnde est, quod Archiepiscopus de iure habet fundatam intentionem contra omnes Episcopos, & Ecclesias suæ Prouinciæ, & ei datur manutentio in quasi possessione iuris Metropolitici contra illos, vt post *Rotam apud Tambur.in fin.tom.3. de iure Abbatum decis.56.num.1.et* 2.docet *Barbos.cit.loc.nu.*13. qui vlterius testatur cũ *Rot.prædicta*, quod quasi possessio iuris Metropolitici acquiritur ex cognitione causarum appellationum introductarum in Curia Metropolitani.

4 Quartò;quia Archiepiscopalis Dignitas Regali æquiparatur, vt dictũ est *cap.1.in fin.*ac etiam,quia Archiepiscopi,& Episcopi dicũtur Regum Patres,& Magistri. *Cap. quis dubitet dist.96.q.6.*cũ successores sint Apostolorum,qui fuerunt patres credétium,vt docet *Gerund.cit.loc.nu.*14.

5 Archiepiscopatum, siuè Metropolim nouam creare solius est summi Pontificis potestas,vbi iustæ aliquæ causæ id suadẽt; probatur ex *l.vnic. C.de Metropoli Beryto lib.* 11. *Latter. de re benef.lib.1.q.11.num.98.& seqq.* vbi vlterius dicit,quod si dictæ causæ à Papa exprimantur non possunt in dubium reuocari,etiam quod appareat aliquas ex causis expressis nõ subsistere,& erroneas esse,nam satis est, vel vnam ex multis consistere; Immò sufficit Papam supponere in genere,se ex iustis causis moueri, vt firmatum fuit in vna *Theatina superioritatis* 27. *Iunij* 1578. coram *D. Oradino*,quam firmarunt Domini in *Bononien. Metropolis* 23. *Iunij* 1606. coram *Cardinali Lancellotto*.

6 Et quamuis similia negotia nõ consueuerint Romani Põtifices pro eorum summa modestia aliter, quam consistorialiter expedire;id tamen nõ probat,quod Papa nõ possit illa, etiam solus terminare,vt in erectione nouæ Cathedralis sedis,defendit eleganter *Latter.cit.q.*11.

SVMMARIVM.

1 *Prouinciarum diuisio,sicut & Diœcesum ab Apostolis emanauit, & quomodo.*

2 *Prouinciarum fines non pendent à diuisione finium temporalium iurisdictionum.*

3 *Diœcesum diuisio non habuit ortum à Dionisio.*

Diœcesum confinia in Niceno Concilio,& alibi non statuta,sed renouata

4 *Prouincia tota dicitur Iurisdictionis Archiepiscopi.*

ARGVMENTVM.

Prouinciarum, & Diœcesum institutio,& fines,vnde ortum habuerint, & quod tota Prouincia sit Iurisdictionis Archiepiscopalis.

CAP. V.

1 Diuisio Prouinciarum,in quibus fuerunt creati Archiepiscopi Metropolitani facta fuit ab Apostolis,sicut etiam ab ipsis fuerunt diuisæ Diœceses,& in eis assignati Episcopi;& hoc secundum diuisionem olim factam ab Ethnicis ante Aduẽtum Christi,hoc modo:In illis Ciuitatibus,in qbus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis Doctores erant,Episcoporum primates, vel Patriarchas Beatus Petrus poni præcepit:qui reliquorum causas Episcoporum, & maiora negotia in fide agitarent:In illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines,quos tamen minores esse tenebant,quam memoratos primates,

mates, Archiepiscopos institui præcepit. In singulis verò reliquis Ciuitatibus, singulos, & non plures Episcopos constitui voluit: qui Episcoporum tantum vocabula sortirētur: quoniam neque inter ipsos Apostolos par fuit institutio, sed vnus præfuit omnibus, ita legitur in *Can. in illis* 80. *dist.* & habetur ex *Can. Prouinciæ 99. dist.*

2 Quibus in terminis est aduertendum, quòd licet Principes laici diuersis temporibus ciuitatum, & Prouinciarum fines aliter distinxerint, quàm olim essent; non ex hoc fuerūt mutati fines in prædictis semel per Petrum illiusq; successores assignati, quòd seruandum esset in posterū, si noua sequeretur distinctio, iuxta dispositam in *Can. lege Imperatorum* 10. *dist.* vbi *gl.* 1. *et Gemin. in* 4. *& Prępos. in 6. not ab.* & fuit latè decisum in *Virdunen. electionis Episcopatus* 15. *Nouembris* 1595. coram *Cardin. Lancellotto.* Vnde est; quod non procedit illatio à situatione, seù finibus territorij temporalis ad situationem, seù finem territorij Ecclesiastici, in quē sensum accipienda sunt verba *Gelasij* in *Can. licèt in Regulis ad fin.* 16. *q.* 4. & plenè per exempla demonstrāt *Bero. consil.* 22. *num.* 10. *lib.* 2. *& Menoch. consil.* 859. *nu.* 3. *&* 4. Item, si vna Prouincia in duas diuidi contingerit, non per hoc erunt duo Archiepiscopi Metropolitani, sed vnus sicut antea, vt in dicto *Can. lege Imperatorum cap.* 1. *&* 2. 101. *dist.*

3 Contra supradicta non potest validè adduci sententia *Platina in vita Dionysij* scribētis ipsum Dionysium primum omnium inter Episcopos Diœceses diuidisse, errās fortè cum Epistola ipsius Dionysij in *Can.* 1. 13. *q.* 1. & cum *gl. in can. nec numerus in verbo, aut in electa* 10. *q.* 3. cum quibus videtur obiter adhærere *Rot. in Theatina Iurisdictionis* 4. *Maij* 1612. coram *D. Coccino*; Nam *tex.* ille loquitur de distinictone Parochialiū, seù plebium Vrbis Romæ, non autem diœceseon, vt patet ex eius lectura, & etiam agnouit *Rota in Conchen. decimarum dell'Infantado* 7. *Februarij* 1618. coram *D. Andrea.* Et quamuis in Nicena synodo, & aliàs pluries fuerit actum de limitibus diœceseon, vt habetur in Annalibus Ecclesiasticis, id tamen actum fuit per modum renouationis, vel concordiæ inter Episcopos de finibus contendentes, non verò per modum primordialis alicuius diœceson cōstitutionis, vt declarat *Anacletus in cit. can. Prouincia 99. dist.* & testatur *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 10.

4 Item deducendum est totam Prouinciam dici esse Iurisdictionis Archiepiscopi Metropolitani, & eius Metropolitanæ Ecclesiæ, vt dicitur in *Cap. super eo de censibus*, & notat *Barbos. de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopi electio de Iure ad Canonicos nō ad suffraganeos spectabat nō tamen reprobabatur consuetudo hos admittens.*

2 *Archiepiscopi consecrationi, non electioni interueniebant Episcopi, qui debebant esse tres.*

3 *Episcoporum, et Archiepiscoporum electio solius est Papa, etiam in Iurepatronatus Regis, cuius est solum prę-sentare.*

4 *Archiepiscopi consecrationi de iure omnes suffraganei concurrere debēt; non tamen de necessitate.*

5 *Episcopus vocatur electus ante consecrationem, et post eam Episcopus simpliciter.*
Archiepiscopus non vocatur talis, nisi post sumptionem Pallij.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopi electio, cui de Iure competat; quibus consecratio; quid sit hodie in Episco-

scopis, & Archiepiscopis, & quando incipiant tales vocari.

CAP. VI.

1 DIcunt nonnulli olim electionē Archiepiscopi spectasse ad omnes Episcopos suffraganeos per *tex. in cap. Archiepiscopus 66. distint.* ita *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 9. nu. 41.* Sed verius dicendum est de iure communi Canonicos Ecclesiæ Metropolitanæ eligere Archiepiscopum, sicut statutum erat in electione Episcopi habetur ex *Cap. Bona memoria il 1. de postul.* vbi *Abb. num. 3.* notat, quod de iure Episcopi suffraganei non admittebantur ad electionem Archiepiscopi, nec etiam cum Canonicis ipsius Ecclesiæ Metropolitanæ, verum non reprobat consuetudinem, si quæ erat, admittendi Episcopos cum Canonicis prædictis ad eandem electionem, habetur etiam ex *Cap. cum Ecclesia Sutrina de cau. poss. & propr.*

2 Contra firmatam conclusionem non facit *Can. Archiepiscopus 66. dist.* quia *tex.* prædictus non loquitur de electione, sed de ordinatione, idest cōsecratione, de iure enim communi consecratio Archiepiscopi ad omnes Episcopos spectabat, vt in *Can. 1. & 2. cit. dist. 66.* Primus verò Archiepiscopus, qui fuit B. Iacobus Apostolus, vt diximus supra, fuit cōsecratus à SS. Apostolis Petro, altero Iacobo, & Ioanne, ex quo ritu statutum est hodie Episcopos non consecrari, nisi à tribus Episcopis habetur in *can. porro 66. dist.*

3 Sed quidquid sit de iure communi hodie electio, & consecratio Archiepiscopi, sicut etiā Episcopi pendet à suprema potestate summi Pontificis, quibus in functionibus conueniunt Archiepiscopi cum Episcopis, de quorum electione, vide apud *Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 8. num. 1. & seqq.* & ante eum *Paul. Laymon. de Prælat. Eccles. elect. Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. & sess. 22. cap. 2.* Et licet in nonnullis Ecclesijs Cathedralibus, & Metropolitanis Reges, vel Principes præsentent Prælatum, tamen præsentatus dicitur confirmari à Summo Pōtifice, prout testatur *Cassal. prax. cæremon. lib. 1. sect. 10. cap. 11. num. 1.* De consecratione verò *Concil. Trid. sess. 23. de ref. cap. 2.* de cæremonijs, de quibus in ea *Pontif. Roman. par. 1. titul. de consecrat. elect. in Episc.* multa *Castalt. cit. loc. cap. 3. & 4.* quæ omnia cum sint communia Episcopis, & Archiepiscopis, non sunt huius libelli, in quo tantum de ijs, quæ particularia sunt Archiepiscopi dicenda sunt.

4 Concludendum tamen est, quod Papa aliter non disponente, & de iure communi, suffraganei omnes concurre debēt ad consecrationem Metropolitani Archiepiscopi ex iuribus citatis, & *Cap. qui in aliquo in fin. 51. dist. cap. si Archiepiscopus cū seq. de tempor. ordin. Quarant. in sūm. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num. 4. Genuens. in prax. cap. 88. num. 3. secūd. vltim. impress.* Sed id de consilio, nam de necessitate sufficiunt tantum tres reliquis suffraganeis per literas saltem consentientibus, *Henriq. in sūm. lib. 10. cap. 24. §. 1. Paul. Comitol. resp. moral. lib. 1. q. 48. num. 13.* quos refert, & sequitur *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 9. num. 39.*

5 In hac materia adest differentia inter Episcopum, & Archiepiscopū, nam Episcopus licet ante consecrationem non debeat vocari Episcopus, sed electus, docet *Abb. in cap. 3. nu. 7. cap. cum te,* & ibi *Fel. col. 5. vers. 3. restringit de rescripts.* tamen post cōsecrationem liberè appellatur Episcopus; nihilominus Archiepiscopus etiam post consecrationem non appellatur Archiepiscopus ante pallij receptionem, *Abb. cit. loc.* & inferius latius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pallium est peculiare Archiepiscopi ornamentum, quo ab Episcopo differt.*
Pallij materiam, qui DD. exagitent.
2 *Pallium quomodo scribendum, & vnde dicatur.*
3 *Pallium est speciale Archiepiscoporũ, licet aliquibus Episcopis concedatur.*
4 *Pallij vsus priuilegium est personale.*
5 *Pallio vtitur quoque S. Pontifex.*

ARGVMENTVM.

Pallio vtũtur Papa, & Archiepiscopi, licet etiam aliqui Episcopi: Illius vsus priuilegium est personale.

CAP. VII.

1 INter cætera, quæ Archiepiscopo conueniunt, & in quo ab Episcopo differt Pallium est, ꝙ dicitur numerari inter insignia specialia Archiepiscopi, & speciale ornamẽtum illius vocatur, vt testatur post alios *Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 103.* de quo ornamento habetur in *Decreto* tota *dist.* 100. in *Decretali* toto *tit.* de *auctor. & vsu Pallij clem. Archiepiscopus de priuil* & in eisdem locis scribentes communiter *Ceremonial. Episcoporum lib. 2. cap. 8. Pontifical. Roman. titul. de Pallio,* tractant *summistæ* omnes in verbo *Pallium Durãd. in rational. diuin. off. lib. 3. cap. 17. Durant. de ritib. Eccles. lib. 3. cap. 9. Zerol. in prax. Episc. par. 1.* verbo *Archiepiscopus* §. *2. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 5. cap. 34. Baron. in anno 336 num. 64. Coriolan. in Breuiar. Chronolog. Pontif. eo anno sub Marco Decian. consil. 26. vol. 2. Genuens. in prax. cap. 88. num. 23. secund. vlt. impress. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 16. Petr. Gregor. Syntagm iuris lib. 15. cap. 9. Lesus de prerog. Archiepisc. Dignit. priuil. 21. Henriq. in summ. lib. 10. cap. 31. Marchin. de Sacram. ord. tract. 4. cap. 9. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 22. num. 2. & seqq. Quarant summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 32. Alzed. de præstant. Archiep Dignit. par. 1. cap. 13. Nouar. in prax. var. for. q. 11. num. 6 sect. 1. Mathado in suo perfect. confess. par. 7 tit. 1. docu. m. 2. Guid. Pancirol. in Thesaur. var. lect. lib. 1. cap. 20. Simon Vas Barbosa de significatis mysteriosis officij diuini cap. 22. F. Emanuel quæst. Regul. tom. 4. in prax. criminal. titul. 4. de visitat. cap. 14. Roderic. à Cunha in cõmentar. ad cap. palliũ 100. dist. Castald. in prax. cæremon. lib. 1. sect. 5. cap. 11. & sect. 10. cap. 10. num. 3. & seqq. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 103 & seqq. in summ. Apostolicarum decis* verbo *Pallium de Canon. & Dignit. cap. 32. num. 22. & seq. M. Ant. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul 6.* & alij.

2 In his terminis prima sese offert dubitatio, quomodo sit scribendum *Pallium*, ne cum *i*, an *Palleum* cum *e*, vel *paleum* cum vnica *l*, aut *Palium*, & scribendum esse *Palium*, cum *i*, & vnica *l*. dicunt aliqui, quia descendit à græco vocabulo *palin*, refert ita esse sententiam *Bald Add ad Abb. in rubr. de auth. & vsu pall. lit. a.* Ipse verò addens, tenet dici *Palium* cum *i*, & vnica *l*. à *palis*, idest *humeris*, ex quo est spallorum, seu humerorum ornamentum, & est loco superhumeralis, quo vtebatur sũmus Sacerdos in lege veteri *Exod. 28. Abbas* verò *cit. rubr. num. 3.* dicit, quod describi debeat istud nomen *Pallium* per *e*, & non per *i*; & sic quod nõ debeat dici *Pallium*, sed *palleum* a *pallore*, *seu palleo palles*, quia præ cæteris habent vsum pallei, debẽt n. Deũ diligere, ieiunijs, & vigilijs insistendo, propter quæ quis pallis effici consueuit. Alij enim, & magis communiter describunt cum duplici *l*, & *i*, & dicunt *pallium*, E sic rectè describendum esse, testatur *M. Ant. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 6. num. 5. Alber.* quoq; *in suo dictionario lit. P.* eod. verbo, vocant *pallium*, & *palleũ*; Sed quia co-

cognoscere de vocabulorum interpretatione est potius humanistarũ, quam Iuristarum, iuxta sententiam *Add. ab Abb. cit. rub. de auct. & vs. pall. lit. a. in fi.* ideo illis me remitto, & insequendo magis communem sententiam dicam pallium.

3 Dictum est pallium esse speciale ornamentum Archiepiscoporum secundum communem sensum *DD. in cap. nisi de auct. & vsu pall.* contra quod non facit habere vsum pallij Episcopum Ostien. ad ostia Tiberis Fluuij Sacri Cardinalium Collegij Cardinalium Decano, qui Papam consecrat, Episcopum Papiensem in Lombardia, Lucensem in Tuscia, Bambergensem in Germania, Quinqueecclesiensem in Vngaria, prout referunt *Moscon. de maiest. milit. Eccles. par. 1. lib. 1. cap. 8. pag. 236. lit. c. Steph. Durant. de ritib. Eccles. lib. 2. cap. 9. nu. 43. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 4. cap. 9. num.* 1. nam respondetur id esse ex particulari, & speciali priuilegio Sedis Apostolicæ, testatur *Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. n.* 103. *de Episcopo Papien.* refert *M. Anton. Cucch. cit. titul. 6. nu. 8.* de Episcopo Quinqueecclesien. habetur in *cap. cum in iuuentute de præsumpt.* refert *Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 22. nu. 14. Goffred. in summ. rubr. de vsu pallij sub num. 2.*

4 Hic potest deduci obiectio contra tale priuilegium vtendi pallio. Certum est enim pallium esse personale, quia cum persona sepelitur, vt dicemus inferius, igitur dicẽdum est hoc priuilegium esse personale, & proinde ad successores non transire, vnde dici posset, quod successores Episcopi in prædictis locis non possent vti pallio. Verum obiectioni respondet *glos. in can. scriptorum* verbo, *atq; priuilegia* 100. *dist.* quod licet hoc priuilegium sit personale, & trãseat cum persona, tamen debet concedi successoribus, cum petierint alias iniuria illis fieret.

Vtitur quoque pallio summus Pontifex in signum plenitudinis potestatis semper, & vbiq; ac etiam conceditur Patriarchis; quod cum excedat nostrum propositum me remitto ad *DD. citatos* supra præsertim *Cucch. Lotter. & Barbos.*

SVMMARIVM.

1 *Pallium quotupliciter sumi possit.*
2 *Pallij vsus origo à Ritu hebraico.*
3 *Pallij descriptio.*
4 *Pallium qualiter conficiatur. Pallij partium significatio.*
5 *Pallij circulus, quod significet.*
6 *Pallium habet quatuor cruces nigri coloris, & de varijs illarum significatis.*
Pallij cruces tres acus præmunt, quarta crux non præmitur, & quare.
7 *Pallij acus, quid significent.*
8 *Pallij acus forma, & significatum.*
9 *Pallij linea quotuplices, & quid significent.*
Pallium est duplex in sinistra, in dextera simplex, & quare, & num. 10.

ARGVMENTVM.

Pallij varia significata, origo, & descriptio; partium forma, earumdemq; significatio.

CAP. VIII.

1 PAllium in genere prædicatur de pluribus speciebus. Primò de quacunque sæculari veste, vt in *l. item quæritur §. si Fullo ff. locat.* Secũdò pro veste, qua super alijs vulgariter vtimur, vt *Matt.* 5. & in *can.* 1. 14. *q.* 1. Tertiò pro palliolo Episcopali. Quartò pro pallio vulgari cuiuscunque Christiani, ad quod transitum fuit à toga in duplici significatione, vel pro veste illa sacra, qua vtitur Sacerdos quilibet in celebratione Missæ, quam vulgo planetam, siue casulam dicimus, vel pro ornamẽto quodam singulari, quo vestis Summi Sacer-

cerdotis decorabatur circa humoros,& pectus,Phrygiũ, pprie dicto, casulæ ipsi adhærente;de quibus vltimis speciebus, latè *Baron. in anno 261.num.40.*in anno 57.*nu.94.* & in anno 336,*num.64.*notat *Coriolan. in Breuiar.Chronolog.Pontif.eo anno sub Marco*;Vltimò de proprio,& speciali ornamento Archiepiscopi,de quo hic.

2 Vsus autẽ huius pallij desumptus fuit ab antiquo ritu Sacerdotij Hebræorum, in quo summi ipsius Sacerdotis insigne erat conspicuum illud super humerale, quo non poterat vti alius Sacerdos, vel Pontifex,iuxta id,quod legitur *Exod. cap.* 28.Quamuis alij existimauerint vsũ pallij desumptum fuisse ex illo loco *Genes. cap. 49. lauabit in vino stolam suam,et in sanguine eius pallium suum, vel ex cap.9.eiusdem Genes.*ibi *palliũ imposuerunt humeris suis,& cap.4.extendentes desuper pallium*, nihilominus coniectura supradicta est probabilior,& verior, quam ex nostris, etiam probauit *Dec.consil.26. nu.* 8. in extremis verbis *vol* 2.

3 Pallium describitur ab *Abb.in rub. de auct.& vsu pall.nu.*1.videlicet:est insigne ornamentum Archiepiscopi,vel Episcopi de corpore B. Petri sumptum, à *M.Ant.Cucch.inst.moral. lib.4.titul.6.nu.*5.describitur: est ornamentum Patriarcharum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & quandoq; etiam Episcoporum de corpore B.Petri sumptum, Pontificalis officij plenitudinem conferẽs, humeros pectusq; more Sacerdotalis stolæ ambiens, ante pectus pendens,cruces nigras intẽtas habens, alia ornamenta super tegens, ita *Cucch.cit.loc.*

4 Pallium prædictum est contextum candida lana, habens desuper circulum,humeros contegentẽ,& duas lineas ex vtraq; parte, videlicet ante,& retro, à dextris, & sinistris; & ante, & retro infiguntur pallio tres acus,quorum nullũ vacat à ministerio,vt dicit *Alex.de Alex.in quarto*,& omnia sunt moralibus imbuta mysterijs,& diuinis grauida sacramentis,vt dicit *Gugl.in rational.* In candore igitur lanæ,benignitas designatur secundum opinionem *Turrecrem.in cap.1.num.4.dist.*100.In lana verò designatur asperitas, nam Ecclesiastica disciplina erga rebelles, & ostinatos seueritatem exercet,sed erga pœnitentes,& humiles exhibet pietatem;lana illius non est cuiuslibet animalis, sed ouis, siuẽ agni, & simbolum est humilitatis, quod verè est proprium insigne Põtificatus, iuxtà sententiam *Gregorij lib.4.epist.*51. in hæc verba *decorari pallio volumus,forsan moribus indecoris;dum nihil in Episcopali ceruice splẽdidus fulget,quam humilitas*,vt refertur in *Can. contra morem* §. *decorari. dist.*100. vel figuratur mansuetudo, quæ celebratur in tali animali *Ios.* 53.*tamquam ouis ad occisionem ductus est*,quo significatur mansuetudo sũmi Pastoris Christi,Item de lana tãquam de vili materia,vt habeat pretium non à se,sed ab eo,quod significatur in se,vt non oculis, sed mente spectabile sit,vt non ad ornandum, sed ad significandum indui intelligatur,ita *Turrecrem.cit. num.*4.

5 Circulus pallij, quo humeri constringuntur est timor Domini, per quem opera coerceantnr, ne, vel ad illicita defluant,vel ad superflua relaxentur;quoniam disciplina,sinistrã cohibet ab illicitis formidine pęnæ; dexteram verò temperat à superfluis iustitiæ amore, *Beatus vir, qui semper est pauidus Prouerb.* 28.iuxtà sententiam sapiẽtis timor Domini peccatum expellit,qui verò sine timore consistit,iustificari non poterit *Eccles.* 7.dicitur,*qui timet Deum nihil negligit*. Ideo etiam circulus pallij sub collo humeros constringit ad notãdum,quod illud ferens debet esse idem corpore, & sermone; *Turrecrem.cit.loc.* Vel vt ex illo significetur ipsius Pontificis officium,in querendo

rendo ouem perditam, vel aberrantem, inuentamq; humeris suis tollendo, quo scilicet Pontifex, qui Christi typium gerit, ipsiusq; munere fungitur, ipso quoque extrinseco habitu, omnibus insinuaret se boni illius, ac magni pastoris imitatorem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendos proposuit, vt ex *Isidoro Pelusiota ad Hermin. epist. 136. lib. 1.* notauit Baron. *anno 216. nu.* 15. & rursus ex *Eustach.* 10. qui illud nuncupatim vocat ouis errantis Typũ; hæc eadẽ sententia placuit *D. Thom. in 4. dist. 24.* & post eum *Turrecrem. cit. loc. nu. 19. circa finem vers. secundò respondetur*, *& repetitur à Baron. in anno 153. num. 7.*

6 Habet quoque pallium quatuor cruces nigri coloris, propter mortificationem vitiorum, quæ debet esse in palliato, vt cũ Apostolo dici possit *Mundus mihi crucifixus est, et ego Mũdo ad Gal. 6. secundum Abb. in rub. de auct. & vs. pall. num.* 5. Vel quia istæ quatuor cruces, designant quatuor virtutes politicas, quæ sunt Iustitia, Fortitudo, Tẽperantia, & Prudentia, quæ cruces vna est in parte exteriori, vt qui pallij gloria decoratur, si cupit esse, quòd dicitur in anteriori parte debet habere iustitiã, vt reddat vnicuiq; quòd suum est, altera in parte posteriori, quæ prudẽtiam designat, vt caueat, quòd cuiq; nociuũ est, tertia à sinistris, cui fortitudo applicatur, vt eum aduersa non deprimant, vltima à dextris temperantiæ loco, vt eum prospera non extollant, ita *Turrecrem. cit. num. 4. vers. is ergo.* Alij dicunt, quòd dictæ quatuor cruces significant quatuor affectiones carnales, scilicet Gaudiũ, Dolorem, Spem, & Timorẽ. Prima, quæ est ante pectus Gaudium significat; secunda à sinistris significat Spem. Tertia, quæ est retro significat Dolorem, Quarta, quæ est à dextris significat Timorẽ, & ideo opposito modo ponuntur vna cõtra aliam; verùm, quia huiusmodi affectiones aliquando nimis excedunt, & tunc sunt potius afflictiones, ideo in primis crucibus ponuntur tres acus ad pungendum, & præmendum, seu ad notandum, quòd reprimi debent affectus nè excedant, in quarta non ponitur acus, quia per illam significatur timor, qui portat secum socium aculei, ita *Abb. cit. rubr. de auct. & vs. pall. num.* 5.

7 Vel secundum alios prædictæ tres acus, quæ pallio insignuntur, & super humerum, & post tergum, designant compassionem proximi, administrationem officij, & districtionem iudicij, quorum prima purgat animã per dolorem, secunda per laborem, tertia per terrorẽ: de prima *2. ad Cor. 11. præter illa, quæ extrinsecus sunt instãtia mea quotidiana sollicitudo omniũ Ecclesiarum*: de tertia *prima Petri 4. si iustus vix saluabitur impius, & peccator vbi parebunt.* Super dexteram non infigitur acus, quia æterne quietis nullus est afflictionis aculeus, nullus stimulus punctionis, quia vt habetur *Apocal. 21. absterget Deus omnẽ lacrimam ab oculis Sanctorum suorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt.*

8 Acus est aurea, sed inferius est acuta, & superius rotunda, pretiosum continens lapidem, quia nimirum bonus pastor propter curam ouium affligitur in terris, sed in cœlis coronabitur, & pretiosam illam margaritam habebit, de qua *Matth.* 25. *ita Turrecrem. cit. loc.*

9 Habet quoque palliũ duas lineas, quarum vna ponitur in dorsum, & altera protenditur ante pectus, quæ actiuam, & contemplatiuam vitam designant, quas ita debet Prælatus exercere, vt exẽplo Moysi *Exod.* 19. nunc in montem ascendat, & ibi necessitatibus populorũ, puisurus attentus, vt cũ sępe se dedit alijs, & ẽt idem se sibi restituat, quatenus, & cũ Martha circa frequẽs ministeriũ satagat, & cum Maria verbum audiat Saluatoris. *Luca* 10. Vtraque tamen

linea grauat inferius, *quia corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sap.* 9. Quapropter est pallium in sinistra duplex, sed in dextera simplex, quia vita præsens, quæ per sinistram accipitur, multis est subiecta molestijs, sed vita æterna, quæ per dexteram designatur, gaudio simplici sine molestia aliqua deducitur, quòd *Luca* 10. designatur in Martha: *Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

10 Vel pallium est duplex in sinistra, quatenus ad tollendas præsentis vitæ molestias prelatus fortis existat, simplex in dextera quatenus ad obtinendam vitæ futuræ quietem toto suspiret affectu, iuxtà *Psal.* 26. *vnam petij à Domino hãc requiram, vt inhabitem & cæt.*

SVMMARIVM.

1 *Pallij descriptio per partes illarumq; locus.*
2 *Pallij vsus, cuinam primò concessus.*
3 *Pallij vsus quare concessus Archiepiscopis.*
4 *Pallium solus S. Pontifex concedit.*
5 *Pallium quare dicatur sumi de corpore* B. *Petri.*
6 Pallium, *& si detur à* Patriarca, *dicitur tamen de corpore B. Petri.*
7 Pallium *potest suscipi per* Procuratorem.

ARGVMENTVM.

Pallij descriptio, vsus, concessio, & susceptio.

CAP. IX.

1 Collige ex supradictis, quòd pallium est quædam vestis albi, seu pallidi coloris, rotunda, seu circularis, seu quæ claudirur ad modũ circuli, vel collaris ex parte posteriori, licet collaris extendatur circa collum, sed pallium circa brachia habens quatuor cruces modo superius descripto, & ponitur super planetam, & debet esse taliter stricta, & talis ambitus, quòd non descendat ad brachia, ita *Abb. in supracit. rubr. de auct. & vs. pall. in fin.*

2 Vsus pallij fuit concessus primò à Marco primo Pontifice Episcopo Ostien. qui ipsum Papam consecrat, vt notat *Baron. & Coriolan. in anno* 336. *ex Anastasio Bibliothecario in vita S. Marci*, & refert *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q.* 22. *num.* 10.

3 Quæritur quare Archiepiscopi fuerint decorati hac honoraria veste, & eis concessum pallium. Et respondetur id fuisse ea ratione, quia cum ij à Sede Apostolica suscipiant aliquam excellentiã honoris supra alios Episcopos, conueniens fuit, vt etiam ab eadem Sede susciperent ornamenta designantia excellẽtiorem illam dignitatem ita docet *Turrecrem. in can.* 1. *nu.* 2. *dist.* 100. quem sequitur *Lotter. cit. q.* 22. *num.* 15.

4 Pallium à solo Romano Pontifice datur in signum plenitudinis potestatis, quæ à sola Sede Apostolica, eiusq; Præsidẽte Romano Pontifice Petri successore in cætera membra Ecclesiastica profluit, notat *Castal. in prax. ceremon. lib.* 1. *sect.* 10. *cap.* 1. *sub num.* 4.

5 Dicitur pallium de corpore B. Petri assumi, primò, quia à solo Summo Pontifice datur, vt supra secundum opinionem *Castald. cit. loc.* Secundò, quia pallium benedicitur, & consecratur à Papa super Altare B. Petri, & ibi ponitur, & inde traditur Archiepiscopo præsenti, vel eius procuratori si est absens, iuxta *Cap. quoniam* 100. *dist.* notat *M. Ant. Cucch. instit. moral. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 19. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q.* 22. *nu.* 12. *Castald. cit. loc. sub num.* 3. *in fin.*

6 Contra supradicta adducitur *tex. in cap. antiqua de priuil.* vbi circa me-

dium

dum disponitur, posse Patriarchas filiis Archiepiscopis pallium tradere: ergò non est verum dicere pallium sumi de corpore B. Petri, ex quo ab ipso Summo Pontifice datur.

Respondetur adhuc, quod si à Patriarcha recipietur pallium, etiam dicetur dari à Romano Pontifice, quia talis potestas ab ipsa Romana Ecclesia eiusq; capite Pontifice maximo Petri successore proficiscitur; nam & hi quibus à Patriarchis pallium confertur ab ipso Pontifice Maximo, & Ecclesia Romana eiusq; auctoritate illud accipere censentur *Abb. in cap. significasti in gl. penult. de elect.* & refert *Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 6. num. 22. in fin.*

7 Ex supradictis aduertè, quòd pallium potest accipi per Procuratorem sed cum speciali mandato ad illud nomine ipsius Archiepiscopi absentis recipiendum de forma huius mandati, vide *Ioan. Andr. in cap. ad honorem de auct. & vs. pall.* quem ibidē refert *Abb. num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus ante sumptionem pallij non vocatur talis.*

Archiepiscopus ante sumptionem pallij non potest facere ea, quæ sunt honoris.

2 *Archiepiscopus ante sumptionem pallij non potest, neque, quæ sunt communia Episcopis facere.*

3 *Archiepiscopus ante sumptionem pallij non potest consecrare, ordinare, immo nec Pontificalia exercere.*

4 *Archiepiscopus ante sumptionem pallij, quæ ipse non potest, potest alteri demandare.*

5 *Archiepiscopus ante sumptionem pallij potest loco alterius aliqua facere.*

6 *Archiepiscopus ante receptionem pallij inualidè facit, post verò illicitè, si sine eo faciat prædicta.*

7 *Archiepiscopus Episcopi consecrationem alteri demandat de iure, nisi sit in mora petendi pallium.*

8 *Archiepiscopus ante receptionem pallij non consecrat Virgines.*

9 *Crucem non defert ante se Archiepiscopus priusquam recipiat pallium.*

10 *Archiepiscopus per confirmationem ante receptionem pallij recipit plenam potestatem iurisdictionis.*

Archiepiscopus quæ prohibentur ante receptionem pallij.

Concilium Prouinciale non congregat Archiepiscopus ante receptionem pallij, & quid de Diœcesano.

11 *Archiepiscopus, quæ possit ante receptionem pallij facere.*

ARGVMENTVM.

Archiepiscopi nomen, & Iurisdictio non habetur, nisi post sumptionem pallij, & de ijs, quæ fieri possint, vel non ante sumptionem illius.

CAP. X.

1 Textus in *Cap. nisi specialis de auct. & vsu pall.* ita disponit *sane, si postulatio Troiani Episcopi ad Panormitanam Ecclesiam fuisset per nos, vt illam approbata non tamen debetet se Archiepiscopum appellare priusquam à nobis pallium accepisset, in quo pontificalis officij plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur*; Ex quibus verbis communiter deducunt DD. quòd Archiepiscopus, etsi sit electus, confirmatus, & consecratus, ante traditionem pallij non vocatur Archiepiscopus, quod etiam probatur ex *Cap. suffraganeis, & cap. significasti de elect. & cap. quod sicut* ¶. *super eodem. Felin. in cap. eam te col. 1. de rescriptis*, nec etiam ante receptionem prædictam confertur plenitudo Archiepiscopalis officij, vt dicit *Abb. in eod. tit. num. 1.* nec habet Archiepiscopus plenum ius, vt docet *M. Ant. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 6. n.* 7. &

quia in pallio inest plenitudo potestatis, ante eius receptionem nõ posse Prælatum facere ea, quæ sunt honoris, & dignitatis dicit *Add. ad Abb. in cit. cap. nisi specialis lit. a.*

2 Hinc colligè primo Archiepiscopũ ante pallij receptionem non solum non posse exercere munera, quæ propria, & peculiaria Archiepiscoporũ sunt, sed neque illa ipsa, quæ alijs Episcopis inferioribus communia sunt ratione ordinis ex consecratione quæsita. *Abb. in cap. 1. num. 9. de transl. Epis. Cucch. instit. moral. cit. titul. 6. num. 2.*

3 Colligè secundò, Archiepiscopum ante pallij receptionem non posse conuocare Concilium, conficere Chrisma, dedicare Basilicas, ordinare Clericos, & Episcopos consecrare, ita disponit *tex. in cap. quod sicut §. super ea in fin. de elect.* vbi *gl.* in verbo *sine pallio*, & DD. communiter notat *Cucch. cit. loc. num. 3. Castald. in prax. cerem. lib. 1. sect. 10. cap. 10. nu. 3. Pontifical. Roman. titul. de pallio pag. 321.* latius Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 113. & seqq.* vbi prædictis generalem addit conclusionem, non posse Archiepiscopum ante pallium acceptum quamuis consecratum Pontificalia exercere, & illa munera sui officij, quæ tanquam Archiepiscopus facere videtur, declarat etiã *Decian. consil. 8 num. 234. lib. 1.*

4 Sed propositam conclusionem declara, non posse Archiepiscopum ante receptionem pallij prædicta exercere per se ipsũ, bene tamẽ posse illa alteri demandare, & Põtificalia per alium exercere, vt declarant *Castal. & Barbos. cit. loc.* ea cõditione, dumodo Archiepiscopus non fuerit in mora petendi pallium.

5 Declara secundò, prædicta vera esse, cum Archiepiscopus intendit ea exercere iure suo, & ex propria persona tanquam Archiepiscopus, secus vero si tanquam Episcopus vice alterius Episcopi, qui cum inuitaret in sua Diœcesi, ita post *Feret. consil. 90. sub num. 3.* & per totum aduertit *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 22. n. 25. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. n. 559. in fin.* qui alios citat *Prosp. de August. ad Quarãt. summ. Bull. verbo Archiep. auct. vers. 32 lit. a.* qui dicit, quòd Episcopus factus Archiepiscopus potest ante receptionem pallij alienos Clericos inuitatus ab Ordinario, non tamen suos ordinare.

6 Declara tertiò Archiepiscopum prædicta non posse nec validè exercere ante pallij receptionem, vt per *DD. cit.* Sed post pallij receptionem ea validè exercere, etiam sine pallij gestatione posset, licet malè faceret, obseruat *Cucch. instit. moral. lib. 3. titul. 6. num. 4.*

7 Dictum est supra Archiepiscopum non posse ante pallij receptionem Episcopos consecrare, ad quod aduerte, quòd de iure communi poterat Archiepiscopus, etiam ante pallij receptionem demandare alteri consecrationem suffraganei, dumodo non fuisset in mora petẽdi aliud, deciditur in *Cap. suffraganeis de elect.* vbi *DD.*

8 Colligè tertiò Archiepiscopum nõ posse ante receptionem pallij virgines consecrare, aduertit *gl. in cit. cap. suffraganeis verbo pallium de elect.* notat Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. sub num. 113.*

9 Colligè quartò, quòd Archiepiscopus ante pallij receptionem non facit ante se deferre crucem, sed statim illo accepto ad benedictionem, eleuatur crux *Ceremonial. Episc. lib. 1. cap. 25 Castald. prax. ceremon. lib. 1. sect. 10. cap. 10. sub num. 17.*

10 Concludendum est in his terminis, quòd licet ante receptionem pallij, quis non consequatur nomen Archiepiscopi, nec plenitudinem Pontificalis officij, & potestatem in his, quæ sunt ordinis, vt dictum est supra, tamen per actum cõfirmationis ante pallij receptionem recipit potestatem quoad illa, quæ sunt Iurisdictionis, exceptis maioribus, vt

est

est conuocare Concilium Prouinciale, ita declarat *Abb. in cap. nisi specialis nu. 3. de auct. & vs pall.* vel melius dicendum est cum cõmuni, posse Archiepiscopum ante receptum pallium exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, exceptis casibus in iure expressis; ita *Host. in cap. suffraganei de elect. num. 3. & 9.* & ibi *Ioan. Andr. n. 8. Anton. num. 5. Panormit. num. 1. Bal. num. 1. in fin. Cord. num. vnic. oppos. 1. in fin. primæ solutionis Ancor. in princip. 1. notab. Sanch. lib. 4. summ. cap. 38. num. 9.* colligitur ex *cap. suffraganei cit.* vbi dicitur, in, posse esse Archiepiscopi, non dum recepto pallio cõmittere alicui Episcopo cõsecrationem sui suffraganei, quasi ea commissio sit actus iurisdictionis, vbi *gl. not. 2.* ait per confirmationem concedi Archiepiscopo ea, quæ sunt iurisdictionis. Dixi exceptis casibus in iure expressis, quia non potest conuocare Concilium Prouinciale, vt supra; quæ exceptio cum sit odiosa, non debet se extendi ad Synodum Diœcesanum, quæ propriè non potest dici Concilium, vt notauit *Gardin. Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 4.* cũ in eo nullus sit, qui iurisdictionem habeat, ac suffragium decisiuũ, præter vnum Episcopum.

11 Hinc colligè posse Archiepiscopum ante pallij receptionem absoluere ab excommunicatione, dispẽsare in votis, iuramentis, & aliis, in quibus iure ordinario, vel delegato possunt alij Archiepiscopi; ratio est, quia hæc non pertinent ad potestatem ordinis, sed iurisdictionis, quòd ex eo colligitur, quia Episcopi etiam ante consecrationem possunt hos actus exercere, vt omnes concedũt. Quòd totum intelligitur post adeptam possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Consecratio petitur intra tres menses ab Archiepiscopo; quid si ante erat Episcopus.*
Pallium petitur intra tres menses.
2 *Pallium fortiter peti debet.*
3 *Pallium fortiter peti, non inducit ambitionis notam.*
4 *Pallium petens procurator nomine Archiepiscopi, quid si moriatur resolue num. 5.*
6 *Pallium petendi formula.*
7 *Pallium regulariter non datur, nisi instanter petenti, licet aliquando secus.*
8 *Pallium datur præcedentibus meritis.*
9 *Pallium recipiens, quid promittere debeat.*
10 *Pallium petẽs professionem fidei emittit, & quod iuramentum præstare debeat.*
11 *Pallij traditio nõ retardatur per obiectum criminis, nisi obijciens iuret, & alia offerat.*

ARGVMENTVM.

Tempus, modus, forma, & merita, quibus petitur Pallium; & quomodo illius traditio impediatur.

CAP. XI.

1 Electus infra tres menses petere tenetur consecrationem, & pallium, disponitur in *Can. quoniam 100. dist.* in illis verbis *quisquis Metropolitanus vltra tres menses cõsecrationis suæ ad fidem suam exponendam, palliumq; suscipiendum, & cæt* ita textus vbi *gl.* verbo *consecrationis*, aduertit quod si electus in Archiepiscopum erat ãtea Episcopus, tres mẽses prædicti currunt à die confirmationis, quia non indiget consecratione. Sed hic aduertè, quod tres menses dati ad petendum pallium hodie nõ differunt ab illis tribus mensibus datis per *Concil. Trid. sess. 7. de refor. cap. 9.* ad petendam consecrationem; qui tres menses censentur, etiam dati ad petendum pallium, vt notat *Barbos.*

Digitized by Google

de iure Eccles.lib. 1. *cap.* 7.*num.* 115. igitur clarius dicendum est dari tres menses à die confirmationis, si prius non erat consecratus, aliàs ex die confirmationis ad petendum palliũ, quibus elapsis, cessãte causa, vel iusto impedimento, posset remoueri à dignitate *cit.can. quoniam*, vbi *Turrecrem.num.*14.*Decian.consil.* 26. *nu.* 7.*vol.* 2.*Lotter.de re benef.lib.*1.*q.*22. *num.*18.

2 Pallium dari non debet, nisi fortiter illud postulãti; deciditur in *Can. Prisca* 100. *dist.* vnde debere illud electum cum magna instantia, & frequenter postulare declarat *Abb.post Ioan.And.in cap.ad honorem de auct.et vs.pall.num.*8.*Lotter.cit.loc.num.*17.

3 Contra hanc fortem, & magnam postulationẽ obijcit *gl. in verbo fortiter in cit.Can.Prisca*, quòd taliter postulanti potest notari ambitio; cui obiectioni ipsamet *gl.* respondet, quòd non, cum taliter petens vtatur iure suo, & proinde ei prodest instãtia, *Cap.importuna de pœnit.dist.*1.*cap.* 1.72.*dist.* & *cap. post appellationem* 2.*q.*6.

4 Dictum est supra teneri Archiepiscopum petere pallium intra tres menses sub pœna posita in *Can.quoniam* 100.*dist.* sic etiã dictũ est posse palliũ peti ꝑ procuratorem, his stãtibus, quæri potest, si procurator, vel nuncius, missus ad petendũ pallium moriatur in via, vel aliter infideliter agat, an principalis excusetur à pœna:

5 Respondetur ad euitandam pœnã tenetur statim habita notitia de morte, vel impedimento vt supra, vel saltem intra tres menses mittere alium nuncium ad petendum pallium vt supra, aliàs non excusatur à pœna, & si interim impeditur secundus, tenetur mittere tertium eodem modo successiuè; ita determinat *Abb.in cap.ad honorem nu.* 9. *de auct. & vs.pall.*

6 Pallium peti solet his verbis *Ego N. electus Ecclesiæ N.instanter, instantius, & instantissime peto, mihi tradi, & assignari pallium de corpore S. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officij*, refert *Azor.institut.moral. lib.* 3. *cap.* 34.*q.*2. *Moscon.de Maiest. mil.Eccles.lib.*1.*cap.*8.*vers.ego N.Barbos.de iure Eccles.lib.*1.*cap.*7.*nu.* 115.

7 Quod pallium non tradatur, nisi instanter illud petenti, regulare est, licet quandoque Sedes Apostolica ex causa aliqua sibi bene visa obtulerit pallium spontè, secundum veterum intellectum, *Cap. significasti de electiõn.vbi gl.*in verbo *ablatum*, & notat *Lotter. de re benef. lib.* 1.*q.*22. *num.*16.

8 Siue enim petatur, vt est solitum, siue sponte tradatur ex gratia, pallium numquam datur, nisi exigentibus meritis, prout statuitur in *Can. prisca* 100.*dist.* his verbis *prisca consuetudo obtinuit, vt honor pallij nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat. Lotter. loc.supra cit.nu.*17.*Barbos.de iure Eccles.lib.*1.*cap.*7.*sub num.*115.

9 Vnde in *Can. in eo Synodo cit. dist.* 100.*Gregorius* statuit, vt qui pallium desiderat accipere prius à se amouere illicita promittat, & indecorati moribus pallio decorari non permittuntur *Can.contra morẽ* 100.*dist.* notat *Goffred. in summ. titul. de vsu pall.num.*4.

10 Petenti pallium non traditur, nisi prius emissa ꝓfessione fidei, ac præstito iuramẽto se obediturum Apostolicis decretis, atque synodalibus constitutionibus, prout deciditur in *Can.nouit* 100.*dist.* Vel non præstito iuramento pro fide Catholica Romana, quam suscepit retinenda, pro obedientia Romanæ Sedi præstanda, & pro Ecclesiæ vnitate seruanda, iuxta *tex in cap. significasti de electio.*vbi omnes notãt *Cucch. institut. moral.lib.*4.*titul.*6.*num.*22. & alij cõmuniter, qui aduertunt, quòd hoc iuramentum potest quis exigere per procuratorem, *Abb.in eod.tex.cap.significasti num.* 1.*Sebast. Cas. in relect.* de

de Eccles. hierarch. disp. 5. §. 2. num. 6. forma iuramenti habetur in *Cap. ego N. de iure iurand.*

11 Hic aduerte, quòd traditio pallij non retardatur, nec impeditur per obiectum cuiusuis criminis, seu defectus, nisi obijcientes firment corporali præstito iuramento, se id malitiosè non agere, sed obiecta vera se credere, ac de obiectis offerant facere promptam fidem, & ad pœnam talionis, seu extraordinariam ad arbitrium superioris se obligent. Prompta fides intelligitur in hoc casu, idest nisi infra bimestre à die collationis in antea probauerint legitimè, quòd opponunt, ita & latius *Ioannes 22. in extrauagant. vnica de auct. & vs. pall.* quòd etiam aduertit *Barbos. cit. cap. 7. sub num. 116.* post *Cucch. instit. moral. cit. titul. 6. nu. 23.* qui vlterius aduertit cum *extrauag. prædicta*, quòd quamuis ad pallij traditionem ventum fuerit, non id circo præclusa erit via accusandi, vel denunciandi, aut inquirendi contra eum, qui pallium recepit.

S V M M A R I V M.

1 *Pallium tradendi formula.*
2 *Pallium, si tradatur per procuratorem, quæ sollemnitas requiratur, & num. 3. 4. & 5.*
6 *Pallium imponendi modus.*
7 *Pallio accepto Archiepiscopus benedicit populo.*
8 *Pallium nouum cum traditur, quod conferatur priuilegium.*

ARGVMENTVM.

Formula tradendi sollemnitas modusque imponendi pallium, & de eiusdem priuilegio.

CAP. XII.

1 INstanter petenti, vt supra conceditur pallium sub hac forma verborum. *Ad honorem Dei omnipotentis, & B. Virginis, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, & Domini Papæ N. Ecclesiæ Romanæ, & Ecclesiæ M. tibi commissæ, tradimus tibi pallium de corpore Beati Petri sumptum in plenitudinem Pontificalis Dignitatis, vt vtaris eo intra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in priuilegijs Ecclesiæ tuæ concessis à Romana Ecclesia;* De qua forma *Azor. instit. moral. lib. 3 cap. 34. q. 2. Mos. on. de maiest. milit. Eccles. lib. 1. cap. 8. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. nu. 116. post M. Ant. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 6. nu. 19. & 20. Geffr. in summ. titul. de vsu pall. num. 3.*

2 Quando vero absenti mittitur alicui pallium per Procuratorem, ex immemorabili consuetudine Romanæ Curiæ committitur vni, seu duobus Episcopis deputatis à Romano Pontifice, qui statuta die cum electo, cui tradi debet conueniunt in eius Ecclesia Metropolitana, si commodè fieri potest, vel in alia suæ Diœcesis, vel Prouinciæ magis commoda, & ibi Missa celebratur *Ceremon. Episc. lib. 1. cap. 26. Pontif. Roman. par. 1. titulo de pallio pag. 117.*

3 Completa Missa, affertur pallium serico inuolutum ab aliquo Subdiacono, ambabus manibus eleuatum, & super Altare extensum, eodem serico, quo fuerat obuolutum cooperiri debet.

4 Episcopus, vel Episcopi commissarij finita Missa induuntur amictu, stola, & pluuiali cum Mitra simplici, & ita ante Altare super faldistorijs, aut alijs sedibus sedent, electus interim omnibus Pontificalibus paramentis, exceptis chirotecis, & Mitra induitur, ac si esset Pontificaliter celebraturus, & ita ante eorum pedes genuflexus iuramentum præstat fidelitatis, vt supra, & iuxta formam literarum Apostolicarum Fel. Recordationis *Sixti Papæ V. de visitandis liminibus Apostolorum*, vt in eiusdem Pontificis *Constit. 15.* quæ incipit

pit *Romanus Pontifex*.

5 Præstito iuramento Episcopus, vel Episcopi commissarij surgunt cum Mitris, & accipiunt de Altari palliū, quorum senior illud super humeros electi ante se genuflexi imponet, dicens: Ad honorem omnipotētis Dei, etcæt. vt supra *num*. 1.

6 Aduertendum est, quòd Archiepiscopus de receptione pallij debet procurare litteras, nec non de iuramento præstito, vt dictum est; alias non participat de fructibus ecclesiæ, iuxta dispositionem *tex. in extrauag. Ioan.* 22. incipienti *iniūctæ in fin. de elect.* & aduertit *Cuech. instit. moral. lib. 4. titul. 6. num.* 24. *Add. ad Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 32. *lit. a. in fin.*

7 Imponitur autē pallium super planetam; ita vt pars duplex illius ponatur supra sinistrum humerum, simplex vero super dextrum, illudque ita aptatur, vt humeros electi æqualiter ambiat, infiguntur spillæ, pulchrior cruci anteriori pallij ante pectus existēti, alia in cruce sinistri humeri, tertia denique cruci posteriori, quæ ita infigi debent tertio, vt pertransēat crucem, nō tamen palliū perforent, neque planetam tangant, & gemmæ spinulis appositæ remaneant ad dexteram infigentis, *Ceremon. Episc. lib.* 1. *cap.* 18. *vt infra cap.* 15. *num.* 1. *latius*.

8 Accepto pallio surgit Archiepiscopus, & ascendit ad Altare, et si est in propria Ecclesia, vel in Prouincia crucem ante se habens, & detecto capite Populū solemniter benedicit; deinde dimissis sacris vestibus omnes recedunt, ita *Castald. prax. cerem. lib.* 1. *sect.* 10. *cap.* 10. *à num.* 5. *vsq; ad num.* 8. *multa Christoph. Marcel. in cerem. Roman. lib.* 1. *cap.* 8.

9 Cum traditur pallium nouum Ecclesiæ priuilegium datur, aut saltem confirmatur antiquum *Cap. fin. et penult.* 100. *dist.* aduertit *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *sub num.* 116. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Pallio vtitur Archiepiscopus intra Ecclesiam suam.*

2 *Dictio, intra, quid importet, quid dictio, extra.*

3 *Pallio non vtitur Archiepiscopus extra Ecclesiam, neque in processionibus cum Capitulo, nisi ex priuilegio.*

4 *Pallio vtitur Archiepiscopus in Cappella Ecclesiæ.*

5 *Pallio vtitur Archiepiscopus in omnibus Ecclesijs, Diœcesis, & Prouinciæ.*

6 *Pallio vtitur Archiepiscopus, etiam in Ecclesijs exemptis.*

Pallium etiam venit nomine Pontificalium, cum quibus Archiepiscopus celebrat in Ecclesijs exemptis.

7 *Pallio non vtitur Archiepiscopus extra Prouinciam, neque ex consuetudine.*

8 *Pallio vti potest Archiepiscopus extra Prouinciam ex priuilegio, quòd interpretandum est de consensu ordinarij loci.*

9 *Pallio, an vti possit Archiepiscopus extra Prouinciam cum consensu Ordinarij absq; priuilegio.*

10 *Pallio, vt Archiepiscopus vti possit extra Prouinciam quis consentire debeat.*

11 *Proconsules vtebantur insignibus extra Prouinciam.*

Pallio cur non vtantur Archiepiscopi extra Prouinciam.

12 *Pontificalibus quare cum consensu ordinarij vtatur Archiepiscopus extra Prouinciam, & non pallio.*

ARGVMENTVM.

Pallio vbi vti, & vbi non possit Archiepiscopus, & quando, & de cuius consensu possit.

CAP. XIII.

1 QVuomodo Archiepiscopus vtatur pallio colligitur ex eadem forma verborum, sub quibus

ei

ei traditur pallium ibi, *ut utaris eo intra Ecclesiam tuam*, ex quibus verbis deducunt DD. quòd ille vtitur Archiepiscopus intra Ecclesiam, idest in Ecclesia DD. communiter in *Cap. 1. de auct. & vsu pall.*

2 Dictio enim illa, intra, denotat intrinsecitatem eius, cui apponitur secundum *Abb. in cit. cap. 1. num. 2. Alex. consil. 8. vol. 4. Bart. in l. qui ante Calendas ff. de verb. oblig.* includit tātum locum, & sua extrema *l. 1. §. cum vrbem ff. de off. Praef. vrb. l. f. ff. de Captiu. l. ade ff. de contrah. empt. l. quaero ff. de act. empt. l. vxore §. item quaesitum ff. de leg. 3. l. intra ff. de appellationib. l. 1. C. vt intra certum tempus crim. quaest. term. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. titul. 9. nu. 9. Tosch. h. pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 299. nu. 1. Grat. discept. for. cap. 301. num. 20.* fuit dictum in *Romana Societatis 2. Iunij* 1608. coram *D. Lancellotto* Illa enim opponitur ex diametro dictioni, *extra*, vt in *l. 1. §. fine autem ff. de aq. quotid. & est. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 11. nu. 72. Bertaz. tol. de clausul. instrum. claus. 26. gl. 6. num. 21. Valenz. vel. consil. 105. nu. 34. vol. 2. Cened. post lib. pract. & canon. quaest. singul. 54. num. 1. vbi num. 2.* subdit, quòd haec dictio respicit locum, denotat intrinsecitatem loci; & verificatur in qualibet parte loci, refert etiam *Barbos. de dictionib. dict. 174. nu. 2. in fin.* Ex natura enim huius dictionis concludunt DD. Archiepiscopum extra Ecclesiam non posse vti pallio.

3 Vndè Archiepiscopus egrediens Ecclesiam quacumq; veste indutus, & processionaliter cum Capitulo, & Clero, vel aliàs, solemniter non potest vti pallio, aduertunt communiter *DD. in cap. 1. de auct. & vsu pall.* praesertim *Abb. num. 6. M. Ant. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 6. num. 11. Castald. in prax. cerem. lib. 1. sect. 10. cap. 10. num. 10.* & hoc ea ratione, quia vsus pallij est concessus intra Ecclesiam, & prohibetur extra, vt dictum est supra: Ex priuilegio Summi Pontificis aliquando concessum fuisse vsum palli in processionibus, refert *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 107. in fin.*

4 In Capella Ecclesiae potest Archiepiscopus vti pallio, quia Capella est pars Ecclesiae, & dictio, intra, supraposita verificatur in qualibet parte loci, vt dictum est supra.

5 Vtitur tantum Archiepiscopus pallio intra Ecclesiam suam, & hic appellatione Ecclesiae non venit tantū Cathedralis, sed etiam veniunt Ecclesiae totius Dioecesis, & Prouinciae, vt declarat *Abb. in cap. 1. num. 3. de auct. & vsu pall.* vndè posse Archiepiscopū vti pallio intra omnes Ecclesias suae Prouinciae deciditur *in cit. cap. 1. ibi: quòd ita intelligitur videlicet intra quamlibet Ecclesiam Prouinciae tibi commissae*, vndè est, quòd extra Prouinciam talis vsus interdicitur Archiepiscopo, notant *DD. in cit. cap. 1. Cucch. vbi supra Quarant. summ. Bull. titul. Archiep. ad A sub vers. 32. Castald. cit. num. 10. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 105.*

6 Proposita sententia, quòd Archiepiscopus possit vti pallio diebus permissis in Ecclesijs omnibus suae Prouinciae, est adeo vera, vt eam extendant DD. ad Ecclesias, etiam exēptas, potest enim Archiepiscopus in Ecclesiis exemptis suae Dioecesis in Pontificalibus celebrare, prout statuitur in *clem. 2. de priuil. vbi gl.* verbo *Pontificalibus* intelligit etiam cū pallio, quod est Pontificale Archiepiscopi, docet quoque *Abb. in cap. 1. de auct. & vsu pall. Durand. ration. diuin. off. lib. 3. cap. 17. Loseus de praerogatiu. Archiep. dignit. priuil. 21.* & alij, quos refert, & sequitur *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. sub num. 105.*

7 Dixi extra Prouinciam, scilicet Ecclesias suae Prouinciae non posse Archiepiscopum vti pallio, id intelligē verum etiam, si consuetudo accederet; damnatur enim haec consuetudo, imo corruptela vocatur, neq; illius vigore permittitur Archiepisco-

po

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

porum pallij extra Prouinciam, ita expressis verbis, voluit *Innocent. 3. in cap. ex tuarum de auct. & vsu pall.* vbi *Abb. num. 2.* dicit id non posse induci ex consuetudine, etiam si consuetudo sit generalis *Turrecrem. in can. 1. num. 9. & 10. dist. 100. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 22. num. 8. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 6. num. 12.*

8 Licet non valeat consuetudo vsus pallij extra Prouinciam, validum est tamen priuilegium, potest enim Archiepiscopus ex priuilegio Sedis Apostolicæ vti pallio in Ecclesijs extra suam Prouinciam, quòd priuilegium concedi intelligitur cum consensu Ordinarij loci, deciditur in eodem *Cap. ex tuarum*, est enim regulare in priuilegijs, quòd debeat interpretari sine alterius præiudicio *Abb. in eod. cap. ex tuarum num. 5. Fel. in cap. causam, quæ de testib. Ciuilistæ omnes in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posthum.* etiam si priuilegia cõcessa essent motu proprio, *Ioan. And. in cap. si motu proprio de preb. in 6. Add. ad Abb. cit. cap. ex tuarum lit. a. Cucch. cit. titul. 6. num. 13. Barbos. cit. cap. 7. n. 108.*

9 An autem possit Archiepiscopus sine priuilegio, sed de consensu loci ordinarij vti pallio extra Prouinciã; negatiuè respondet, & defendit contra alios *Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 108.* videtur sentire *Abb. in cap. quia nos num. 4. de auct. & vsu pall. post Innoc. per eum cit.* fundat *Merol. tom. 3. disp. 7. cap. 5. n. 562.* q. limitat, quando Archiepiscopus impeditus ꝑpter graues inimicitias intrare Prouinciam, extra illam vult ordinare clericos, & suffraganeos suos consecrare. *Dian. 2. par. tract. 6. resol. 37.* Et probatur alio casu videlicet: Archiepiscopus, qui renũciauit Episcopatui, & sic loco, & non dignitati non potest exercere Põtificalia cum pallio in Diœcesi, & Prouincia renunciata, etiam cum consensu Archiepiscopi successoris, & suffraganeorum, sed tantum exercere Pontificalia sine pallio cum consensu prædictorum, quemadmodum in alijs Diœcesibus de consensu Diœcesanorum; quia illo pallio amplius vti non potest, ita *Barbos. cit. loc. nu. 109. & seq.*

10 Quæritur quis debeat consentire ad hoc, vt Archiepiscopus ratione priuilegij Apostolici possit vti pallio extra Prouinciã, & in aliena Ecclesia.

Respondetur requiri consensum non solum Episcopi loci, sed etiam Archiepiscopi Prouinciæ, etiam si loci Episcopus sit palliatus, dummodò non sit exemptus ab Archiepiscopo; & ratio est, quia Archiepiscopo videtur præiudicari, qui habet vsum pallij in Prouincia, ita & latius *Abb. in cap. ex tuarum num. 12. de auct. & vsu pall.* & in *Cap. nunc fis eod. titul. nu. 3.* vbi etiam dicit requiri, quòd non contradicat Sacerdos Parochialis, si Ecclesia, in qua celebrat talis est.

11 Contra id, quòd dixi Archiepiscopum non posse vti pallio extra Prouinciam suam potest opponi hoc modo licitum est Proconsuli vti insignibus, etiam extra Prouinciam sibi decretam *l. 1. 2. & 3. ff. off. procons.* Item licitum est Legato Papæ vti insignibus legationis extra Prouinciam sibi decretã *Cap. penult. de off. leg.* ergo à pari id etiam debet licere Archiepiscopo.

Respondetur Proconsulem, & legatum vt supra vtuntur insignibus, vbique postquam Vrbem egrediuntur ratione mittẽtis, mittuntur enim à Principe, & ideo antequam perueniant ad Prouincias sibi decretas vtuntur insignibus, & exercent ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, ita respondet *Goffred. in summa titul. de vsu pallij num. 6.* Sed melius respondetur cum *Abb. in cap. ex tuarum sub n. 8. de auct. & vsu pall.* quòd vsus pallij datur Archiepiscopo, vt illo vtatur intra certũ locum, vnde vtẽdo illo in aliena Prouincia denotaret illã auctoritatẽ esse suã, & sic induce-

duceret præiudicium alteri, quòd nõ considerabatur in Legato, & Procõsule, quibus conceduntur insignia sine restrictione loci alias respõsiones, vidè apud *Abb. cit. loc.*

12 Aliud est dubium in his terminis; quare Archiepiscopus potest extra suam Prouinciam de licentia Diœcesani vti alijs insignibus Episcopalibus, puta Mitra, Baculo, & similibus absque priuilegio Apostolico, pallio vero non. Respondetur rationem disparitatis esse, quia alia insignia non designant plenitudinem officij, sicut pallium, ita *Abb. in cap. ex tuarum num. 7. in fin. de auct. et vsu pall.*

SVMMARIVM.

1 *Pallio vtitur Archiepiscopus in missa solenni.*

2 *Missa solennis est, quæ celebratur cum ministris paratis.*

3 *Pallio non vtendum in missa defunctorum.*

4 *Pallio vtitur Archiepiscopus in diebus determinatis, non sic Pontifex, & quare.*

5 *Pallio vtendum, quibusnam diebus, & num. 6.*

7 *Pallio vtendum diebus in priuilegio expressis.*

ARGVMENTVM.

Pallio qua in missa, & quibus in diebus vtendum.

CAP. XIV.

1 ARchiepiscopus vtitur tantum pallio, quando celebrat Missam solennem, ita deciditur in *Cap. pallium* 100. *dist.* vbi Gregorius Papa scribens Virgilio Episcopo Arelatēsi, sic ait: *pallium tibi transmisimus, quo fraternitas tua intra tuam Ecclesiam ad sola Missarum solemnia vtatur.* Vndè non posse vti in alijs functionibus, dicit *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 106.*

2 Dicitur Missa solennis illa, quæ cũ Ministris paratis celebratur, ita *Pater Castaldus in prax. cærem. lib. 2. sect. 9. cap. 1. num 1.*

3 In Missa defunctorum quantumcumq; solenni Archiepiscopus non vtitur pallio, prout notant *P. Castal. cit. prax. lib. 1. sect. 10. cap. 10. num. 10. in princip.* post *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi*, *auctoritas sub vers. 32.* & alios, nisi ex priuilegio *Abb. in cap. quia nos num. 6. de auct. & vsu pall.*

4 Item vtitur Archiepiscopus pallio non in omnibus Missis solennibus, sed tantum in certis diebus ad differentiam Summi Pontificis, qui vtitur pallio semper, & vbique ea ratione, quia Summus Pontifex dicitur assumptus in plenitudinem Ecclesiasticæ potestatis, quæ per palliũ significatur; Archiepiscopus vero vocatus est ad partem solicitudinis, nõ in plenitudinẽ potestatis, ita dispo-nit *Innocentius III. in cap. ad honorem de auct. & vsu pall.* vbi omnes aduertunt *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 22. nu. 19. & 20.*

5 Explicantur hi certi dies, idest, qu exprimuntur in priuilegijs Ecclesiæ Archiepiscopalis concessis à Romana Ecclesia, prout dicitur in forma tradendi pallium, de qua supra *Cap. 12. in princip.* & notat *gl.* verbo *ad honorem in cit. cap. ad honorem*, deciditur expresè in *Cap. fin. de auct. & vsu pal.* ibi *non debes semper celebrare cũ pallio, sed diebus illis duntaxat, qui in Ecclesia tua priuilegijs sunt expressi*, vbi *gl.* verbo *priuilegijs* dicit, qui precisè sint dies illi, nescimus, nisi sint illi, qui enumerati sunt supra *eod. cap. ad honorem*, & infra *de fer. cap. conquestus*, Quibus in locis *gl.* enumerat diẽ Natiuitatis Domini, Festiuitatis Sãcti Ioannis, & Sancti Stephani, Circumcisionis, & Epiphaniæ, Dominicæ palmarum, Cœnæ Domini, Sabbati Sancti, trium dierum, Resurre-

ctionis, Pentecostes, Sancti Ioannis Baptistæ, Omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiarum, principales festiuitates Ecclesiæ, consecrationis Ecclesiæ, ordinationis Clericorum, & Episcoporum, & diei anniuersarij suæ consecrationis. Restrictius numerat hos dies *Cacch.instit.moral. lib.4.titul.6.num.15.*

6 Nouissimè Pater *Castald.in prax.cerem.lib.1.sect.10.cap.10.* dicit, quòd Archiepiscopus vtitur pallio in die Natiuitatis Domini, Sancti Stephani, Sancti Ioannis Euangelistæ, Circũcisionis, & Epiphaniæ Domini, in Dominica palmarum, Feria V. in Cœna Domini, Sabbato Sãcto, Dominica resurrectionis cum duobus sequentibus diebus, Dominica in albis, in Festo Ascensionis, Pentecostes, & Sãctissimi Corporis Cristi, in quatuor festiuitatibus Beatiss. Virginis Mariæ, scilicet Purificationis, Annũciationis, Assũptionis, & Natiuitatis, & si qua alia eiusdem Virginis festiuitas in aliquo loco solenniter celebretur, puta Conceptionis, Præsentationis, Visitationis, &cęt in Natiuitate Sancti Ioannis Baptistæ, in Festo omnium Sanctorum, in Festiuitatibus duodecim Apostolorum, in Dedicationibus Ecclesiarum, in præcipuis festiuitatibus suæ Ecclesiæ Metropolitanæ, in ordinationibus Clericorum, & consecrationibus Episcoporum, in diebus Anniuersarijs, Dedicationis Ecclesiæ principalis, & suæ consecrationis.

7 Verùm, quia hi dies nõ sunt in iure expressi, & DD. diuersimodè illos enumerant, vt videre est apud supra citatos, & *Durand. in rational. diuin. officior.lib.3.cap.17.nu.13. Azor.instit. moral.par.2.lib.3.cap.34.q.2.vers.quares, qui nã sint Mosion.de maiest.milit. Eccles.par.1.lib.1.cap.8.pag.236.* & alios; melius dicendum est cum *Barbos.de iure Ecclesiast.lib.1.cap.7. num. 105.in fin.* recurrendum esse ad formam priuilegij, vt in diebus tantum in concessione pallij expressis eo vti liceat, iuxta dispositionem *Cap. fin. de auct. & vs.pall.* in alijs autem diebus Archiepiscopus etiam si solenniter celebret, in Pontificalibus vti non debet pallio.

SVMMARIVM.

1 *Pallij præparandi, & imponendi modus.*
2 *Pallium vbi reponatur finita missa.*
3 *Pallium vbi asseruandum, & quare.*
4 *Pallium concessum, & non traditum, est comburendum.*

ARGVMENTVM.

Modus præparandi, imponendi, reponendi, & asseruandi pallium.

CAP. XV.

1 IIs diebus, quibus Archiepiscopus vtitur pallio illud præparatur cum alijs Pontificalibus, paramentis super Altare, in modum, vt vltimo loco inueniatur, cum tribus suis spillis, & Archiepiscopo omnibus Pontificalibus indumentis parato, Subdiaconus accipit pallium de Altari, velo aliquo supposito, & illud defert Diacono, qui ipsum accipiens aduertat, vt duplicem partem dextera, simplicem vero sinistra accipiat, & tradit osculandum Archiepiscopo in cruce posteriori, & ita illud imponit, vt pars duplex pallij descendat super humerum sinistrũ reliquũ vero æqualiter humeros Archiepiscopi ambiat, & Subdiacono manu dextera eam partem, quæ à tergo pendere debet, eleuante, simul vndequaque illud adaptãt, & aliquo Acolytho deferente super peluiculam argenteam tres spillas, idem Diaconus primò pulchriorẽ affigat cruci anteriori pallij ante pectus existenti, deinde secundam cruci, quæ erit in humero sinistro, ac tan-

tandem tertia infigitur à Subdiacono cruci posteriori in modū, vt pertranseant crucem, non tamen perforent pallium, ita *Castald. in prax. ceremon. lib. 1. sect. 5. cap. 11. & sect. 10. cap. 10. num. 15.*

2 Completa deinde Missa solenni, idest facta benedictione, antequam Archiepiscopus ab Altari discedat pallium deponit super Altare, & recepta mitra, Pontificalibus indutus recedit ad sedem, vbi ornamenta reponit *Castal. cit. cap. 10. num. 16.*

3 Obseruandum est pallium in aliqua decenti capsula velo serico decenter obuolutum esse asseruandū, quæ capsula extra etiā erit pulchrè ornanda *Ceremon. Episcop. lib. 1. cap. 16. Castald. cit. cap. 11. num. 1. & 7.* vbi aduertit, quòd licet alia paramenta deponantur in faldistorio, semper tamen pallium ad Altare deponitur, & ratione antiquę venerationis, & auctoritatis semper dignè, & honorificè asseruari debet *Add. ad Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auct. vers. 32. lit. a. in fin.*

4 Obserua etiam, quòd pallium concessum, & non traditum Archiepiscopo, cum non possit eo amplius vti est comburendum, & cineres in sacrario ponendi, prout voluisse *Sacrā Congregat. Rit. in causa Vrbis. Subdiaconorum 4. Martij 1606.* refert *Sell. in select. Canon. cap. 27. n. 30. & Barbos. sūm. Apostolicarū decis. collec. 548. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Pallij priuilegium est personale.*
Pallium alteri commodari nequit, neque in propria Prouincia.

2 *Pallium non potest relinqui in morte successori.*
Pallium sepeliendum cum cadauere Archiepiscopi, & quomodo.

3 *Pallium nouum tenetur petere Archiepiscopus ad aliam Sedem Archiepiscopalem translatus, & quare.*
Pallij priuilegium est personale mixtum reali.
Pallij secundi receptione pendente, nō potest cum primo Archiepiscopus celebrare.

4 *Pallium nouum tenetur petere Archiepiscopus, si redeat ad primam sedem post translationem ad aliam.*

5 *Pallium nouum, quando petat Archiepiscopus, si post renunciationem redit ad eandem sedem.*

6 *Pallio non vtitur Archiepiscopus, factus Episcopus, & quare.*

7 *Archiepiscopus, qui renunciauit exercens pontificalia non vtitur pallio, neq; in Prouincia renunciata.*
Pallia Archiepiscopi, si plura sint omnia debent cum cadauere Archiepiscopi sepeliri, & quomodo.

8 *Pallium, si amittatur, vel comburatur Archiepiscopus, an celebrare possit, et quid agendum.*

9 *Priuilegium vsus pallij extra Prouinciam, quādo transeat ad successores.*

10 *Priuilegium circa vsum pallij, quando sit reale, quando personale.*

11 *Priuilegij verba directa ad personam, indicant illud esse personale, secus si aliquid addatur, & num. 12.*

12 *Priuilegij verba directa rei, indicant illud esse reale, secus si aliquid addatur.*

13 *Priuilegij verba, quando sunt ambigua priuilegia, quale sit habendum, & ibi distinguit.*
Pallij vsus priuilegium extra Prouinciam, censetur personale in ambiguis, & quare.

14 *Archiepiscopus consecrans Episcopos ante susceptionem pallij, an validè consecret.*

ARGVMENTVM.

Pallij vsus priuilegium quale, & quando reale, vel personale sit, vbi extendatur: an palliū sit relinquibile, vel mutuabile, quidque faciendum de eo in morte, vel renunciatione.

CAP. XVI.

1 Concludunt communiter DD. *in cap. ad hoc de auct. & vsu pall.* in illis verbis *cum pallium personam nõ transeat*: Palliũ esse personale, vt explicabitur infra *n.* 3. & quia iura personalia non possunt ad alios transferri, sequitur, quòd pallium non possit commodari, vt deciditur in eodem *Cap. ad hoc*, notant *Durãd. ration. diuin. off. lib. 3. cap. 7. num.* 12. *Siluest.* verbo *pallium ad finem. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 6. num.* 25. *Castal. prax. ceremon. lib. 1. sect. 10. nu.* 12. cum alijs adductis per *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num.* 118. quòd procedit, vt non solum non possit pallium commodari alteri Archiepiscopo extra Diœcesim, & Prouinciam commodantis; sed nec etiam in propria Diœcesi: Vnde posse Archiepiscopum inuitare aliũ Archiepiscopum ad celebrandum pontificaliter in sua Diœcesi, non tamen posse illi pallium commodare, notat *Abb. in cap. ad hoc cit. de auct. & vsu pall. num.* 3.

2 Colligè etiam ex prædictis, palliũ non posse in morte relinqui successori, vel alteri Archiepiscopo, sed est sepelliendum cum ipso Archiepiscopo mortuo, hoc modo: Si Archiepiscopus sepelliatur in propria Prouincia pallium est accomodandum circa humeros cadaueris infra planetam; si vero extra Prouinciam sepelliatur, ponendum erit pallium sub capite Archiepiscopi defuncti, ita notat *Castald. prax. cerem. lib. 1. sect. 10. num.* 12. *ex ceremon. Episcop. lib. 1. cap.* 16. & sequitur *Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num.* 119.

3 Colligè quoque, quòd si Archiepiscopus fuerit ad alium Archiepiscopatum translatus, non potest successori pallium relinquere, sed illud secum fert. Verùm ipse Archiepiscopus translatus in noua Ecclesia Archiepiscopali, ad quam fuit translatus, non potest vti primo pallio, sed aliud secundum petere, & habere tenetur, ea ratione, quia pallium nõ est adeo personale, vt detur intuitu personæ tantum, sed datur intuitu personæ ratione loci, vt patet ex *Cap. bona memoria 2. de postul.* & aduertit ibi *gl.* habetur in *Pontifical. Roman. lib. 1. cap.* 16. notant *Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 34. q. 8. Lancell. instit. Canon. lib. 1 titul. 11. in gl. lit. H. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 6. nu. vltim. Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiep. auct. vers.* 32. *Castald. prax. ceremon. lib. 1. sect. 10. num.* 11. cum alijs adductis per *Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 13. num.* 561. Quòd adeo verum est, vt interim pendente receptione secundi pallij, non possit pontificalia exercere cum pallio suæ primæ Ecclesiæ, quod secum habet, nec cum pallio prædecessoris *Castal. cit. cap. 12. Layman de prælat. Eccles. elect. cap. 14. quæst. 160. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num.* 120.

4 Quæro hic, an Archiepiscopus trãslatus ad aliam Ecclesiam, si deinde redeat ad priorem, vnde translatus fuit, & in qua habuit pallium, possit ibidem vti primo pallio.

Respondeo negatiuè, sed teneri nouum pallium recipere, cum *Acugna in Decretum Gratiani par. 1. dist. 100. cap. 10. num. 3. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. sub nu. 561. Dian. par. 2. tract. 6. resol. 37. vers. notandum est Barbos. cit. cap. 7. num.* 122.

5 Aliud est dubium, an Archiepiscopus, qui spontè renunciauit Archiepiscopatum, si iterum ad eandem Ecclesiam eligatur indigeat nouo pallio, & quidem si renunciatio fuit admissa, & Ecclesia alteri collata cũ expeditioue litterarum, & concessione pallij; quia renunciatio habuit effectum suum, si deinde contingerit renunciantem iterum ad eandem Ecclesiam redire, nouo indiget pallio, secus tamen, si renunciatio non fuit admissa, nec habuit effectum suum: colligitur ex *Acugna, & Barbos. cit. loc.*

6 Mul-

6 Multò minus potest Archiepiscopus translatus ad Episcopatum vti pallio post translationem, quia non est amplius Archiepiscopus, & pallium fuit concessum personæ ratione loci, vt dictum est supra, & probat *Diana cit. resol. 37. vers. 1. in fin. Vener. in examin. epist. lib. 4. cap. 10. n. 12. Barbos. cit. cap. 7. nu. 121. in fin.* refert voluisse *Sacram Congreg. Rit. in Maioricen. 16. Octobris 1604. Sell. select. Canon. cap. 27. num. 18. et Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *pallium num. 1.*

7 Similiter Archiepiscopus, qui spótè renunciauit Archiepiscopatui, exercens deinde pontificalia, non potest, nec etiam de licentia Ordinarij vti pallio, neq; in Prouincia, in qua fuit Archiepiscopus, quia post renunciationem admissam, nō potest amplius vti pallio sibi concesso in sua promotione, ergò neque de licentia; *Castal. prax. ceremon. lib. 1. sect. 10. cap. 10. num. 13. Barbos. vbi supra num. 121.* qui vlterius addunt quòd Archiepiscopus, qui renunciauit vt supra, debet penes se retinere pallium, licet non possit illo vti, & in morte cum eo sepeliri. Et si fuisset translatus, vel promotus, deinde ad aliam Ecclesiam Archiepiscopalem, deberet etiam secum conseruare primum pallium, & nouum petere, vt dictū est supra, & deinde cum vtroque sepeliri *Abb. in cap. ad hoc num. 7. de auct. & vsu pall. Castal. in prax. ceremon. lib. 1. sect. 10. cap. 10. num. 14.* qui dicit, quòd Archiepiscopus, qui plura pallia successiuè est consequutus illa apud se retinere debet, & cum sepelitur, si in sua Prouincia sit, vltimum supra humeros habebit, reliqua sub capite collocabuntur; si extra Prouinciam sepeliatur omnia sub capite reponentur, *Lauar. var. lucubr. titul 2. cap. 1. num. 110.*

8 Dubitatur, si Archiepiscopus amittat pallium suum à Pontifice acceptum, vel casu igne comburatur, an poterit sine illo munera pontificalia exereere? In hoc dubio *Acugna in commentar. ad cit. cap. pallium 100. dist. cap. 10. nu. 5.* tenet posse Archiepiscopum pontificalia exercere sine pallio; alij vero tenent teneri petere aliud pallium à Summo Pontifice Archiepiscopum, qui pallium amisit *Verar. in exam. Episcop. lib. 4 cap. 10. n. 19.* referunt *Dian. 2. par. tract. 6 resol. 37. in fin. Meroll tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 13. nu. 561. in fin. Barbos.* qui residet cum prima sententia *cit. cap. 7. num. 124.*

9 Diximus supra Archiepiscopum posse vti pallio extra suam Prouinciam, quando ad id speciale habet priuilegium à Sede Apostolica: hìc dubitatur, an hoc priuilegium transeat ad successores, & quidem dicendum est, si priuilegium conceditur personæ Archiepiscopi non transire, secus vero si conceditur Ecclesiæ, & sit reale, quia tunc transit ad [illegible] successores, nisi sit reuocatum, determinat *Abbas in cap. ex tuarum num. 13. de auct. & vsu pall.* & est indubitatum in materia priuilegij.

10 Dubium potest esse in his terminis quomodo cognoscatur, an priuilegium concessum sit personæ, & sit personale, vel an concessum sit Ecclesiæ, & sit reale; quo in dubio inspicienda sunt verba priuilegij, si enim illa dirigantur ad personam Archiepiscopi personale est priuilegium, si ad Archiepiscopatum, & Ecclesiam priuilegium dicitur reale; non enim potest melius dignosci, cui concedatur priuilegium, quam per inspectionem verborum, si ad rem, vel ad personam dirigantur, ita sentiunt *gl. 25. q. 2. in princip. & in cap. tua de his, qua fiunt à prał. Bart. in l. 1. ff. de const. princip. num. 2. Aymon. consil. 239. num. 4. Ruin. consil. 217. nu. 15. ad fin. vol. 1. Barbos. in l. quia tale num. 5. ff. solut. matrim. Suar. lib. 8. de leg. cap. 3. num. 10.*

11 Id enim locum habet, quando verba priuilegij sunt absoluta, & simpliciter diriguntur ad personam tantum,

tum,vel ad rem tantum, nam si aliquid eis addatur, per quod extendatur,vel restringatur eorum significatio,mutari debet etiam significatio, vel saltem ambigua redditur. Vndè si dicatur in priuilegio concedimus Petro, & successoribus suis, licèt verba dirigantur principaliter Petro,tamen quia additum est etiam successoribus, priuilegium dicitur reale;*Bart.in l.1.num 2 ff. de constit. princip.per l.primam ff. de iure immunit.*

12 Eodem modo si priuilegia, cuius verba diriguntur personæ addatur in perpetuum,seu, vt perpetuo valeat,tunc priuilegium est reale *Fel. in cap.quoniam Abbas n.11.de off. deleg.Anchar.in regul.priuilegium q.1.* E contra vero,si verba priuilegij principaliter, & immediatè dirigantur ad Ecclesiam, vel Dignitatem, sed statim addatur causa indicans,intẽtionem dirigi ad personam,vt si cōceditur vsus pallij extra Prouinciã Archiepiscopo propter insignes, labores, vel eminentiam scientiæ, & cæt. priuilegium est personale *Panorm. in cap. mandata num. 1. de præsumpt.*

13 Vlterius potest dubitari in his terminis quid dicendum, si consideratis verbis priuilegij, & alijs circumstantiis,adhuc dubitatur,an priuilegium reale sit,vel personale.In qua quæstione generaliter posita in materia priuilegij sunt duo opiniones contrariæ,in quarum reconciliatione moderni solent distinguere: aut priuilegium est purum beneficium, & tunc in dubio censeri reale; vel est contra ius commune,vel tertij,& tunc censeri personale, vt optimè *Meroll.3.tom.disp.6.cap.2.num.22.*In casu vero nostro, quia certum est, hoc priuilegium esse contra *tex.in d. cap. ex tuarum* vbi tantum permittitur Archiepiscopo vsum pallij intra Prouinciam,dicendum est illud esse odiosum,& consequenter strictè interpretandum in dubio,vt potius tẽporale,& personale sit,quam perpetuum,& reale,cum odia sint restringenda,docent *Bart.in l.vltima ff.de ser.leg.num.4.Bal.in l.3.prima lect.nu. 17.ff.de constit. princip. Romanus in l. maritum num.35.& seq.ff sol.matrim. Cagnol.in l.in omnibus causis num.4.ff. de regul.iur.Barbos. in l. quia tale nu. 12.& 41.ff.sol.matr.Ias.consil. 27. col. fin.in princip.lib.1.Dec consil.262. nu. 7.ad fin Suar.lib.8.de legib.cap.3. nu. 18.Ricc.collect.300.Tambur.de iure Abbatum tom.1.disp.16.q.11. num. 5. Boer.decis.227.num.17.*

14 Inter alias auctoritates Archiepiscopo à iure communi collatas est consecratio Episcoporum suffraganeorũ,vt habetur *64.& 65.dist.Cap. si Archiepiscopus de tempor ordin.* & dicendum est inferius latius;hìc tãtum dubitãdum est, si Archiepiscopus consecret Episcopos ante acceptum pallium, an sint consecrati, cui dubitationi respõdet *Turrecrem. in Can.quoniam 100.dist.num.1.*affirmatiuè nempe, quòd erunt consecrati,licèt sint deponendi cum eodẽ Archiepiscopo, quia contra Canonem sunt consecrati ab eo ante acceptum pallium,quòd idem dicit de ordinatione Clericorum, & consecratione Ecclesiarũ.Cætera ad pallij materiam vide apud *DD.* adductos *cap.7.in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Crux numeratur inter insignia Archiepiscopi.*
Crux qualiter adoretur.
Crucis encomia.
2 *Crucis virtutes ex dimensiua quantitate.*
3 *Crux Prelato datur ad similitudinem Christi.*
Crucis materiam,qui DD.exagitent.
4 *Crucem defert ante se Archiepiscopus in Diœcesi,& Prouincia,etiam in locis exemptis.*
Crucem non defert Archiepiscopus extra Prouinciam.

5 Cru-

5 *Crucem defert Archiepiscopus extra Prouinciam ex consuetudine, vel priuilegio.*
Insignia quacunque, ex consuetudine vbicunq; deferri possunt, nisi sit expressè prohibitum.
6 *Crucem defert Archiepiscopus in locis nullius.*
Exemptus locus, & nullius pariter iudicantur à DD.
7 *Exemptus locus sit nè de Diacesi, vel in Diacesi.*
Particula, in, & de, diuersum effectum producunt.
8 *Exemptis in locis Crucis delatio Archiepiscopo cur concedatur.*
Exempti reuerentiam exhibent Archiepiscopo, & quare.
9 *Exempto in loco defert Archiepiscopus Crucem, etiam quando non visitat.*

ARGVMENTVM.

Crucis virtutes, encomia, & delatio, etiam in locis exemptis.

CAP. XVII.

1 Inter alia Archiepiscopalia insignia numerant in iure communiter Doctores Crucem; ipsa enim est nostra salus *auth. de Monach.* S. 1. ideo venerabilis dicitur in *l. decernimus C. de Episcopis, et Cler.* hac tamē differentia, quòd Crucem, cui Saluator affixus fuit adoramus, & tanquam reliquiam inter omnes præcipuam, & tanquam imaginem Christi, alias vero Cruces ad eius similitudinem efformatas veneramur tanquam imagines illius, vt pluribus probat *Bellarm. cōtrouerſ. 7. lib. 3. cap. 26. & 27.* Crux, inquam, quæ prius erat nomen condemnationis, nunc vero facta est res honoris, prius in maledicta damnatione stabat, nunc in occasione salutis creata est. Hæc enim innumerabilium nobis bonorum extitit causa. Hæc nos de erroribus liberauit, sedētes in tenebris illuminauit, diaboli est expugnatrix. Hęc nos recōciliauit Deo, & ex alienatis restituit domesticos, ex lōginquis proximos fecit, & ex peregrinis reddidit ciues. Hæc est inimicitiarū interēptio, pacis firmamentum, omnium nobis bonorū thesaurus. Propter hanc iam non erramus in solitudinibus, viam enim veritatis cognouimus, iam ignotas diaboli sagittas non timemus, in viduitate iam non sumus, sponsum enim recepimus, ita & latius de Sancta Cruce *Alber. in dictionar. lit. C. verbo Crux* dicit.

2 Reperiuntur in Cruce quatuor virtutes significatæ, videlicet, in eius profunditate significatur fides in imo cordis; in longitudine, perseuerantia; in altitudine, spes in Cœlis nobis reposita; in latitudine verò, charitas, & de his inquit *Aug. serm. 7. de verbis Apostoli*, dixisse Apostolum, *intelligo, vt possis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profunditas*, refert *Doctissimus Barrad. tom. 2. lib. 4. cap. 4. fol. 407.* vbi multa de Sancta Cruce; & de illius varijs encomijs, & virtutibus *Ioan. Chrysost. de Cruce Amol. Diac. de offic. Eccles. lib. 1. cap. 14. Rational. lib. 2. cap. 45. & seq.*

3 Crux autem præfentatur Prælato, vt sicut ipse Christus pro ouibus suis animam suam posuit, ita & præsul pro grege sibi commisso vigiles, vt boni pastoris nomen sortiatur. *Fusc. de visit. lib. 1. cap. 4. n. 8. in fin.* De Cruce Archiepiscopi habetur in *Cap. vt lit. penden. in clem. 2. de priuil. in caremon. Episcop. lib. 1. cap. 2. in caremon. Roman. lib. 3. sect. 2. cap. 20.* & ibidem DD. omnes tractant *Fel. in cap. pastoralis num. 8. de off. ordin.* mihi verbo *Archiepiscopus Cucch. instit. moral. lib. 2. titul. 7. num. 28. & seqq. Iesone de prarog. Archiep. Dignit. priuil. 2. Lel. Zech de repub. Eccles. titul. de statu Illustrifs. Patriarch. Quarā. in summ.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 28.*

*Genuens. in prax. cap.*88.*nu.*18.*secund. vltim. impress. Meroll. tom.* 3. *disp.*7. *cap.*5.*num.*566.*Castal. prax. cerem. lib.* 1.*sect.*5.*cap.*12.*Barbos. de iure Eccles. lib.*1.*cap.*7.*num.*125.*& seqq. Catalog. glor. mundi* 1.*par. consid.*4. *de Franch. decis.*711.*Grat. discep. for. cap.*467. *& alij*.

4 Archiepiscopus potest ante se deferre Crucem, nō solum in sua Diœcesi, sed etiam per totam Prouinciã, etiam in locis exemptis, ita sācitum est per *Clementē V. in Concil. Viennen. in clem.*2.*de priuil.* Extra tamen Prouinciam illam deferri facere non potest, nisi ex peculiari priuilegio Sedis Apostolicæ, vt in *Cap.* 1. *vt lit. pend.* vbi *Abb. num.* 2. & alij communiter.

5 Non solum priuilegio, sed etiam consuetudine, vel præscriptione potest induci, vt Archiepiscopus extra suam Prouinciã deferri possit facere ante se Crucē, & sufficit præscriptio 40. annorū cum titulo, ita tenet *Abb. in cit. cap.*1.*num.*9.*vt lit. pend.* Contra quòd non facit, quòd dictum est supra *Cap.*13.*vers. dixi* nempe consuetudinem, vt possit Archiepiscopus vti pallio extra Prouinciam non valere; quia consuetudo in pallio reperitur expressè prohibita, & declarata corruptela in *Cap. ex tuarum de auct. & vsu pall.* quòd non est in Cruce, & generale est, quòd vsus insignium, etiam denotantium superioritatem potest per perscriptionē, seu consuetudinem acquiri in alieno territorio, vt aduertūt *DD. in cit. cap.* 1. præsertim *Abb. sub num.* 9. & quòd leges etiam irritantes possint consuetudine abrogari, probat abūdè *Meroll. tom.*3.*disp.*5.*cap.*4.*nu.* 99. *& seqq.*

6 Dicitur in *citata clem.* 2. Archiepiscopum posse ante se differri facere Crucem intra Prouinciam, etiam in locis exemptis. Dubitatur quid in locis nullius Diœcesis? Et quidem si loca nullius Diœcesis sunt intra Prouinciam, dicendum est Archiepiscopum posse intra illā deferre Crucem, quia locus exemptus, & locus nullius, siue extra Diœcesim, iudicātur paria *DD. in cap.* 1. vbi *Anchar. num.* 10. *Gemin. num.* 17. *& Franchus in* §. *statuto num.* 10. *de constit.* cum alijs per *Rolan. consil.*33.*num.*23.*vsq; ad finem, & seqq. lib* 3.*Henriq. in sūm. lib.*7.*cap.*15.§.4.*vbi gl. lit. F. Genz. ad regul.*8.*Cancell. gl.*43 *nu.* 182. *Erasm. Cochier de Iurisd. Ordin. in exemp. par.* 2.*q.*1.*Barbos. de potest. Episcopi par.* 3. *alleg* 80.*num.*9.*Rot. decis.* 207.*num.* 3. *ad fin. & seq. par.*2. *diuers. & in Constantien. Iurisdictionis* 10. *Maij* 1611. coram *Ortembergo*.

7 Hac occasione quæro, an locus exēptus sit de Diœcesi, vel in Diœcesi: Et quidem dicendum est primò cū distinctione, an dispositio sit fauorabilis, vel odiosa, nam sub priori locus exemptus dicitur de, & in Diœcesi, sub posteriori vero minimè ita *Fel. in cap. graue de off. ordin. Petr. Andr. Gamar. in cap.*1.*num.* 109.*de permutat. benef. in* 6.*Erasm. à Cochier de iurisd. ordin. in exempt. par.*4.*q.* 29. Secundò dicendum est, quòd adiecta particula, In, generali sub sermone Diœcesis comprehendi quicquid est intra illius fines, ita quòd nullus locus excipiatur; si verò est adiecta particula, De, & dicatur de Diœcesi locus exemptus, non comprehenditur; cum exemptus non dicatur de Diœcesi, à qua per exemptionem est eiectus: ita *Fel. in cit. cap. graue de off. ordin. sub nu.* 2. *à Cochier cit. tract. par.* 4.*q.*55. *Brixien. in Repertorio* verbo *exemptio vers. an per mandatum Gemin. in cap. si propter de rescrip. lib.*6. *Abb. in cap. pro illorum num.*6.*in fin. de preb. de Franch. decis.*711.*num.* 8. qui dicit, quòd locus exemptus nō desinit esse intra Prouinciam *Grat. discep. for. cap.*467.*sub num.*2.

8 Redeundo ad materiam aduertendum est, quòd licet delatio Crucis in Archiepiscopo sit insigne, sapiens

supe-

superioritatem, iuxta sententiam *Zaber. in cit. clem. 2. de priuileg. sub nu. 5.* & significet quandam præeminẽtiam illius, qui ante se facit illam deferre, secũdum dicta *Vital. in ead. clem. notab. 3. & Abb. in cap. 1. sub nu. 7. vt lit. pend.* Illa tamen conceditur Archiepiscopo in locis exemptis, quando legitimè ibi accedit, propter reliquias præcedentis subiectionis, cum per exemptionem talia loca non desinant esse in Prouincia, vel Diœcesi; ius namq; reuerentiæ nũquam tollitur per exemptionem, & ideo Ecclesia exempta, seu libera tenetur nihilominus exhibere reuerentiam Episcopo, & ire ei obuiam processionaliter more aliorum, *Fel. in cap. cum non liceat sub num. 2. de præscript.* refert *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiep. anel. sub verf. 28.* qui vlterius addit, quòd hæc delatio Crucis præcipuam quandam dignitatem demonstrat.

9 Amplia supra firmatam conclusionem, vt possit Archiepiscopus ante se deferre facere Crucem in loco exempto suæ Prouinciæ, tùm quando visitat locum exemptum vti Sedis Apostolicæ delegatus, tùm etiã quando non visitat, quia *præcitata Clem.* generaliter loquitur, vt ibidẽ obseruat *Cardin num. 8. & Quarant. cit. verf. 28. in fin. Genuens. in prax. cap. 88 num. 8.* vbi refert casum in praxi Archiepiscopum visitantem Monasterium Monialium exẽptum, in casu, in quo poterat visitare ante detulisse Crucem de *Franch. decis. 711. vbi Ricc. Thor. compend. decis. 1. par.* verbo *Archiepiscopus.*

SVMMARIVM.

1 *Crucem defert Archiepiscopus non solum in diuinis officijs, sed in quocunque alio negotio.*

2 *Crucem defert Archiepiscopus per loca Cassinensium.*

3 *Crux quomodo deferatur, & quando prima vice.*

4 *Crucem non defert Archiepiscopus, præsente Cardinali, vel Legato à latere.*

5 *Crucem non defert Archiepiscopus translatus.*

6 *Crucem non defert Coadiutor Archiepiscopi.*

7 *Crucem nõ defert Archiepiscopus ante acceptum pallium.*

Crucem defert Archiepiscopus sollenniter benedicturus, & tunc sine Mitra.

ARGVMENTVM.

Crucem quando deferat Archiepiscopus, & quòd minimè deferat translatus, vel Coadiutor.

CAP. XVIII.

1 AMpliatur supradicta facultas Archiepiscopi, deferendi ante se Crucem in *Cap. præced.* vt illam habeat non solum ad diuina officia; verùm etiam ad alia negotia; semper enim facit ante se deferre Crucem, aduertit post *Cæremon. Episc. lib. 1. cap. 2. Castald. in prax. cerem. lib. 5. sect. 5. num. 1.*

2 Ampliatur etiam eadem facultas, vt possit Archiepiscopus ante se deferri facere Crucem, etiam per loca Monachorum Cassinensiũ suæ Diœcesis, iuxta *decisionem Sacræ Congreg. Rit. in vna Theatina 13. Iulij 1613.* quam referunt *Sell. select. Canon. cap. 2. num. 3. & Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *Archiepiscopus nu. 6.*

3 Aduertè, quòd in ingressu Archiepiscopi ad suam Ecclesiam, statim ac suam Prouinciam intrauerit, facit ante se deferre Crucem per aliquem ex suis Capellanis, imagine Sanctissimi Crucifixi ad se conuersa, & cum in Cathedrali recipitur à Canonicis, Crux præcedit, ita vt inter Crucem, & Archiepiscopum nemo sit, nisi Dignitates, & Canonici Ca-

stal. prax. caeremon. lib. 1. sect. 10. cap. 10. num. 17.

4 Limitatur supradicta facultas, primò quando est præsens Legatus Papæ, vel Cardinalis non Legatus, seu Nuncius cum facultate Legati de latere, tunc enim Archiepiscopus nō potest ante se deferri facere Crucē, ita *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auct. vers. 28. in fin. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 25. & in summ. Apostolicarum decis.* verbo *Archiepiscopus num* 8. vbi refert post *Aldan. per eum adductum Sacrā Congreg. Rit.* declarasse in *Taurinen. 9. Martij* 1583. Archiepiscopum nō posse deferre Crucem in visitatione Nuncij, & secum deambulando *Grat. discept. for. cap. 467. num.* 10. vbi dicit, quòd multo minus Archiepiscopus potest ante se deferri facere Crucem præsente Papa *Cap. antiqua, vbi Abb. nu. 1. vers. secundò dicit de priuil.*

5 Limitatur secundò, nam Archiepiscopus translatus ad Episcopatum, & Episcopalem Ecclesiam, licèt possit retinere nomen, siue titulum Archiepiscopi, non tamen potest ante se deferri facere Crucem, sicut dictum est supra de vsu pallij; voluit *Sacr. Congr. Rit. in Maiorien.* 16. *Octobris* 1604. prout refert *Sell. select. Canon. cap. 2. nu. 4. & Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *Archiepiscopus num. 7.*

6 Limitatur tertiò in Coadiutore Archiepiscopi, qui etiam si sit cum futura successione non potest ante se deferri facere Crucē, nec in Diuinis, nec in Pontificijs functionibus, nec dum incedit per Vrbes; cum Crux sit signum, & ornamentum Dignitatis, & Iurisdictionis, & Coadiutor vtraq; careat *Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *Coadiutor Archiepiscopi num. 3. & de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 36.*

7 Limitatur etiam, & tertiò vt dictū est supra *cap. 10. vers. colligo 4.* Archiepiscopum non posse ante se deferri facere Crucem ante acceptum pallium.

8 Aduertè, quòd quandocunque Archiepiscopus dat solennem benedictionem in Prouincia sua, ante ipsū defertur Crux, & tunc ipse erit sine Mitra, vt notat *Castal. in prax. cerem. lib. 1. sect. 10. cap. 10. sub num. 17. Barbos. de iure Eccl. lib. 1. cap. 7. sub n. 126.*

SVMMARIVM.

1 *Crucem deferens ante se Archiepiscopus, qua veste vtatur.*
2 *Inter Crucem, & Archiepiscopum, quæ persona intermedia incedant.*
3 *Crux quomodo deferatur, & quando non immediatè ante Archiepiscopum quomodo.*
4 *Crucem deferens cum peruenerit ad locum, quid agere debeat.*
5 *Crux quomodo detinenda ante Archiepiscopum benedicturum.*
6 *Crux vbi reponatur in Palatio Archiepiscopi.*
Crux defertur ante Pontificem.

ARGVMENTVM.

De deferente Crucem, modoq; deferendi, desinendi, & reponendi illam.

CAP. XIX.

1 HIc aduertè, quòd, qui defert Crucem ante Archiepiscopū debet esse indutus habitu clericali, & si Archiepiscopus sit Cardinalis, debet vti vestibus violaceis, & Archiepiscopo parato, deferens Crucē induitur superpelliceo.

2 Inter Archiepiscopum, & Crucem nemo incedit, nisi Dignitates, & Canonici.

3 Item cum defertur Crux ante Archiepiscopum, & Archiepiscopus immediatè sequitur, Imago Crucifixi vertitur ad ipsum Archiepiscopum, cùm autem non immediatè sequitur, vt quia intercedunt processionaliter Canonici fertur Crux ver-

sa

sa facie, & imagine Crucifixi ad partem anteriorem.

4 Cum Archiepiscopus peruenerit ad Ecclesiam,vel Capellam crucem ferens, deponit illam in loco congruo, ac decenti,& ipse se mittit ad locum suum cum alijs.

5 Cum Archiepiscopus,vel post sermonem,vel in fine Missæ, seu officij ad Vesperas, daturus est solennem benedictionē,deferens crucem ante Archiepiscopum ipsam tenebit eleuatam, Crucifixi imaginem versus Archiepiscopum conuertens, & illo incipiente benedictionem cum alijs genuflectit.

6 Data benedictione surgit, & reponit Crucem in loco suo,& si sit recedendum incipit procedere ante ipsum vsque ad locum suæ habitationis, & in loco solito Cameræ sub Baldachino Crucē reponit ligneo, vel lapideo suppedaneo innixam: Hæc notat ex *Caremonial. Roman. & Episcop. Castald. in prax. caremon. lib. 1. sect. 5. cap. 12.* per totum, vbi etiam addit, quòd ante Summum Pontificem defertur Crux à Subdiacono Apostolico. Cætera ad hanc materiam vide apud *DD.* citatos.

SVMMARIVM.

1 *Benedictio Archiepiscopi altera sollennis, altera simplex, sicut, & Episcopi.*

2 *Benedictione Archiepiscopi sicut, & Episcopi, & Abbatis delentur peccata venialia.*

3 *Benedicere potest Archiepiscopus in tota Prouincia.*

4 *Benedicit Archiepiscopus etiam in locis exemptis.*

5 *Benedicere potest Coadiutor in fine missæ, & dum incedit de licentia.*

6 *Benedicere debet Archiepiscopus præsente Nuncio; illo tamen prius rogato, vt benedicat.*

7 *Benedictioni sollenni crux eleuatur.*

Benedicere cessat Episcopus præsente Archiepiscopo; & hic præsente legato.

ARGVMENTVM.

Benedictio quotuplex, quisnam eius effectus, locus, tempus, & agens.

CAP. XX.

1 Alia vtitur Cruce Archiepiscopus,& est illa, qua benedicit populo manu eleuata, quam communem habet cum Episcopo in propria Diœcesi. Hæc autem benedictio est duplex vna solennis,quæ fieri solet cum illis verbis, *sit nomen Domini benedictum*, in fine Vesperarum, ac laudum, cum Episcopus solenniter celebrat,in fine Missæ; in fine processionis postquam in Ecclesia peruenerit,& in fine sermonis,de qua multa Pater *Castald. in prax. caremon. lib. 1. sect. 12. cap. 9.* Et alia simplex,quam itinerando per Ciuitatē, vel alia loca dat Archiepiscopus,de qua in *Caremon. Episcop. cap. 4.*

2 Per benedictiones prædictas delentur peccata venialia, vt post *DD.* communiter in *Clem. 2. de priuileg.* notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auct. vers. 19. Palud. in 4. dist. 16. q. 1. art. 2. Host. in summ. titul. de pœnit. & remiss.* Henriq. *lib. 4. cap. 15. num. 8. Reginal lib. 5. num. 43. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 4. punct. 1. vers. secundò asserimus Suar. disp. 12. sect. 2. Filiuc. tract. 6. cap. 5. quæst. 10. nu. 127. Bonac. de pœnit. disp. 5. q. 6. sect. 2. pūct. 2. num. 1. vers. per verbum*; qui omnes eandem facultatem tribuunt benedictioni Abbatis consecrati,qui Abbates possint populum benedicere; vide *Tambur. de iure Abbatum tom. 1. disp. 21. q. 7. per totum.*

3 Facultas benedicendi populo differt in Archiepiscopo ab Episcopo, vel Abbate in hoc, quòd Archiepiscopus non solum in sua Diœcesi, sed etiam per totam Prouinciā potest benedicere populo simplici, & solenni benedictione, hanc enim facul-

facultatẽ ei conceditur à *Clem.2. de priuileg* vbi *DD.* communiter notat *Quarant.summ.Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 29. *Letter. de re benef lib.*1.*q.*22.*num.*27.

4 Ampliatur eadem facultas benedicendi populo,siue simplicitèr,siue solenniter concessa Archiepiscopo per totam Prouinciam,vt illam possit exercere,etiam in locis exemptis eiusdem Prouinciæ;transiens enim Archiepiscopus per loca exempta suæ Prouinciæ,potest simpliciter populum benedicere, etiam solenniter in functionibus vt supra,prout deciditur in *cit.clem.* 2. *de priuileg.* refert *Quarant.cit.loc.Genuens.in prax. cap.* 88.*nu.*18.*secund. vltim.impress.Cucch. instit.moral.lib.*2 *titul.*6.*num.*33. *Meroll.tom.*3.*disp.*7.*cap.*5.*nu.*566. *Grat. discep.for cap.*467.*num.* 31.quòd intelligit non solum de loco exempto, sed etiam de populo exempto,vt declarat *Vital.in cit.clem.*2.*num.*7.

5 Ampliatur quoque, vt Coadiutor Archiepiscopi possit in fine Missę ne populus assistens Diuina benedictione defraudetur, populo benedicere. Et incedendo per Ciuitatem potest etiam populo benedicere, de licentia tamen Archiepiscopi,testatur voluisse *Sacram Congregat.in Veronen.* 31. *Ianuarij* 1561. *Barbos. summ.Apostolicarum decis.*verbo *Coadiutor Archiepiscopi num.*9.*&* 10.

6 Nota quòd Archiepiscopus præsente Nuncio,debet ipsum Nunciũ rogare,vt populo benedicat,qui hoc remittat Archiepiscopo, vt populus cognoscat dignitatem Apostolicam *Sacra Congregat. Rit. in Taurinen.* 9. *Martij* 1593. quam refert *Aldan. in compend.Canon.resol.lib.*1.*titul.*8. *nu.* 16.*&* Barbos.*summ.Apostolicarum decis.*verbo *Archiepiscopus nu.*11.

7 Ad solennem vero benedictionem eleuatur ante Archiepiscopũ crux, vt dictum est supra *Cap.*18.*in vltimo*: de forma vero,& alijs ad solennem benedictionem spectantibus, vide apud *Castald.in prax.caeremon. lib.* 2. *sect.* 12. *cap.* 9. *vbi num.* 13. aduertè quid particulare de Archiepiscopo in hac materia,quòd Episcopus pręsente Metropolitano se abstinet à benedictione, sicut ipse Archiepiscopus se abstinet præsente Cardinali,vel legato à latere.

SVMMARIVM.

1 *Pontificalium vsus conceditur Archiepiscopo.*
Pontificalium nomine,quæ veniant.

2 *Mitra venit nomine pontificalium.*
Mitra quomodo vertatur gracè,& latinè.

3 *Mitra quot modis nuncupetur.*

4 *Mitra eiusq; partes,quid significent.*

5 *Mitra quare Prælatus vtatur.*

6 *Mitra duplex,pretiosa,& simplex.*
Mitra pretiosa, quibus diebus vtendum remissiuè.

7 *Baculus pastoralis connumeratur inter pontificalia.*
Baculus pastoralis quotupliciter vocetur.

8 *Baculus pastoralis,quid significet.*
Baculi pastoralis tradendi formula.

9 *Baculi pastoralis significata ex Glos.*

10 *Baculo pastorali quomodo vtendum remissiuè.*

11 *Annulus numeratur inter pontificalia.*
Annulus pontificalis,quid significet.
Annuli pontificalis tradendi formula.

12 *Annulus pontificalis significat integritatem fidei.*
Annulus pontificalis cur in quarto digito ponatur.

13 *Annulus pontificalis,quando deferendus,& imponendus.*

14 *Sandalia veniunt etiam pontificalium nomine.*
Sandalia quo alio vocentur nomine.
Sandaliorum vsus ab Apostolis.

15 *Sandalijs, quando vtatur Archiepiscopus.*

16 *Tunica numeratur inter Pontificalia.*
Tunica pontificalis,quid significet.

17 *Tunica, quando vestiatur Episcopus.*
Tunica pontificalis quare nõ vngatur.

18 Dal-

18 *Dalmatica connumeratur inter pontificalia.*
Dalmatica pontificali, quando vestiatur Archiepiscopus.
Dalmatica pontificalis, quid significet.
19 *Chyroteca veniunt nomine pontificalium.*
Chyrotecarum pontificalium introductio, & significatum.
20 *Chyrotecis pontificalibus, quando vtendum.*
21 *Crux pectoralis connumeratur inter pontificalia.*
Crux pectoralis, quid significet.
22 *Pontificalibus vtitur Archiepiscopus in locis exemptis Prouincia.*
Pontificalibus Archiepiscopum posse vti in tota Prouincia, quomodo probetur.
23 *Pontificalium vsum prohiberi absque licentia Ordinarij, quomodo intelligendum.*
Pontificalibus non vtitur Archiepiscopus in Prouincia ad finem ordines conferendi, & chrismandi, & quare.
24 *Sedes Archiepiscopi, etiam in loco exempto collocari potest pro usu pontificalium.*
25 *Pontificalibus cum exercitio iurisdictionis non vtitur Archiepiscopus absq; licentia Ordinarij, neq; in locis suffraganeis.*
26 *Pontificalium vsus interdictus Archiepiscopo absque licentia, intelligendum cum exercitio iurisdictionis.*
27 *Archiepiscopus vbique per Prouinciã coram se celebrari facit.*
28 *Pontificalibus non vtitur Archiepiscopus in Prouincia ad finem ordinandi, & chrismandi, & quare.*
29 *Oblationes in missa Archiepiscopi celebrantis in Prouincia, etiam in loco exempto, cui debeantur.*
30 *Pontificalium vsus priuilegio non derogatur, nisi expresse de Concilio fiat mentio.*
31 *Pontificalia non exercet Nuntius in Ecclesia Archiepiscopi sine licentia.*

ARGVMENTVM.

Pontificalium nomine quæ veniant, quomodo illis vtẽdum, Archiepiscopo vbi liceat illorum vsus, & de oblationibus in missa, quam celebrat Archiepiscopus in Prouincia.

CAP. XXI.

1 IN *citata clem. 2. de priuileg.* Summus Pontifex præter prædicta de Cruce, & benedictione concedit etiam Archiepiscopo vsum pontificalium, & alia his verbis *diuina officia priuatim, vel publicè ibidem audias, & ea etiam in pontificalibus celebres, & facias in sua præsentia sine pontificalibus celebrari.* Et hoc in quouis suæ Prouinciæ loco exempto. Sed pro intelligentia sciendum est, quòd dicuntur insignia pontificalia Mitra, Baculus pastoralis, Annulus, Sãdalia, Tunicella, Dalmatica, Chirotecæ, & Crux pectoralis in Episcopis, in Archiepiscopis palliũ, & crux, quæ præest, testatur *Isid. Moscon. de Maiest. milit. Eccles. par. 1. lib. 1. cap. 8. vers. ornamenta Durand. in rationał. diuin. off. lib. 3. cap. 13.* de quibus aliqua breuiter dicenda sunt.

2 Primo Mitra vox latina est, Græca, Syriaca, vel Hebrea ex *Vorro. lib. 1. de lingua latina,* & interpretatur Mitra Syriacum, Diadema Græcum, Mitra latinum, ita *Ioseph Scaligerus.*

3 Mitra nuncupatur multis modis, Apex vocatur à *S. Augustino 2. Ciuit. 5.* sertum eum Gẽmis *ab Ennodio de Mitra Sãcti Ambrosij,* Corona Sacerdotalis *ab Ammiano Marcellino lib. 29.* Corona gloriæ ab *Eusebio Cæsarien. lib. 10. Histor. cap. 4.* Pileum generis neutrius, vel Galea, vel Tiora ab Isidoro *lib. 19. Orig. cap. 31.* Insula ab *Hugone Victor. lib. 1. de Sacram. cap. 55.* Cidaris *ab Aluino cap. de singul. vestib.* Phrygiũ à *Nicephoro lib. 4.*

*cap.34.*Lorum *à Balsamone apud Buleng.de vest.Pontif.lib.1.cap.6.* Auriphrygium circulare ab *Innoc.3. in sermone de Sancto Syluestro*. Habuit enim ortum,& originem ab Apostolis,vt testatur *Baron. anno 32. num. 298.*

4 Mitra significat spineam coronam, & quia Pontifex Christum in Passione figurat in officio Missæ, ideo Diaconus Pontifici Missam celebrāti Mitram imponit; Vel secundum alios Mitra significat scientiā vtriusque testamenti,& duo eius cornua duo testamēta,anterius nouum, posterius vetus; vel duo charitatis prçcepta;Ideo Prælati caput Mitra ornatur,vt intelligat, quòd quinque sensus à mundi illecebris custodire debet, vt duorum testamentorum præcepta seruet, & duo charitatis præcepta impleat,ad hoc,vt dignus reddatur Corona gloriæ, quam sibi Dominus præparauit in æternum, ita *Durand.Rational.diuin.offic.lib.3.cap.13.Genesius Minuccius Monachus Vallis Vmbrosæ in suo speculo Ecclesiastico lib.1.cap.4.*

5 Vtitur Prælatus Mitra ad maiorem illius ornatum, vt magis honoretur; nam ignorantes putant, quòd ille, qui habet maiorem ornatum sit maioris auctoritatis, secundum dictum *gl.in cap.vt Apostolicæ de priuil.in 6.*

6 Mitrā, alia dicitur pretiosa, quia gemmis,& lapidibus pretiosis, vel laminis aureis,aut argenteis cōtexta esse solet, alia Aurifrigiata sine gemmis,& sine laminis aureis, vel argenteis, sed vel aliquibus paruis margaritis composita, vel ex serico albo,auro intermixto,vel ex tela aurea simplici sine laminis,& margaritis. Alia, quæ simplex vocatur sine auro ex simplici serico damasceno, vel alio,aut etiam linea ex tela alba confecta,rubeis laciniis,seu francijs, & vitis pendentibus. Quibus temporibus, & functionibus Prælatus debet vti Mitra pretiosa,quibus Mitra auriphrygiata,& quibus simplici,vide apud *Castald.in prax.cæremon.lib.1.sect.5.cap.4.num.6.& seqq. & cæremonial.Episcop.lib.1.cap.17.*multa de Mitra *Cassan.catal.glor.mund.1.par.concl.5.*

7 Secundò inter pontificalia numeratur Baculus, qui à *Iuone Canat.epist.8.de Hom.in Gem.lib.1.cap.217.* vocatur Virga Pastoralis, Pedum, Ferula,& Capuita, quæ sunt Synonima;Ex *Petro Commestore in Histor.Exod.cap.52.*Cambuco, & Camburta vocatur ab *Ord.Roman.in dedicat.Eccles.*Capuita autem, & Camburta sunt voces corruptę à Cambara voce Barbara,quæ Baculum retortum denotat.

8 Baculus in Prælato correctionem denotat, & est signum auctoritatis, & disciplinæ, ac imbecillitatis humanæ sustentaculum, Hinc dum Episcopus consecratur in traditione Baculi consecrans vtitur hac forma verborum. *Accipe Baculum Pastoralis officij, vt sis in corrigendis vitijs piè sæuiens, iudicium sine ira tenens, in fauendis virtutibus, auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens.*

9 Quid autem designet Baculus explicatur benè per *gl. in cap.vnico §.fin.* verbo *propter Historiam de sacr.vnct.*his versibus.

In Baculi forma Præsul, datur hac tibi forma,
Attrahe per primum medio rege, punge per imum,
Attrahe peccantes, rege iustos, punge vagantes,
Attrahe, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

10 Baculo,quomodo sit vtendum vide apud *Castald.prax.cæremon.lib.1.sect.5.cap.5.*per totum. Quare Papa non vtatur Baculo vide *gl.* in verbo *historiam in cap.vnico §.vltim.de sacr.vnct.*vbi *Barbos.in collect. Cassan.catal.glor.mund.1.par.concl.6.vers.quæreret Dian.3.par.tract.6.resol.36.*

11 Tertiò pontificale insigne dicitur Anu-

annulus, vt quemadmodum annulus intercedit inter sponsum, & sponsam in signum matrimonij *Cap. femine 30. q. 5.* ita traditur Prælato in signum matrimonij spiritualis: de hoc annulo tractant *Panorm. in cap. Clerici il 2. de vit. & honest. cler. nu. 6. Durand. ration. diuin. off. lib. 3. cap. 14. Castald. in prax. ceremon. lib. 1. sect. 5. cap. 7.* Datur annulus ad honorem Pontificiæ Dignitatis, vt signaculum secretorum, & vt sponso fideli animarum Dei sub his verbis *Accipe annulum discretionis, & honoris fidei signum, vt quæ signanda sunt signes, & quæ aperienda sunt prodas, quæ liganda sunt liges, & quæ soluenda sunt soluas*, ita *Isidor. Mesion. de Maiest. milit. Ecclesiast. par. 1. lib. 1. cap. 8. vers. itē annulus.*

12 Significat annulus integritatem fidei Archiepiscopi, vt Ecclesiam sibi traditam diligat, & custodiat. Ponitur in quarto digito, vt sciat Præsul se Ecclesiæ, corde, & animo seruire; fertur enim in tali digito venam esse, quæ à corde procedit *cit. cap. feminæ 30. q. 5. Ioan. And. in cit. cap. clerici il 2. num. 9. de vita & honest. Cler.*

13 Vti debet Archiepiscopus annulo semper cum celebrat, siue solenniter, siue priuatè; qui cum solenniter celebrat, imponitur ei à Presbytero assistente postquam omnia alia indumenta acceperit super chirotechas in anulari digito prædicto dextræ manus cum osculo annuli, & manus, & quando extrahuntur chirotecæ, prius extrahitur annulus, deinde Ioris, ac tertiò manibus rursum reponitur *Castal. prax. carem. lib. 2. sect. 1. cap. 10. num. 12.*

14 Quartò Sandalia numerantur inter pontificalia, imo propria Episcoporum ornamenta dicuntur in *Cap. nonnulli. S. compagij, & cap. seq. 93. dist.* ex quibus sumitur, quod Sandalia & Compagia idem sūt; ita etiam sūt idem Sandalia, & Caligæ apud *S. Hieronymum in Isaiam lib. 5. cap. 20.* Sed verè distinguntur, quia Caligæ primum induuntur vsq; ad genera, Sandalia vero pedes tantùm contegunt ex *Innoc. 3. lib. 1. cap. 48.* vel dicuntur Caligæ, quia ligantur ex *Isidor. lib. 19. Orig. cap. 34.* vel dicuntur Cambagi, & Pedules, & Compobi à *S. Gregorio lib. 7. epist. 38.* & ab *Amalar. lib. 2. cap. 18.* horum enim vsus ab Apostolis introductus est, teste *Rabono lib. 1. instit. Cleric. cap. 22.* Et nemo inferior Episcopis absque Summi Pontificis auctoritate illa gestare potest *Archid. & Franch. in cap. vt Apostolicæ num. 1. vers. item vti compagis de priuil. in 6.*

15 Vtitur Archiepiscopus Sādalijs coloris tempori, & officio cōgruentis, dum solenniter Missam celebrat, dū Sacros ordines confert, vel Ecclesiā consecrat, etiam si non solēniter celebret, idest sine ministris paratis, & sine cantu; non tamen illis vtitur ad Vesperas, neque ad Matutinum, nec in officio Missæ Feriæ vj. in Parasceue, neque in Missis, quæ pro defunctis solenniter celebrantur *Ceremon. Episc. lib. 2. cap. 8. & 25. Castald. prax. ceremon. lib. 2. sect. 1. cap. 10. num. 7.*

16 Quintò Tunica dicitur de pontificalibus, & ea vtitur Prælatus quando celebrat solenniter, illa enim denotat perseuerantiam; nam cum omnes virtutes in stadio currant, perseuerantia tantùm accipit brauium, cum de illa dicatur, *qui enim vsque ad finem perseuerauerit hic saluus erit Cap. Apostolus, & Cap. multi de pœnit. dist. 2.*

17 Induitur autem tunica post Albā, quia sicut per Albā Corporis castigatio, ita per Tunicam virtutes animæ intelliguntur, quibus Prælatus, qui eis induitur semper ornatus esse debet. Tunica vero ideo non vngitur, quia sicut per eam iter non impeditur, ita pariter virtutes per illā designatæ, liberum iter ad contemplandum Deum præbent, de his latè *Durand. in rational. diuinor. off. lib. 3. cap. 10. num. 1. & seq.*

18 Sextò ad pontificalia reducitur Dalmatica, qua induitur Præsul super

per tunicam cum solenniter celebrat ex institutione Syluestri Papæ *Can. Diaconi 93. dist.* Ideo sic dicitur, quia in Dalmatia, & post alia indumenta Sacerdotalia inuenta est. Illa enim largitatem denotat, cum largas, & extensas manicas habeat; vnde secundum Apostolum, oportet Episcopum non turpis lucri cupidum, sed hospitalem esse. Profert Dalmatica Crucis formam, ad significandum, vt mundo sit Crucifixus, qui ea ornari desiderat, iuxta eiusdem *Apostol. sententiam: mihi mundus Crucifixus est, & ego mundo*, ita *Moscon. de Maiest. milit. Eccles. tit. loc. cap. 8. vers. item annulus.*

19 Septimò cum Pontificalibus concurrunt Chyrotecæ, quæ alio vocabulo dicuntur Manicæ, quia sunt ornamenta manuum conuenit enim vt quælibet pars Prælati celebrantis ornatior appareat. Hic autem ritus deductus est ab Apostolis, prout refert *Gemma lib. 1. de antiqu. rit.* 215. Chyrotecæ enim, quibus manus vestiuntur, denotant exempla Sanctorum, quæ in operibus demonstrantur, quæ opera ab omni inquinamẽto munda esse debent, & per chyrotecas albas, denotatur munditia in manibus, & in operationibus, quæ mundæ esse debent ab omni sorde. Operiuntur quoque manus, vt nesciat sinistra quid faciat dextera, iuxta dictum *Matth. 6.* explicat *Durand. ration. diuin. off. lib. 3. cap. 12.*

20 Vtitur Prælatus Chyrotecis cum solenniter Missam celebrat, cum ordines confert, & cum Episcopũ consecrat, licet non celebret solenniter, non tamen illis vtitur in Missis defunctorum, & Feria vj. in Parasceue. Imponuntur autem per Diaconum à dextris, & per Subdiaconum à sinistris, manibus illius prius, & mox Chyrotecis per eosdem deosculatis, ita *Castal. in prax. cæremon. lib. 2. sect. 1. cap. 10. num. 11.*

21 Octauò pontificalium appellatione, venit Crux pectoralis, qua ornitur Prælatus postquam indutus est omnibus alijs ornamentis, & collo suspensa ante pectus pendere debet; ea significatur, quod ait Apostolus *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* In impositione autem, & depositione Crucem illam deosculatur, ad denotandum, quod Christi passionem, quæ per illam significatur credit, & confitetur celebrans, ad quam repræsentandã in officio Missæ se paret, explicat quoque *Durãd. citat. rational. lib. 3. cap. 9.* Vltimò inter pontificalia Archiepiscopi numerantur pallium, & Crux, quæ ante ipsum desert, de quibus satis abũdè dictum est supra.

22 His præmissis ad materiam institutam. Dico, quod Archiepiscopus celebrans in loco exempto quouis suæ Prouinciæ, potest prædictis pontificalibus, seu insignijs vti, cum id ei concedatur per *Clem. 2. de priuil.* Verùm quia *Clem.* permittit vsum pontificalium Archiepiscopo in locis exemptis suæ Prouinciæ, dubitatur quid dicendum in alijs locis non exemptis: Et quidem dicendum est per totam Prouinciam, etiam in loco non exempto posse Archiepiscopum solenniter celebrare, & vti põtificalibus, nam cum *Clem.* id ei concedat in locis exemptis Prouinciæ, multo magis videtur dicendum in locis non exemptis, nam cui conceditur maius, censetur concessum, & minus *l. in suis in fin. ff. de lib. et post.* vbi *Alex. in princip. & Ias. num. 2. & 24. vers. quarto. Menoch. consil. 210. n. 11. Decian. consil. 49. nu. 55. lib. 2.* Id etiam probatur magis apertè: Certũ est enim Archiepiscopum posse vti pallio per totam Prouinciam, vt in *Cap. 1. & 2. de auct. & vsu pall.* & dictum est supra *cap. 13.* ac etiam certum est Archiepiscopũ non posse indui pallio, nisi in missis solennibus, & postquam indutus est omnibus alijs pontificalibus ornamentis, vt patet *Cap. 14. & 15.* supra: ergò omninò dicendum est Archiepiscopum posse cele-

celebrare cum Pontificalibus per totam Prouinciam,ita videtur sentire *gl.vltim.in cit.clem.*2.

23 Contra firmatam cõclusionem fortiter vrget dispositio *Concil.Trid.sess.* *6.de ref.cap.*5.vbi prohibentur pontificalia in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij sub pœna suspensionis ab exercitijs. Huic obiectioni posset responderi *Trid.* loqui tantum de Episcopis,& quia materia est odiosa, appellatione Episcopi non venit Archiepiscopus, vt dictum est supra *Cap. 3. vers.* 2. & in hoc casu notat *Genuens.loc.infra cit.*Sed relicta hac responsione tanquam minus stringente; dico *Clem.* 2. *de priuil.*concedere Archiepiscopo vsum pontificalium per Prouinciam sine exercitio iurisdictionis,vt benè habetur ex finalibus illius verbis; *Concil.* tamen *Trid.*prohibere vsum pontificaliũ in aliena Diœcesi cum exercitio Iurisdictionis,idest collatione ordinis,vt disponunt eius verba. Vnde est, quod potest Archiepiscopus per totam Prouinciam,etiam in locis exemptis celebrare solenniter cum vsu omniũ pontificalium indumentorum; non tamẽ potest extra suam Prouinciam vti pontificalibus ad finem conferendi ordines, Chrismandi, & similia, quæ quandam iurisdictionem continent,sine licentia Ordinarij loci,vt infra, & sic Tridentinum non derogat dispositioni clemẽtinæ prædictæ,declarat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctor.sub vers.* 32.*Genuens.in prax.cap.*88.*sub n.* 18. *Pauin.de visit.par.*2.*q.*4. *Meroll. tom.* 3.*disp.*7.*cap.*5.*sub num.* 566. *Campan. diuers.iur.Canon.rub.*9.*cap.* 5. *sub nu.* 3.vide *declarationem S. Congregationis* relatam infra *cap.* 156.*num.* 4.

24 Amplia,vt pro celebratione cum vsu pontificalium, sine tamen exercitio iurisdictionis, possit Archiepiscopus in Prouincia,& loco, etiam exempto collocare sedem, quia id spectat ad honorem Episcopalem,& est de accessorijs ad celebrationem, vt aduertit *Meroll.cit.nu.* 566. & dicemus nos latius inferius.

25 Restringe supradicta, vt non possit Archiepiscopus vti pontificalibus cum exercitio iurisdictionis in aliena Diœcesi,etiam suffraganea sine licentia Ordinarij,etiam si vellet illa exercere in subditum suum,vt benè aduertit *Couar.pract.*99.*cap.*9.*sub num.*2.*& Meroll.* vbi supra *Quarant. cit.vers.*32.

26 Aduertè adesse nonnullas Sacræ Congregationis declarationes, in quibus declaratur,nõ posse Archiepiscopum in Ecclesijs suffraganeorum absque eorum licentia pontificalia exercere, prout refert *Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *pontificalia num.*4. quæ intelligenda sũt de pontificalibus cum exercitio iurisdictionis,vt dictum est supra.

27 Potest quoque Archiepiscopus per totam Prouinciam, etiam in loco exempto coram se celebrari facere, sed hoc sine pontificalibus, notat *Grat.discep.for.cap.*467.*num.* 34. qui assignat rationem, quia id esset cum auctoritate demandare, & sic exercere iurisdictionem, dicta *clem.*2. & aduertunt communiter *DD.* vbi dicit Pontifex, *Diuina officia priuatè, & publicè ibidem audiat*; vnde noto ad illam particulam,*priuatè*, Archiepiscopum non solum gaudere priuilegio *Cap.fin.de priuil. in* 6. vbi conceditur omnibus Episcopis vbiq;locorum extra Ecclesiã celebrare, per se,vel per alium in sui præsentiam, sed etiam vigore huius Clementinæ,id etiam potest per totam suam Prouinciam,etiam in loco exempto, quibus priuilegijs non esse derogatum per *Concil. Trid. sess.* 22. *decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missarum* secundum veriorem sententiam, vt post *Azor.Beiã, Armendor.Ioan. Valer. Fagund.* & alios per ipsum citatos, refert *Barbos.de iure Ecclesiastico lib.*1.*cap.*12.*num.*24. *Nouar.summ.Bull.*1.*tom.titul.de altar. parat.num.*1.*in fin. & titul. de missar.*

Digitized by Google

celebr.num.4.etiam in fin. dixi ego latius in *praxi prima, & 2 par.* suis locis.

28 Ex prædictis collige, non licere Archiepiscopo in Prouincia sua, & extra Diœcesim, & multo minus in loco exempto pontificalia exercere ad finem conferendi ordines, quia id iurisdictionis est, vt dictum est supra, & notat ad dictam *Clem. 2. Anch. num. 8. Cardin. num. 5. in princip. & in §. sic tamen num. 1. Imol. num. 4. Abb. n. 3. Vital. num. 2. & alij cit. supra.* Item nec ad finem chrismandi, quia habet mixturā iurisdictionis, & officij Episcopalis, vt aduertunt *Anch. Cardin. Imol. & Abb. cit. loc.* Item nec ad finē faciendi processionem generalem, quia id est potius officij, quam honoris Episcopalis *Vital. in cit. Clem. nu. 55.* notat *Grat. discept. for. cap. 467. num. 39. & seqq.*

29 Firmata est supra conclusio, posse Archiepiscopum pontificalia exercere, non tamen cum exercitio iurisdictionis, sed solum ad solenniter celebrandum per totam Prouinciā, etiam in loco exempto, qua occasione occurrit dubitatio, cui cedant oblationes factæ in Missa Archiepiscopi, ita celebrātis extra suam Diœcesim, & in Prouincia, vel loco exempto? *Cardinal. in cit. clem. 2. de priuil. nu. 11.* dicit deberi ei, cuius sunt iura Parochialia, testans id esse verius; alij vero distingunt, quod si Archiepiscopus diuertit ad dicta loca voluntariè, oblationes debentur, vt supra; sed si celebret necessariò pro executione officij sui in casibus ei permissis, & tunc oblationes cedunt commodo ipsius Archiepiscopi, tenet *Anchar. in cit. clem. 2. n. 8. & Imol. num. 14.* & videtur sentire *Grat. cit. discept. 467. num. 38.* Prædicta indubitatò procedunt, quando Archiepiscopus celebrat intra Prouinciam, sed in loco non exempto; Sed quando celebrat in loco exempto cōtrarium tenet *Fel. in cap. dilectus num. 1. vers. & adde, quod si Archiepiscopus,* nempe oblationes deberi Rectori loci: Sed cōtra *Felin.* est veritas, prout eum reprobat *Bellect. disq. cler. 1. par. titul. de bonis Cleric. §. 3. num. 50.*

30 Non est, hìc prætermittendū, quod dispositioni *Clem. Archiepiscopo de priuil.* pluries *supracit.* permittēti Archiepiscopo vti pontificalibus per totam Prouinciam, etiam in locis exemptis, cum sit *Concil. Generalis Viennen.* non censetur derogatum per clausulam generalem, nisi expressa mentio fiat Concil. Generalis; dicendo *non obstante quauis constitutione, seu lege in Concilio Generali edita* per *tex. in cap. ex parte, & cap. vltimo de Capell. Monach. Archid. in cap. 1. de constit. in 6. Fel. in cap. nonnulli col. 4. sub num. 2. de rescript. Couar. in epitom. par. 2. cap. 8. §. 9. num. 6. Merlin. de iust. & iur. tract. 2. disput. 173. vers. occasione legitimationis, Henriq. in summ. lib. 7. cap. 26. nu. 3. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 16. num. 7. & lib. 8. disp. 35. num. 17.* qui alios citat.

31 Obserua etiam, quod Nuncius non debet pontificalia exercere in Ecclesia Archiepiscopi sine illius licētia, & ita decisum fuisse per *Sacr. Cōgregat. Rit. sub die 13. Aprilis 1630. Aldan. in compend. Canon. resol. lib. 1. cap. 8. num. 15.* dicit.

SVMMARIVM.

1 *Sedes Archiepiscopi duplex.*
2 *Baldachini nomen nouum, & vbi de eo mentio.*
3 *Baldachinum quid nam sit.*
4 *Baldachinum aliàs vocatur Solium, & Thronus.*
5 *Archiepiscopus assimilatur Ducibus.* Baldachino *vtitur Archiepiscopus in tota Prouincia, etiam in locis exemptis.*
6 Baldachino *vtuntur, etiam Episcopi in locis exemptis, & Regularium.*
7 *Baldachini Archiepiscopi erectio, si impediatur, quid agendum; quid si Episcopus sit impeditus.*

AR-

ARGVMENTVM.

De Sede, seu Baldachino Archiepiscopi, illiusq; erectione.

CAP. XXII.

1 DIctum est *Cap. præcedenti* Archiepiscopum solenniter celebrantem cum Pontificalibus posse extra suam Diœcesim, & intra suam Prouinciam, etiam in locis exemptis collocare Sedem, seu Cathedrā in casibus tamē à iure permissis; Pro quorum cognitione. Dicendum est Sedem, seu Cathedrā Archiepiscopi in his terminis dupliciter dici: Alia enim est Sedes, seu Cathedra iudicialis, de qua dicemus suo loco: Alia est Sedes, seu Cathedra non iudicialis; & ad effectum celebrandi, seu prædicandi; & de ista dicemus hìc, ita distinguit *Grat. discep. for. cap.* 476. *num.* 1. *& decis.* 113.

2 Hæc autem Sedes, quam Baldachinum communiter appellamus, quod apud antiquos Romanos non inuenitur, & est vox Itala, reperitur solū in *lib.* 1. *sacrarum ceremoniarum Ecclesiæ C. de consecratione, & coronatione Summi Pontificis, & C. de processione Pontificis, & Cæsaris per Vrbem in pluribus locis*. Apud nonnullos vocatur pallium, ita apud *Alber. in rub. C. de sacros. Eccles. num.* 4. vbi queritur, an Principes benedicendis in nuptijs, vti debeant pallijs Ecclesiæ.

3 Est igitur Baldachinum tegmen solij Principis in Trono stantis, siue incedentis; Hinc Regina Sabba salutando Salamonem *3. lib. Reg. cap.* 10. *vers.* 9. dixit: *Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super Thronum Israel; eo quod dilexisti Dominum in sempiternum, & constituit te Regem, vt faceres iudicium, & iustitiam*.

4 Alio vocabulo vocatur Baldachinum, Solium, quòd græcè Thronum dicitur; & inter ipsius Principis insignia numeratur à *Polydoro*, quem refert *Cassanet. in Catal. gl. mund. par.* 1. *concl.* 1. *&* 2. quòd nuper communicatum videmus Ducibus, Comitibus, & alijs, de quibus insignijs loquitur *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *C. quis dicatur Dux. Lancell. Conrad. in templo Iud. lib.* 1. *cap.* 3. *& seqq.*

5 Archiepiscopus multum assimilatus Ducibus, nam sicut Duces plures sub se habent Comites, vt per *Frecc. loc. cit.* ita Archiepiscopus suffraganeos, proinde ad illius exemplum ei conceditur Baldachinum, prout multis argumentis probat *Mart. de iurisd. par.* 2. *cap.* 53. per totū, & *num.* 26. non solum, quando celebrat in sua Diœcesi, sed per totam Prouinciam, etiam in locis exemptis, quia illius vsus ad pontificalia reduci potest, & spectat ad honorem Archiepiscopalem, & est de accessorijs ad celebrationem, aduertit *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctor. vers.* 30. *Meroll.* 3. *tom. disp.* 7. *cap.* 5. *sub num.* 566. & alij, qui id admittunt solum ad finem celebrandi, minimè verò ad exercendam iurisdictionem.

6 Quòd communiter ampliatur, vt liceat Archiepiscopo vti Baldachino celebrando in quacunque parte Prouinciæ, etiam in locis exemptis; sicut etiam Episcopus in loco exēpto suæ Diœcesis vtitur illo *Ricc. in prax.* 2. *par. resol.* 313. *num.* 1. *Grat. discept. for tom.* 3. *cap.* 467. *Campanil. diuers. iur. Canon. rub.* 9. *cap.* 5. *sub nu.* 3. *Tambur. de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 15. *q.* 15. *nu.* 5. Et quòd Episcopo celebranti in Ecclesijs Regularium liceat erigere Baldachinum, voluit *Sacra Congregat. Episcop. & Regul. sub die* 10. *Iulij* 1603. & referunt *Quarāt. summ. Bull.* verbo *priuil. Regul. Piasec. in prax. par.* 2. *cap* 3. *Laur. de Peyrin. de priuil. regul. ad constit.* 26. *Leon.* X. *nu.* 45. *Laurent. de Franch. in controu. in epis. & regul. pag.* 92. *& seq. Lezan. in summ. quæst. regul. tom.* 1. *cap.* 11. *nu.* 3. *& tom.* 3. verbo *Baldachinum nu.* 3.

Digitized by Google

Ioan. Mar. Nauar. Lucer. Regul. eod. verbo num.8. Ald. compend. Canon. resol. lib. 3. titul. 8. num. 16. Tambur. loc. cit. alter Nouar. summ. Bull. 1. par. titul. de Baldachino. *Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *Baldachinum num. 1. Campanil. diuers. iur. can. rubr. 9. cap. 5. num. 3. vers. ceteras*, & alij.

7 Quæstio est in his terminis, si Archiepiscopus impediatur vti Baldachino, vel alijs pontificalibus in Prouincia quomodo sit procedendum contra impedientes; Et quidem hæc quæstio absoluta est in Episcopo, qui impeditur in propria Diœcesi, etiam in loco exẽpto vti Baldachino; nam ipse Episcopus impeditus potest etiam contra exemptos, & Regulares procedere, iuxta decretũ *Sacræ Congregat. Episcoporum, & regul.* quod adducit *Tambur. supra cit. loc. num. 5. et Nauar. summ.* Bull. *1. par. titul. de Bald. in principio*; quoad vero ad Archiepiscopum distinguit *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auct. vers. 30. in fin.* quòd si Archiepiscopus impeditur vti Baldachino in Prouincia in loco, & à personis non exemptis potest ipse Archiepiscopus contra impedientes procedere; sed si impeditur ab exemptis tenetur impeditus coram superiore exemptorum impedientium agere, sequitur *Grat. discept for. cap. 467. num. 46. Ricc. vero in prax. resol. 213. 2. par. num. 2.* aliter tenet.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopo, quorum insignium concedatur vsus in Prouincia.*
2 *Cappa quid sit, eiusq; descriptio.*
Cappa vtitur Archiepiscopus in Prouincia.
3 *Mozzetta vtitur Archiepiscopus per totam Prouinciam.*
4 *Mantellettus quid sit.*
Mantelletta vbique licitum Archiepiscopo vti.
5 *Galerus duplex, & inter Pontificalia numeratur.*
Galero vtitur Archiepiscopus per totam Prouinciam.
6 *Prædicare an possit Archiepiscopus in Prouincia sine licentia Ordinarij.*
Episcopus prædicat vbicunq; in propria Diœcesi.
Episcopus an prædicet extra Diœcesim sine licentia Ordinarij; duplex opinio, & num. 7.
8 *Prædicare potest Archiepiscopus in tota Prouincia.*

ARGVMENTVM.

De alijs Episcopalibus ornamentis, & de potestate prædicandi.

CAP. XXIII.

1 Dictum est supra, quibus pontificalibus possit Archiepiscopus vti per totam suam Prouinciam, etiam in locis exemptis; eandem prosequendo materiam. Dicendum est Episcopos alia habere insignia, seu indumenta vltra supradicta, quorum vsus hic dicendum est, an concedatur Archiepiscopo in Prouincia extra suam Diœcesim, &

2 Primò Cappa, qua vtitur Episcopus in ꝓpria Ecclesia, & in Cappella Papali confecta ex lana violacei coloris, in hyeme pellibus albis suffulta, in estate vero serico rubeo; in solẽnioribus ex Camelotto; excepto hoc inter Prælatos Regulares, qui sẽper vtũtur colore sui ordinis *Ceremon. Episcop. lib. 1. cap. 3. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 9. cap. 5. sub n. 3. vers. Mantellettus circa medium, Castal. in prax. ceremon. lib. 1. sect. 10. cap. 1. num. 10.* Illa etiam vti potest Archiepiscopus per totam suam Prouinciam, iuxta formam *Ceremon. prædict.* siue enim Cappa sit insigne denotans iurisdictionis exercitium, siue solam dignitatem, competere debet illius vsus Archiepiscopo in Prouincia sua, ad dicta per *Tambur.*

de

de iure Abbatum tom.1.disp.21.q.2.n. 1.& 2.

3 Secundò Mozzetta vtitur Archiepiscopus per totam suam Prouinciã, & illa violacea supra Rocchettum apertum: notant *Campanil.diuers.iur. Canon.rubr.9.cap.5.num. 3.sub vers. Mantellettus, Castal.in prax. caeremon. lib.1.sect.10.cap.10. num. 18. Barbos. de iure Eccles.lib.1.cap.7.nu.*128. Non tamen præsente Legato de latere *Barbos.summ. Apostolicarum decis.* verbo *Mozzetta num.7.*

4 Tertiò Mantellettus, qui est vestis ita appellata, quia super vestem inferiorē talarem induitur, eaque breuior, & aperta, vt per scissuram extrahi possit, vt ex *Caeremon. lib.1.cap.*1. illa enim vbiq; terrarum deferri potest, & coram quibuscunq; violacei coloris, vel nigri, quemadmodum, & vestis inferior, ita *Campanil.diuers.iur.Canon.rub.9.cap.5.num. 3.vers Mantellettus.*

5 Quartò numerant aliqui inter pontificalia insignia, Galerum, quem duplicem formam habere videmus, alteram qua in solennioribus equitationibus vtitur præsul, alterã simpliciorem; vtramq; tamē ex lana, & serico viridi ornatam, iuxta formam in cæremoniali descriptam *lib.1.cap. 3.* illo enim posse Archiepiscopum vti per Prouinciam, & vbiq; locorũ est indubitatum apud omnes. *Campanil.diuers.iur.Canon.rubr. 9. cap.5. num.3.*

6 Quæro hic, an possit Archiepiscopus per totam Prouinciam prædicare sine licentia loci Ordinarij: Et antequam ad quæsitum respondeam. Præmitto, in propria Diœcesi posse Episcopum prædicare in quacunque Ecclesia, etiam Regulari, nec ab aliquo potest prohiberi; prout est commune, & voluit etiam *Sacra Cōgreg. Episc.& Regul.die* 17. *Ianuarij* 1584. de qua testatur *Lezan.in summ.quaes. Regul.tom.*3. verbo *Concionatori num. 13.Barbos.in summ. Apostolicarum decis.* verbo *prædicare num.1. Dian. par. 1.tract.2.resol.* 109. Extra verò propriam Diœcesim, an cōcedatur Episcopo posse prædicare sine licentia Ordinarij, duplex est sententia; tenent enim graues *DD.* posse Episcopum, etiam solenniter prædicare in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij; ea ratione, quia tractatur de salute animarum, nec inspiciendus est quis prædicet, sed quid prædicetur, & prædicare non consistit in iurisdictione contentiosa; ita & latius probant *Præpos.Alexan.in Cap.scriptum ad fin.num.26.q.3.* & ibi *Archid. num.2.Turrecrem.in fin.vers. & aliarum est opinio num. 3. Gemin. ad fin. vers.quòd dicit num.*2. vbi idem addit in Legato *Bellamer.ad med.vers.adde hac sententia, Fel.in cap. excommunicamus col.4 ad fin.vers. & dic quòd Episcopus num. 3. de haeret.* quos citat *Grat.discep.for.393.num.14.& 15.& Genuens.in prax.cap.58.sub nu.1.*

7 Alij verò dicunt, quòd prædicare minimè potest Episcopus in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij, quãdo Ordinarius id prohibuerit; quasi potestas prædicandi sit intelligenda in proprio populo, non in alieno *gl. in cit.cap.scriptum* in verbo *admonendum 6.q.3.Fusc.de visit.lib.2. cap. 20. num.23. in fin.* Et priuilegium Episcopis concessum prædicandi per vniuersum Mundum *Matth. 9. & March. vltim. & in cap.noua dist. 21.* intelligatur nisi in alienis Diœcesibus prohibeantur ab Episcopo loci: hanc sententiam tenet *Card.in clem. dudum §.ab olim col.3.q.6.num.7.de sepult.*& secundum eam fuisse seruatum, refert in facti contingentia *Genuens.cit.cap.18.num.2.* & declaratũ per *Clem.VIII.* testatur etiam *Grat. cit.loc.num.9.et seqq.Barbos.cit.* verbo *prædicta num.1.in fin.*

8 His præmissis ad quæsitum dico, si secundum primam opinionem prædicare conceditur, etiam alieno Episcopo; ergò multo magis debet cōcedi proprio Archiepiscopo, cuius in tota Prouincia dicitur esse iurisdictio,

ctio, vt dictum est supra; & multo magis, quia prædicare non est iurisdictionis secũdum *Grat.cit.cap.* 393. *num.* 13.& per eum adductos; & in terminis Archiepiscopi, quòd possit prædicare per totam Prouinciam sine licentia Episcopi, etiam solenniter, tenet idem *Grat. discept. for. cap.* 467.*num.*37.*post gl in Clem.*2. verbo *etiam celebrare,& ibidem Abb.num.* 3. *ac Vitalin.num.*19.20.*& 66. de priuil.* per allegatum *Grat*, adductos.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus in tota Prouincia, etiã in locis exemptis sine licentia exemptorum, quando pontificalibus vtatur.*

2 *Pontificalia exercere cum mixtura iurisdictionis, quando Archiepiscopus possit in locis Prouinciæ exemptis, uel non exemptis.*

3 *Archiepiscopus exercens pontificalia cum mixtura iurisdictionis, quas pœnas incurrat, & num.*4.

5 *Suspensio ab exercitio pontificalium, quid importet.*

6 *Suspensio ab exercitio pontificalium, quæ non importet.*

7 *Suspensus ab exercitio pontificalium, an tonsuram conferre possit, ubi opinio negatiua.*

8 *Suspensus à pontificalibus potest conferre tonsuram secundum aliam opinionem. Et quid in praxi.*

9 *Ordinarij nomine, qui veniant ad effectum licentiã concedendi pro exercitio pontificalium.*
Ordinarij, an dent licentiam exercendi pontificalia in locis exemptis, & quando.

10 *Suspensus ob exercitium pontificaliũ absq; licẽtia Ordinarij in aliena Diœcesi, quid si ordines cõferat, et similia.*
Suspensus ob exercitium põtificalium, absq; licẽtia Ordinarij in aliena Diœcesi, quid si Pontificalia exerceat bona fide,

11 *Archiepiscopus baptizans in aliena Diœcesi absque licentia Ordinarij, an suspensionem incurrat.*

ARGVMENTVM.

Quorum exercitium liceat Archiepiscopis in aliena Diœcesi absque licentia, quorum vero suspensionem inducat. Quis effectus suspensionis; & quinam dent licentiam exercendi pontificalia.

CAP. XXIV.

1 Ex præmissis firmanda est prima conclusio, quòd Archiepiscopus in Prouincia, & locis illius exẽptis potest sine licẽtia, etiam exemptorum vti insignibus pontificalibus supra narratis, & exercere ea, quæ sunt honoris, & præeminentiæ Archiepiscopalis, & alia, quæ non habẽt mixturã iurisdictionis, vel officij.

2 Dubium est, an exercere pontificalia cum mixtura iurisdictionis, vel officij, sit omninò prohibitũ Archiepiscopo in Diœcesibus suffraganeorum sine licentia. Et quidem procedendo cum distinctione, dicendum est, in locis exemptis infra Prouinciam non posse exercere sine licentia exemptorum, prout communiter docent *DD. in cit. clem.* 2. & refert *Grat.discept for. cap.* 367.*num.*26.*&* 27.qui vlterius addit, quòd non sufficit licentia exemptorum, sed est necessaria licentia superioris immediati dictorum exemptorum; In Prouincia vero, & in locis non exemptis, regulariter, nec etiam potest Archiepiscopus exercere pontificalia cum iurisdictione; puta ordinare, chrismare, consecrare, & cæt. sine licentia Ordinarij, nisi in casibus ei permissis, inferius numerandis.

3 Hinc Archiepiscopus exercens põtificalia cum iurisdictione extra Diœcesim, etiam in Prouincia sine licentia, non effugct pœnam *Concil. Trid. sess. 6. de ref cap.* 5. prohibentis exercitium pontificalium in alienæ

Diœ-

Diœcesi sine licentia Ordinarij, sub pœna quoad Episcopum ab exercitio pontificalium, quoad ordinatum ab executione ordinum suspensionis, qui *tex.* licet loquatur de Episcopo comprehendere etiam Archiepiscopum probatur ex *gl. in cap. 2. de off. ord. in 6.* tradit *Couar. practic. cap. 9. num. 2.* & melius *Zerol. in prax.* verbo *Archiepiscopus verſ. ad secundum*; licet disputando posset contrarium defendi, illa ratione, nempe appellatione Episcopi non venire Archiepiscopum in odiosis, vt dictum est supra *cap. 3. num. 2.*

4 Alia quoque reperitur statuta pœna de iure communi contra præsumentem in aliena Diœcesi ordinare Clericos, aut Altaria consecrare in *Cap. Episcopus 7. q. 1.* vbi præcipitur, quod abstineret à celebratione per vnum annum, quã pœnam probat esse ferendã sententia non lata *Bonac. de suspension. omnib. in particul. disp. 3. q. 2. punct. 12. num. 1. verſ. sed oppositum contra alios.*

5 Pœna vero suspensionis ab exercitio pontificalium lata per *Trid.* quia est ipso iure statim ligat; vnde Archiepiscopus, qui in aliena Diœcesi pontificalia exercuit sine licentia Ordinarij, non potest sine dispensatione, confirmare, ordines conferre, consecrare virgines, Calices, Ecclesias, vel Corporalia, quia hæc ad põtificalia pertinent; ita *Zerol. in prax. 2. par.* verbo *Episcopi verſ 2. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disp. 16. cap. 3. col. 6. Bonac. loc. cit. verſ. hinc sequitur.*

6 Potest tamen suspensus à pontificalibus baptizare, confessiones audire, Missæ sacrificium facere iuxta morem aliorum Sacerdotum inferiorum, quia hæc non sunt pontificalia. *Bonac. cit. loc. num. 3. verſ. secundò sequitur*, & alij communiter, vbi etiam dicit talẽ suspensum posse beneficia conferre, censuris ligare, & alia iurisdictionis exercere.

7 Dubium solum est, an suspensus à pontificalibus possit primam tonsuram conferre; & dubium pendet ab alia quæstione inter Canonistas satis controuersa: an scilicet Episcopus sine licentia possit in aliena Diœcesi conferre primam tonsuram suis subditis: partem negatiuam tuentur *Campanil. diuerſ. iur. can. rub. 6. cap. 1. num. 2. in princip. Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 50. nu. 7. Barbos. de potest. Episcopi par. 2. alleg. 6. num. 15.* vt in *collect. ad Concil. Trid. cit. cap. 5. num. 9.*

8 Contrariam sententiam, nempè posse Episcopum sine licentia conferre primam tonsuram in aliena Diœcesi suis subditis, defendunt *Henriq. in summ. lib. 3. cap. 6. §. 6. Bonac. de Sacram. disp. 3. q. vnica punct. 2. num. 13. Azor. par. 2. lib. 3. cap. 48. q. 5. Fornar. de Sacram. Ordin. cap. 5. §. 4. notab. 4. Molfeſ. in summ. tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 15.* & alij. Prima sententia tanquam securior seruatur in praxi; secunda est magis communis, & validis fundatur argumentis, quæ etiam videtur teneri à *Diana par. 3. tract. 4. resol. 143. verſ. non desinam*: ea potissimum ratione; quia prima tonsura non est ordo, vnde illam conferens non dicitur exercere pontificalia, & proindè non prohibetur conferri in aliena Diœcesi. His præmissis ad dubium principale dico, posse sine scrupulo amplecti vtramq; sententiam; verùm quia praxis videtur inclinare in eam sententiam, quod in aliena Diœcesi non possit conferri prima tonsura sine licentia, sequitur dicendum, quod suspensus à põtificalibus non possit conferre primam tonsuram *Bonac. de suspenſ. in particul. disp. 3. q. 1. punct. 12. num. 2. & q. 2. punct. 12. num. 2.*

9 In his terminis concedendi licentiam exercendi pontificalia ab Ordinario alieno Episcopo, dicunt cõmuniter *DD.* venire nomine Ordinarij Episcopum, Capitulum sede vacante, & Vicarium Generalem habentem ad id speciale mãdatum, ij enim possunt licentiam prędictam con-

concedere *Bonac.cit.q.2.punct.12.n.4.& 5.* Quod si locus sit exemptus, adhuc spectat ad Episcopum intra cuius Diœcesim est locus, dare licẽtiam exercendi pontificalia, non verò ad Prælatum inferiorem, vt post *Gallet.* tenet *Barbos. in collect. ad Concil. Trid. sess. 6. de ref. cap. 5. num. 29. Bonacin. cit. loc. num. 4. vers. an autem*; quod non est verum in Prælato habente Iurisdictionem Episcopalem.

10 Suspensus à põtificalibus ob exercitium illorum in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij, iuxta dispositionem *Concil. Trid. cit. sess. 6. de ref. cap. 5.* licet possit ab Episcopo absolui, ex quo suspẽsio est lata sine temporis determinatione, & nemini est reseruata, vt dicit *Bonac. cit. punct. 12. num. vltim. in fin.* tamen si ante absolutionem pontificalia exerceat, ordines conferendo, Calicem, vel corporalia consecrando, & similia, irregularitatem incurrit, iuxta communem sententiam; quod si id inaduertenter fecerit Episcopus bona fide sine animo contraueniendi Decretis *Concil.* mitius cũ eo esset tractandum, & facilius dispensatio concedenda, etiam ab irregularitate dicit *Grat. discep. for. cap. 393. n. 22.*

11 Aliud est dubium in his terminis, an Archiepiscopus baptizãs in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij incurrat pœnam, de qua in *Concil. Trid. cit. loc.* latam contra vtentes põtificalibus, vt supra Et quidem videtur non incurrere, & id ei licere cum sola Parochi proprij licentia, sicut cum dicta licentia licitum est simplici Sacerdoti. Sed verius dicẽdum est, quia Præsul baptizando vtitur Mitra, iuxta *Ritual. Romanum Pauli V. in rub. Ritus seruandus cum Episcopus baptizat*, requiri, quod præcedat licentia Ordinarij, cum Mitra ad põtificalia reducatur, vt dictum est supra *cap. 21.* & tenet *Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 9. cap. 5. num. 4.* Vnde dicendum est sine hac licentia incurri pœnam prædictam.

SVMMARIVM.

1 *Pontificalia exercens Archiepiscopus in Prouincia, vel loco exempto, quos ministros habere debeat.*
2 *Pontificalia exercenti Archiepiscopo extra propriam Ecclesiam, an Canonici teneantur assistere.*
3 *Pontificalia exercenti, vel concionanti Archiepiscopo, alij Presbyteri præter Canonicos non debent ministrare.*
4 *Pontificalia exercenti Archiepiscopo, vel Episcopo, Canonici Cathedralis non collegiatæ, vel Parochialis assistere debent.*
5 *Archiepiscopo priuatè celebranti non possunt Canonici assistere, nisi aliud de consuetudine.*
6 *Archiepiscopo absente, duo Canonici assistunt Episcopo eius nomine celebranti.*
7 *Canonici assistentes Archiepiscopo celebranti, qui nam esse debeant.*
8 *Canonici assistunt Archiepiscopo celebranti priuatim, si ordinationes faciat.*
9 *Canonici assistentes Archiepiscopo celebranti, fimbrias eleuant, dum thurificatur, & non Presbyter.*
10 *Canonici quando teneantur ponere, & deponere mitram, quando biretum.*
11 *Canonici omnes assistere debent Archiepiscopo celebranti, & processioni emittenti, & quomodo parentur.*
Dignitates Capituli incedere debent cum plunialibus.
Canonicos omnes in processionibus incedere cum plunialibus, est declaratus abusus.
12 *Canonici omnes non tenentur assistere suffraganeo celebrãti pro Archiepiscopo.*
13 *Canonici, & dignitates Archiepiscopo assistentes, tenentur obseruare ceremoniale non obstante consuetudine in contrarium num. 14. Quid in consuetudine laudabili num. 15. & in statuto Ecclesiæ num. 16.*

17 Ca-

17 *Canonici consuetudine, vel statuto laudabili non obstante, censuris, & mulctis compellendi sunt ad obseruantiam ceremonialis.*

ARGVMENTVM.

De assistentia Canonicorum praestanda Archiepiscopo celebranti, vel alteri eius nomine; de paramentis illorum, & de obseruantia Ceremonialis, &c.

CAP. XXV.

1 QVaero hic, an Archiepiscopus celebrans, & pötificalia exercens in sua Prouincia, vel in loco exempto suae Diœcesis, vel Prouinciae possit habere proprios Canonicos, & ministros, qui ei assistant.

Respondetur, aut facit actum permissum voluntariae, & tunc potest habere proprios ministros. & assistētes necessarios ad illum actum, exclusis alijs, quia cum possit talem actum liberè facere, poterit etiam liberè assumere ministros sibi benè visos propter regulam accessorij, & cum quid conceditur & cæt. Aut facit actum necessarium, exequendo officium suum pastorale vocatus ab exemptis, aut alijs de Prouincia, & tunc, primò recurratur ad priuilegium, vt videatur eius forma, & continentia inter exemptos *Capporro de priuil.* extrà vero exemptos, & priuilegium, potest Archiepiscopus declarare se velle suos ministros assistentes, quòd etiam spectat ad decorē Archiepiscopalis dignitatis, quae magis honoratur quando simul cum capite adsunt eius membra; quamuis etiam decentius esset, vt omnes Archiepiscopo assisterent, quia ita maiori solennitate, & ministrorum numero res peragerctur, & Archiepiscopus à suis membris non separaretur *Cap. nouit de his, qua fiunt à Pral.* & exempti, siue alij non possent conqueri, quod eorum ministerium despiceretur ab Archiepiscopo, & quodamodo laederentur, dum ipsis exclusis alij in eorum Ecclesia inseruiunt, ita *Grat. discept. for. cap. 467. n. 55. & seqq.*

2 Sed hic de facili posset dubitari, an Canonici teneātur assistere Archiepiscopo extra propriam Ecclesiam Pontificalia exercenti.

Respōdetur, quod si Archiepiscopus Pontificalia exerceat extra propriam Ecclesiam, sed intra suam Ciuitatē, & tūc Canonici Cathedralis tenētur assistere, ēt si in loco exempto exerceat, dumodo numerus sufficiēs Canonicorū, & Ministrorum in sua Ecclesia remaneat, & non solum Praelato celebranti, sed etiam concionanti referunt decisum per *Sacram Congreg. Rit. in vna Elboren. 7. Iulij 1612. Colet. in Margar. cas. consc.* verbo *Canonicus pen. Scip. de Rub. in aphor. Episc.* verbo *assistentiam num. 2. & Barbos. de Canon. & dignit. cap. 33. nu. 8. & 9. & in summ. Apostolicarum decis.* verbo *Canonici assistētes*, vbi dicit, quod possunt cogi.

3 Ampliatur suprapposita conclusio, quod adeo Canonici Cathedralis tenentur assistere Archiepiscopo celebranti, vel concionanti, vt non cōueniat adhibere Presbyteros simplices spretis Canonicis Cathedralis, prout voluit *Sacr. Congreg. Rit. 2. Augusti 1631.* his verbis *non conuenire, sed Canonicos Cathedralis in casu proposito inseruire debere, etiam extra Cathedralem, & non alios inferiores,* refert *Barbos. cit cap. 33. num. 10.*

4 Generale est enim in his terminis assistentiae, quod Episcopo, siue Archiepiscopo pontificaliter celebranti in Ecclesia Collegiata, vel Parochiali, teneantur assistere Canonici Cathedralis Ecclesiae, si adsint, non autē Canonici Collegiatae, vel Presbyteri Parochialis, etiam si numerus alioquin sufficiens sit presbyterorum,

rorum, prout voluit eadem *Sacr. Cõgreg. in Calaguritana 1. Iulij 1601. & in Bononien. 26. Aprilis 1602. & in Brundusina 15. Iulij 1617. teste Barbos. cit. cap. 33. nu. 11. & in summ. Apostolicarum decis.* verbo *Assistentes nu. 25. post Sell. select. Canon. cap. 3. num. 128.*

5 Secus tamen est, quando Archiepiscopus priuatè celebrat, tunc enim in quacũque Ecclesia accesserit Canonici non possunt cogi ad assistendum, prout voluit *Sacra Congreg. in Typhernaten. 5. Iulij 1603.* & refert idem *Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *Canonici assistentes num. 3.* nisi aliud consuetudo disponeret, nã tunc tenerentur Canonici assistere, & consuetudo esset seruanda, ac assistentes lucrarentur distributiones, si pro tali causa abessent à Choro, prout voluit *ead. Sacr. Congreg. in una Lamacen. 28. Aprilis 1607.* teste *Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 33. nu. 13. & 14.*

6 Quod si Archiepiscopus absẽs, vel impeditus inuitaret suffraganeum Episcopum ad exercendas functiones Episcopales, adhuc tenerentur Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ inuitantis, assistere Episcopo inuitato, & præstare illi eadem obsequia, quæ tenentur præstare delegãti; hac tamen differentia, quod Episcopo inuitato non tenentur assistere duo Canonici vltra Diaconum, & Subdiaconum, qui sunt cantaturi Euangelium, & Epistolam, sicut assisterent proprio Præsuli, refert decisum per *Sacr. Congreg. Rit. in vna Bracharen. 20. Februarij 1604. Barbos. cit. tract. de Canon. & Dignit. cap. 33. nu. 18. & seq.* vbi secus dicit accedente consuetudine.

7 Hi enim Canonici, qui assistunt Archiepiscopo celebranti solenniter, hinc, inde, debẽt esse duo primi Diaconi, quando præbendæ sunt distinctæ, vt disponit *Caremon. cap. 8.* & voluit *Sacra Congregatio Rit. in Placentina 19. Maij 1607. in resp. ad 7. dubium*, de qua *Sell. select. Canon. cap. 3. num. 130.*

8 Qui duo Canonici assistere debent Archiepiscopo, & Episcopo, quando facit ordinationes, etiam si cum Missa priuata, prout voluit *ead. Sacr. Cõgreg. in cit. Placẽtina in resp. ad 2. dub.* quam refert *Sell. cit. loc. num. 131.*

9 Prædicti autem duo Canonici assistentes Diaconi, debẽt eleuare fimbrias pluuialis hinc, inde, dum Episcopus progreditur, & thurificat Altare, minimè vero Presbyter assistẽs, prout disponit *citata Sacra Congreg. in Placentina in resp. ad 7. dub.* apud *Sell. cit. cap. 3 num. 130.*

10 Similiter prædicti duo Canonici, Diaconi assistentes tenentur ponere, & deponere Mitram Archiepiscopo celebranti, non tamen tenentur ponere, & deponere biretum, quando illi assistunt parato cum sola Cappa; quia tunc ipse Præsul ad id tenetur: determinauit *Sacra Congregatio Rit. in Saonen. 21. Augusti 1604.* de qua meminit *Sell. cit. cap. 3. n. 132. Barbos. de Canon. & dignit. cap. 33. nu. 26. et seq.*

11 Vlterius notandum est, quod Archiepiscopo solenniter celebranti, vel processiones emictenti, non solũ Canonici, qui necessarij sunt in ministerio, sed omnes alij præsentes Canonici debent assistere parati, videlicèt Dignitates cum pluuialibus, Canonici Presbyteri cum Planetis Diaconi, & Subdiaconi, Dalmaticis, & Tunicellis, & si omnes assisterent cum pluuialibus esset abusus, prout voluit *Sacra Congreg. Rit. in Neapolitana 25. Martij 1602. et in Placentina 19. Maij 1613.* teste *Barbos. de Canon. et Dignit. cap. 33. num. 28.*

12 Secus tamen est, si alius Episcopus, vel suffraganeus inuitatus ab Archiepiscopo solenniter Missam, vel processionem celebraret, illi enim non debent assistere omnes Canonici, vt supra parati, sed solum illi, qui sunt necessarij in ministerio *Sacr. Congreg. Rit. in Bracharen. 1. Septembris*

tembris 1607. apud *Sell. select. Canon. cap.* 3. *num.* 136. *&* Barbos. *summ. Apostolicarum decis.* verbo *Canonici assistentes num.* 13.

13 Vltimò in hac materia assistentiæ faciēdæ Archiepiscopo, vel Episcopo à Dignitatibus, vel Canonicis, omninò seruandum est, quod disponit *Cæremoniale Romanum*, ita enim mandauit *Sacra Congreg. in vna Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *& in Mexican.* 4. *Aprilis* 1620. & refert *Barbos. de Canon. & Dignit. cap.* 33. *num.* 23.

14 Cæremoniale enim in sua materia ad vngem est seruādum in omnibus Ecclesijs, non obstante contraria cōsuetudine, quæ per *Bullam Clementis VIII.* in ipso Cæremoniali impressa tollitur & abrogatur *Sacr. Congreg. Rit. in Pacen.* 12. *February* 1633. de qua *Aldan. in compend. Canon. resol. lib.* 1. *titul.* 23. *num.* 74.

15 Fallit tamen in consuetudine immemorabili, & laudabili, hæc enim non censetur abrogata, nisi cum expressa mētione, & proinde cæremoniale Romanum illam non tollere, voluit, *Sacra Congreg. Rit. in Salamātina* 10. *Ianuarij* 1604. *& in Cæsaraugustana* 10. *Aprilis eiusdem anni, & in Brundusina* 17. *Septembris* 1611. *& in Fornacen.* 28. *Ianuary* 1612. *& in Foroliuien.* 4. *Aprilis* 1615. de quibus per *Barbos. de Canon. & Dignit. cap.* 33. *num.* 24. Sed aduertendum, quod donec de consuetudine immemorabili constet per legitimas probationes, non est retardanda executio dispositionis cæremonialis, prout voluit *ead. Sacr. Congreg. in Conchen.* 18. *February*, *&* 18. *Martij*, & 8. *Maij* 1617. teste *Sellio in select. Canon. cap.* 1. *num.* 86.

16 Nec etiam tollit cæremoniale statutum in Ecclesia laudabiliter introductum, & iuratum, prout refert *Aldan. in compend.* Canon. *resol. lib.* 1. *titul.* 23. *nu.* 76. voluisse etiam *Sacram Congreg. Rit. Montis Regalis* 27. *Septembris* 1608.

17 Extra enim casum laudabilis, & immemorabilis consuetudinis, ac statuti laudabiliter introducti, tenetur Episcopus, & Archiepiscopus omninò seruari facere dispositiones libri cæremonialis, non solùm in sua Cathedrali, sed etiam in omnibus Ecclesijs suæ Diœcesis, prout refert idem *Aldan. cit. loc. num.* 75. voluisse *Sacr. Congregat. Rit. in Angrem* 15. *Decembris* 1632. Vnde ad eandem dispositionem seruandam potest cōpellere Canonicos, & Capitulum, etiam censuris, & pęnis pecuniarijs; quacunque contraria possessione nō obstante, *Sacr. Congreg. Rit. in Portugalen. de anno* 1630. *in resp. ad* 3. de qua apud *Sell. select. Canon. cap.* 1. *nu.* 87.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias concedere potest Archiepiscopus per totam* Prouinciam.
Indulgentiarum materiam, qui DD. *exagitent.*

2 *Indulgentia, vt lucretur, quæ requirantur.*

3 *Indulgentias concedendi facultas in* S. *Pontifice de iure diuino stat.*
Indulgentias concedendi facultas in Episcopis à S. *Pontifice promanat.*

4 *Indulgentias concedendi facultas habetur ex sola iurisdictione, non ex ordine.*

5 *Indulgentias concedit* S. *Pontifex electus.*

6 *Indulgentias concedūt Archiepiscopus, & Episcopus, etiam non consecrati.*

7 *Indulgentias concedendi facultatem Archiepiscopus, alteri delegare potest, & generaliter Vicario.*

8 *Indulgentias concedendi facultas, non committitur laico.*

9 *Indulgentias concedendi facultas non intelligitur concessa Vicario sine speciali mandato.*

10 *Indulgentias concedens in statu peccati mortalis non peccat.*
Indulgentias in statu excommunicationis, quando validè quis concedat.

ARGVMENTVM.

Indulgentiarum concessio, quo nam iure sit, eosq; iurandi, cōcedendiq; modus.

CAP. XXVI.

1 DE potestate, quā tradunt DD. Archiepiscopo cōcedendi Indulgentias per totam Prouinciam habetur in *Cap. nostro de pænit. & remiss. & in cap. 1. eod. titul. in 6.* tractant *Nauar. in tract. de inbil. & indul. Iul. Lauor. Bartol. à S. Fausto, Isidor. Valteranus, Petrus, Franciscus, Zinus, Antonius, Roselus, Corduba particularibus tract. de* Indulgentia. *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 31. Genuens. in prax. cap. 89. num. 8. secūd. vltim. impress. Galganet. de iure public. lib. 3. titul. 71. num. 29. & seqq. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 22. nu. 567. Piasec. in prax. Episcop. par. 1. cap. 1. Henriq. in summ. lib. 7. cap. 32. S. 1. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 55. q. 6. Leo Thes. for. Eccl. par. 1. cap. 7. Bonac. de Sacram. titul. de indul. disp. 6. q. 1. pūct. 3. Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 88. nu. 15. & seq. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 80. in summ. Apostolicarum decis.* verbo *Indulgentia*, & alij. In qua materia pro eius dilucidatione præmittendum est.

2 Primò ad lucrandam Indulgētiam, quatuor copulatiuè requiri; & primò requiritur auctoritas, seù facultas in cōcedēte illas, quæ facultas principaliter residet penes Summum Pōtificem Generalem Christi Vicariū, secundario verò penes Archiepiscopos, & Episcopos; vnde est, quod Papa liberè concedit Indulgentias per totum Orbem, ad sui libitum plenarias, vel limitatas, Archiepiscopi verò per totam Prouinciam, & in suis Diœcesibus, & Episcopi etiam in territorijs suæ Iurisdictionis, & sub limitata facultate, vt patet ex *cit. cap. nostro*, & dicemus inferius. Secūdò requiritur pietas in causa, idest, vt Indulgentia cōcedatur pro pia causa, quæ in honorem Dei, vel Sanctorum, vel eleemosinas pauperum, vel ad extirpandas hæreses, & ad exaltationem fidei, & ad concordiam, & vnionem Principum Christianorū, & similia reducantur. Tertiò requiritur satisfactio operis iniuncti; vnde Indulgentiam cōcedit Archiepiscopus, quibus interfuerunt Missæ solenni, consecrationi Ecclesiæ, & cæt. Quartò requiritur causa in suscipiēte, idest, vt suscipiens sit in statu gratiæ, & charitatis, verè penitens; vnde illas non lucratur, qui est in peccato mortali, ita DD. communiter, & aduertit *Vlp. in prax. indicial. for. Eccles. cap. 52. num. 13. & seqq. Bonac. cit. loc. proposit. 1. & seqq.*

3 Secundò præmittendum est facultatem concedendi Indulgentias, penes Summum Pontificem primario reperiri de iure diuino, & optima cum ratione; facultas enim distribuendi publica bona principaliter conuenit Sūmo Principi, & vniuersali Ecclesiæ Rectori, qui est Sūmus Pontifex; tum etiam, quia Christus Dominus Petro, & eius successoribus dixit, *pasce oues meas Ioan. 21.* sub quibus verbis comprehendi Indulgentiarum concessionē, quibus oues idest Christi fideles indigent, docet *D. Th. in addition. q. 26. art. 3. Bellar. lib. 1. de indulg. cap. 55. Suar. disp. 49. sect. 1. num. 13. Filiucc. tract. 8. cap. 3. q. 4. num. 64. & cap. 4. q. 1.* Penes verò Archiepiscopos, & Episcopos facultas concedendi Indulgentias non est à iure diuino, sed ab ipso Summo Pontifice, à quo talem recipiunt potestatem, ita *Galganet. de iure publ. lib. 3. titul. 71. num. 29.* quicquid alij dicant, etiam in Episcopis hanc facultatem esse de iure diuino.

4 Tertiò præmittendum est, hanc facultatem concedendi Indulgentias, siue in Summo Pontifice, siue in Archiepiscopo, vel Episcopo, non oriri ex potestate ordinis, sed ex sola potesta-

ceftate Iurifdictionis, vnde communiter illam appellant poteftatem Iurifdictionis, ita *Galganet. cit. loc. nu. 26. Bonac. de Sacram. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 4. propos. 3. num. 18. vers. dixi absque licentia*, & alij communiter, qui ex hac conclufione.

5 Colligunt primò Summum Pontificem electũ poffe indulgentias concedere, licet non fit confecratus, ita *Suar. disp. 49. sect. 3. num. 3. Bonac. cit. loc. num. 7.*

6 Colligunt fecundò, & à pari, Archiepifcopum, vel Epifcopum electum, & confirmatum, ante cõfecrationem poffe Indulgentias concedere, quia conceffio Indulgentiarum eft actus Iurifdictionis, *Suar. Graff. Nugn. Reginal. Caetan. Sot.* & alij, quos refert, & fequitur *Bonac. eod. cit. loc. n. 6.* Quod amplius procedit, etiam fi Archiepifcopus, vel Epifcopus non fit facris ordinibus infignitus, vt docet *D. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. quaestiuncul. 2. Galganet. cit. lib. 3. titul. 21. num. 26.*

7 Colligunt tertiò hanc facultatem concedendi Indulgentias poffe Archiepifcopum delegare, & alteri cõmittere, & generaliter poffe eam Vicario generali demandare, nam cùm hęc facultas fpectet ad Archiepifcopum ex Iurifdictione ordinaria, fequitur eam poffe alteri demandare, cum nulla conftitutio fit in contrarium *Bellarm. de indulg. lib. 1. cap. 11. Graff. lib. 2. cap. 2. nu. 2. in append. Emanuel Sà* verbo *Indulgentia n. 16. Suar. disp. 55. sect. 6. num. 6.* & alij, quos refert, & fequitur *Bonacin. de Sacram. titul. de indulgent. disp. 5. q. 1. punct. 3. prop. 2. num. 11.*

8 Communiter tamen reftringunt DD. poteftatem hanc committendi alteri facultatem concedendi indulgentias ab Archiepifcopo, dumodo commiffio fiat in Clericum; vnde Archiepifcopum non poffe demandare hanc poteftatem Laico conueniunt omnes, quia Laicus iure humano ab actibus, & muneribus Ecclefiafticis remouetur, *Graff. vbi supra num. 27. Bonac. cit. loc. num. 12.* qui citat *Suar. Filic. Reginal.* & alios.

9 Reftringunt etiam eandem facultatem, vt illa non intelligatur conceffa Vicario generali fine fpeciali mandato, & commiffione, cùm non fit de ijs, quæ veniunt in generali commiffione *Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 54. nu. 90. Ricc. in prax. 2. par. resol. 222. secund. vltim. impress. ego ipse in prax. 2. par. annot. 14. §. 1. num. 35.*

10 Colligũt quartò Archiepifcopum, vel Epifcopum concedentem Indulgentias in ftatu peccati mortalis, validè illas concedere, quia peccatum mortale non tollit Iurifdictionem, immo nec grauiter peccare; quia cõcedere Indulgentias eft actus iurifdictionis nõ ordinis, & actus iurifdictionis per fe loquendo poffunt, in ftatu peccati mortalis, fine peccato mortali exerceri. *D. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. quaestiunc. 2. Suar. disp. 55. sect. 3. nu. 10. Henriq. de indulg. cap. 32. num. 4. Emanuel Sà in aphoris.* verbo *Indulgentia num. 16.* cum alijs cumulatis per *Bonac. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. num. 9. vers. addo* vbi *num. 8.* dicit, quod Archiepifcopus excommunicatus, non tamen vitandus, adhuc validè indulgentias concedat; quia actus facti ab excommunicato non vitando validi funt; fecus tamen fi excommunicatus fit denũciatus, feù vitandus, tunc enim non validè concedit Indulgentias, cum careat vfu Iurifdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias Archiepiscopus concedit per totam Prouinciam, & in quo actu.*
Indulgentias, quas concedit Archiepiscopus, ad quod tempus pertingant.

2 *Indulgentias post Missam solennem Archiepiscopi, & Episcopi concedunt, & an iux. Concilium.*

3 *Indulgentias concedit Archiepiscopus,*

& Episc opus in alijs actibus, etiam vigore Concilij.

4 *Indulgentias 40. dierum, & vnius anni tantùm concedit Archiepiscopus per Prouinciam, & quando.*
Indulgentias centum dierum concedit Archiepiscopus Cardinalis.

5 *Indulgentiæ, si concedantur vltra facultatem, an validè citra excessum, vel inualidè in totum.*
Vt ile per inutile, quando vitiatur.

6 *Vtile per inutile vitiatur, in inseparabilibus.*

7 *Indulgentia valet citra excessum facultatis concedentis.*

8 *Indulgentia quis nam sit effectus.*

9 *Indulgentiæ, si concedantur à pluribus Episcopis simul, an excedere liceat limites.*

10 *Indulgentias, si concedat Archiepiscopus, & Episcopus, quia respectus sunt diuersi, multiplicantur Indulgentiæ.*

11 *Indulgentias Archiepiscopi, & Episcopi, quando lucrentur non subditi.*
Indulgentias Archiepiscopi, & Episcopi lucrantur exempti.

12 *Indulgentias Archiepiscopi lucrantur omnes de Prouincia, etiam exempti, & quare.*

13 *Indulgentias non concedit Archiepiscopus in loco exempto absque licentia.*

14 *Indulgentias non concedunt Archiepiscopi, & Episcopi pro defunctis.*

15 *Indulgentijs, quas concedit Episcopus, & Archiepiscopus, ipse quoque gaudet.*

16 *Indulgentijs gaudet Episcopus, & Archiepiscopus concedens, licet non sui met Subditus sit, & quare.*

ARGVMENTVM.

De Indulgentiarum concessione, loco, & tempore, prout ad Episcopum, & Archiepiscopum pertinet.

CAP. XXVII.

1 PRæmissis ijs, quæ in capite præcedenti dicta sunt; hic dicendum est, Archiepiscopũ posse Indulgẽtias concedere per totam Prouinciam suã, ita disponit *Honorius Papa III. in cap. nostro de pænit. & remiss.* his verbis *Nostro postulasti certificari responso, vtrum per tuã Prouinciam possis concedere remissionis litteras generales. Nos igitur fraternitati tuæ breuiter respondemus, quod per Prouinciam tuam liberè potes huiusmodi cõcedere litteras; ita tamen, quod statutum generalis Concilij non excedas*, ita *tex.* vbi DD. omnes, idemq; confirmauit *Innocentius IV. in Cõcil. Lugdunensi*, de quo *in cap. 1. eod. titul. de pænit. & remiss. lib. 6. in fin.* his verbis: *In concedendis quoque Indulgentijs, non excedat Remensis Archiepiscopus statutum Concilij Generalis*: Ex quibus verbis habetur apertè Archiepiscopum posse Indulgentias concedere per Prouinciam, non simpliciter, sed iuxta restrictionẽ Concilij Generalis; disponit autem Concilium Generale, de quo in *Cap. cum ex eo de pænit. & remiss.* loquens generaliter de omnibus Episcopis, his verbis circa princip. finis. *Decernimus vt cum dedicatur Basilica, non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus Episcopis dedicetur; ac deinde in anniuersario dedicationis tempore, 40. dies de iniunctis pænitentijs indulta remissio non excedat*, ita *Concilium*. Vnde Indulgẽtias, quas concedit Archiepiscopus, non debere excedere vnum annũ in consecratione Ecclesiæ, & 40. dies in alijs actibus, dicunt cõmuniter DD. etiam moderni *Genuens. in prax. titul. 89. n. 8. secund. vltim. impress. Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 31. Galganet. de iur. publ. lib. 3. titul. 71. num. 25. Tambur. de iure Abbatum 2. tom. disp. 9. q. 2. num. 1. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 22. nu. 567. Vulp. in prax. cap. 52. num. 13.*

2 Hæc opinio seruatur in praxi; &

com-

communiter admittitur in Ecclesia; nam videmus Archiepiscopum, & Episcopum concedere Indulgentias 40. dierum post quamlibet Missam solennem per eum celebratam, post concionem coram eo habitam in certis diebus, & cæt. Sed verè hæc sententia non probatur in Concilio prædicto in *Cap. cum ex eo*, in quo solùm datur facultas concedendi Indulgentias Episcopis in die consecrationis Ecclesiæ, & in die anniuersario dedicationis illius, de alijs verò temporibus, nec Cōcilium loquitur expresse, nec alius textus in iure communi. Verùm ex antiqua consuetudine sic communiter recepta, extra illos duos, de quibus in Concilio prædicto, liberè Episcopi concedunt Indulgentias post Missam solennem, non tamen post Vesperas, etiam solennes, vt notat *Castald. in prax. carem. lib. 2. sect. 12. cap. 9. nu. 5. Tambur. de iure Abb. tom. 2. disp. 9. q. 2. num. 1.*

3 Dictum est, Concilium generale non concedere expresse facultatem Episcopis concedendi Indulgētias, nisi in dictis duobus casibus, dedicationis. s. & anniuersarij Ecclesiæ; Nō est tamen negandum, hoc ipsū Concilium implicitè dare eandem facultatem Episcopis concedendi Indulgentias in alijs actibus 40. dierum in illis verbis. *Hunc quoque dierum numerum, indulgentiarum litteris præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet casibus aliquoties conceduntur*, ita in *cit. cap. cum ex eo*: ex quibus verbis, dicendum est, Archiepiscopū in Prouincia, & Episcopum in Diœcesi pro quacunque pia causa, de qua dictum est supra *cap. 26. sub uers. primo 2. requis.* posse Indulgentias concedere 40. dierum;

4 Ex prædictis collige Archiepiscopum per suam Prouinciam non posse concedere Indulgentias, nisi 40. dierum post Missam solennem, & vnius anni in die dedicationis Ecclesiæ, vt in *tex.* Hoc tamen fallit in Archiepiscopo Cardinali, qui potest concedere post quamlibet Missam solennem per eum celebratam, & in alijs actibus, iuxta cæremoniale, centum dies Indulgentiæ: Cardinales enim, siue Episcopi, siue Archiepiscopi, hoc habent peculiare priuilegium, vt notant *Tambur. & Castald. cit. loc.*

5 Hic occurrit difficultas, si Archiepiscopus non Cardinalis concedat Indulgentiam, sed vltra 40. dies, vel Cardinalis vltra centum, an sit valida, quoad tempus permissum, & inualida solùm quoad excessum, vel inualida quoad totum: Et resolutio difficultatis pendet ab illa quæstione, an vtile per inutile vitietur; in qua quæstione magis communiter DD. distinguunt, quod si vtile ab inutile separari, ac diuidi possit, & tunc valet vtile, licet pereat inutile *l. certi conditio §. 1. ff. si certum petatur l. 1. §. similiter l. 4. §. si is, qui duplam ff. de verb. oblig. l. 3. §. Trebatius ff. de aqua quotid. & æstiua l. 1. §. Publicani ff. de publ. & vectigal. l. Sancimus 5. C. de donat. Bal. consil. 475. num. 10. vers. tres enim lib. 1. Alex. consil. 38. col. fin. lib. 2. Roman. consil. 66. num. 1. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. titul. nu. 74. Couarr. lib. 2. variar. cap. 15. num. 5. vers. non obstat, Molin. de primog. lib. 1. cap. 21. num. 28. vers. vt tamen. Vgol. de off. Episcop. cap. 41. §. 1. nu. 2. Tusch pract. concl. tom. 8. lit. V. concl. 373. num. 1. & seqq. Seraph. decis. 483. nu. 8. Rot. decis. 649. num. 4. apud Farinac. par. 2. recent. Rot. decis. 248. num. 8 par. 5. recent. Duran. decis. 286. num. 12.*

6 Si verò vtile ab inutile separari minimè possit, nec diuidi, & tūc per inutile vitiatur vtile, & actus perit in totum *l. 1. §. item quæritur, & l. 3. §. Trebatius cit. de aqua quotid. & æstiua l. Græce §. illud ff. de fideiuss. Lop. alleg. 81. num. 5. Clar. in §. emphyteusis q. 6. num. 1. Sard. de alim. titul. 7. q. 17. num. 17. & decis. 7. nu. 35.* vbi *Hodyerna in add. Tusch. cit. dit. V concl. 373. num. 4. & seqq. Grat. discept. for. cap. 752. num. 62.*

61.*Rot.decis.631.nu.7.apud Farinac. par.2.recent.*

7 His præmissis, ad difficultatem dico, quod cum in casu nostro vtile ab inutile separari possit, indulgentia concessa vltra limites citati concilij generalis ab Archiepiscopo, siue Episcopo, valida est quoad quantitatem intra latitudinem facultatis cõtentam; este verò solùm inualida quoad excessum prædicti termini vltra limites præscriptos, ita docet *gl. vltima in cit. cap. cum ex eo de pœnit. & remiss.* vbi *Abb. num. vltimo* quicquid *Add. ad eundem locũ Abbatis lit. G.* dicat; dum conatur defendere, quod Indulgentia fit inualida quoad totum, tenet etiam sententiam *gl. Bonac. tom.1.titul. de Indulg. disp.6.q.1.punct.3.proposit. 2. nu. 4. & alij.*

8 Effectus huius Indulgẽtię 40. dierum, vel centũ, aut anni est, quod per illam remittitur pars pœnę, sicut per plenariam tota, & remittitur illa pœna, scilicet ac si homo toto illo tempore pœnitentiam ageret secũdum Canones, qui pro quolibet peccato mortali, imponunt pœnitẽtiam septem annorum quamuis hodie pęnæ fiut arbitrariæ *Cap. Deus de pœnit. & remiss.* illa, inquam, pęna remittitur, pro qua homo debet satisfacere per 40. dies, centum, vel annum in hoc mundo pœna extensiua, iuxta declarationem adductam per *Sot. in 4. sentent. dist.21.q.1.art. 3.* refert ex nostratibus *Vulp. in prax. cap.52. num. 32.* post *Specul. titul. de pœnit. et remiss. num.9.*

9 Disponit autem Concilium generale prædictum, de quo in *cit. cap. cum ex eo*, quod si plures Episcopi interueniant in dedicatione Ecclesiæ, nõ possunt concedere Indulgẽtiam excedentem annum, & licet id non dicat in secundo casu, nempe in anniuersario dedicationis, in quo solùm voluit concedi posse per Episcopum 40. dies Indulgentiæ, nihil dicens si plures interueniant Episcopi; attamen ex verbis ipsius Concilij, ibi *Hunc quoque & cæt.* videtur dispositũ eundem modum seruandum esse in concessione Indulgentiæ in alijs casibus, vt si plures interueniant Episcopi nõ debeant excedere limitem 40. dierum; sic intelligit *tex. Host. in sũm. de remiss. §. si quis* possit, licet sint, qui teneant, quod hoc de pluribus Episcopis, quod non multiplicetur Indulgentia, intelligatur solùm in casu anni, non in casu 40. dierum, de qua re vide latè *Alex. de Neuo in addit. ad Abb. in eod. cap. cum ex eo lit. G.*

10 Prædicta procedunt, quando interueniunt plures Episcopi, vel Archiepiscopi; quando verò interuenit Archiepiscopus Metropolitanus, & Episcopus suffraganeus circa subditos ipsius suffraganei, quia in vtroq; concurrit potestas, si ambo in vno actu concedunt Indulgentiam, numerus 40. dierum dicitur multiplicari, ita declarat per *Card. per eum cit. Alex. de Ne. cit. loc.*

11 In his terminis notandum est primò, nec Archiepiscopum, nec Episcopum posse Indulgentias concedere non subditis; id enim cum sapiat iurisdictionis, in subditos tãtùm exercetur, circa quos cadit potestas soluendi, atque ligandi, ita disponitur apertè in *Cap. quod autem de pœnit. & remiss.* notat *Nauar. de Iubil. & Indulg. notab.31. num.13. fol.156.* idq; fallit, quando Episcopus proprius consentit, tunc enim non subditus lucratur Indulgentiam, vt in *eod. tex. cap. quod autem.* Fallit id quoque in exemptis; exempti enim, qui sunt intra Diœcesim gaudent indulgentijs, concessis ab Episcopo Diœcesis, vt notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub vers. 31.* ad hoc vide *Specul. titul. de pœnit. & remiss. num.4. & seqq. lib.4.*

12 Quoad verò Archiepiscopum, quia omnes de Prouincia dicuntur saltem illius subditi mediatè potiũtur, & gaudent indulgentijs ab Archie-

chi episcopo concessis, vt notat *Quarant. cit. loc.* quod etiam procedit in exemptis, qui intra Prouinciam sũt, vel in subditis alienæ Prouinciæ cõsentiente proprio Episcopo, vt dictũ est *vers. præcedent.* de Episcopo; & in Regularibus *Bonac. tom. 1. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. num. 15.*

13 Declara tamen, Archiepiscopum in loco exempto intra Prouinciam, sicut Episcopum intra Diœcesim nõ posse concedere indulgentias, cum id sit dignitatis, & iurisdictionis Episcopalis, prout post *Card. Zab. in clem. Archiepiscopo §. si tamen num. 4. Anchar. num. 6. & Vital. n. 66.* notat *Quarant. cit. loc. vers. 31. in fin.* quod intellige, quando non accedit consensus superioris loci exempti: Ratio prædictorum esse potest, quia paria sunt locum esse exemptum omnino à iurisdictione Archiepiscopi, & esse extra Prouinciam *Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 22. num. 567.*

14 Notandum est secundò, nec Episcopum in sua Diœcesi, nec Archiepiscopum in Prouincia posse concedere indulgentias pro defunctis, sic enim semper, & communiter intellexerunt DD. facultatem concedendi indulgentias, Archiepiscopis, & Episcopis cõcessam, vt ea ad subditos viuentes sit restricta, docent *Nauar. de iubil. & indulg. notab. 22. nu. 4. Bellarm. de indulg. lib. 1. cap. 11. Suar. disp. 55. sect. 3. num. 23. Reginal. lib. 7. num. 114. in summario, & num. 193. Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu. 18.* & alij, quos refert, & sequitur *Bonac. tom. 1. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. propos. 2. num. 5.*

15 Notandum est tertiò, secundum magis veram, & communem sententiam, Archiepiscopum, & Episcopum gaudere posse indulgentijs pro alijs à se concessis, ita post *D. Thom.* probat *Alex. de Ne. in add. ad Abb. in cap. cum ex eo lit. G. in prin. fin. de pœnit. & remiss.* ipse enim Prælatus concedens indulgentias, non debet esse peioris conditionis alijs, & sicut ex vi directiua saltem ligatur suis legibus *cap. cum omnes de constit.* ita etiam frui potest priuilegijs à se concessis *Nauar. de indulg. notab. 20. num. 91. Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu. 17. Henriq. de indulg. cap. 31. Bonac. cit. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. prop. 2. num. 16.* qui alios citat contra *Syluestrum* verbo *Indulgentia num. 21.*

16 Contra firmatam conclusionem, obijciunt aliqui, Archiepiscopum, & Episcopum non posse indulgentias concedere, nisi suis subditis, prout ex *Cap. quod autem de pœnit. & remiss.* notatum est supra, sed ipse concedens non est subditus, ergo & cæt.

Respondetur, quod concedens indulgentias, vt minister illas præparat, & vt subditus illas percipit, ita Domini *in cap. final. de pœnit. & remiss. in 6.* & responsum confirmatur à simili in *l. si Consul ff. de adopt.* vbi dicitur, quod Cõsul potest apud semetipsum emancipari, quia tanquam Consul interponit auctoritatem, & tanquam priuatus emancipatur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias concedit Archiepiscopus in Prouincia, etiam quando actu non visitat.*
2 *Indulgentias Archiepiscopus cum concedit, non exigit concursum suffraganeorum.*
3 *Indulgentias liberè concedit Archiepiscopus, & quid importet illud, liberè.*
4 *Indulgentias Coadiutor Archiepiscopi non concedit, nisi coadiuti nomine.*
5 *Indulgentia cum conceduntur per Archiepiscopum, quomodo publicentur.*
Indulgentias an concedat Capitulum sede vacante.
6 *Capitulum sede vacante succedit in facultate concedendi indulgentias.*

AR-

62. Rot. decis. 631. nu. 7. apud Farinac. par. 2. recent.

7 His præmissis, ad difficultatem dico, quod cum in casu nostro vtile ab inutile separari possit, indulgentia concessa vltra limites citati concilij generalis ab Archiepiscopo, siue Episcopo, valida est quoad quantitatem intra latitudinem facultatis cõtentam; este verò solùm inualida quoad excessum prædicti termini vltra limites præscriptos, ita docet *gl. vltima in cit. cap. cum ex eo de pœnit. & remiss.* vbi *Abb. num. vltimo* quicquid *Add. ad eundem locũ Abbatis lit. G.* dicat; dum conatur defendere, quod Indulgentia sit inualida quoad totum, tenet etiam sententiam *gl. Bonac. tom. 1 titul. de Indulg. disp. 6. q. 1. punct. 3. proposit. 2. nu. 4. & alij.*

8 Effectus huius Indulgẽtię 40. dierum, vel centũ, aut anni est, quod per illam remittitur pars pœnę, sicut per plenariam tota, & remittitur illa pœna, scilicet ac si homo toto illo tempore pœnitentiam ageret secũdum Canones, qui pro quolibet peccato mortali, imponunt pœnitẽtiam septem annorum quamuis hodie pęnæ sint arbitrariæ *Cap. Deus de pœnit. & remiss.* illa, inquam, pęna remittitur, pro qua homo debet satisfacere per 40. dies, centum, vel annum in hoc mundo pœna extensiua, iuxta declarationem adductam per *Sot. in 4. sentent. dist. 21. q. 1. art. 3.* refert ex nostratibus *Vulp. in prax. cap. 52. num. 22.* post *Specul. titul. de pœnit. et remiss. num. 9.*

9 Disponit autem Concilium generale prædictum, de quo in *cit. cap. cum ex eo*, quod si plures Episcopi interueniant in dedicatione Ecclesiæ, nõ possint concedere Indulgẽtiam excedentem annum, & licet id non dicat in secundo casu, nempe in anniuersario dedicationis, in quo solùm voluit concedi posse per Episcopum 40. dies Indulgentiæ, nihil dicens si plures interueniant Episcopi; attamen ex verbis ipsius Concilij, ibi *Hunc quoque & cæt.* videtur dispositũ eundem modum seruandum esse in concessione Indulgentiæ in alijs casibus, vt si plures interueniant Episcopi nõ debeant excedere limitem 40. dierum; sic intelligit *tex. Host. in sũm. de remiss. §. si quis* possit, licet sint, qui teneant, quod hoc de pluribus Episcopis, quod non multiplicetur Indulgentia, intelligatur solùm in casu anni, non in casu 40. dierum, de qua re vide latè *Alex. de Neuo in addit. ad Abb. in eod. cap. cum ex eo lit. G.*

10 Prædicta procedunt, quando interueniunt plures Episcopi, vel Archiepiscopi; quando verò interuenit Archiepiscopus Metropolitanus, & Episcopus suffraganeus circa subditos ipsius suffraganei, quia in vtroq; concurrit potestas, si ambo in vno actu concedunt Indulgentiam, numerus 40. dierum dicitur multiplicari, ita declarat per *Card. per eum cit. Alex. de Ne. cit. loc.*

11 In his terminis notandum est primò, nec Archiepiscopum, nec Episcopum posse Indulgentias concedere non subditis; id enim cum sapiat iurisdictionis, in subditos tãtùm exercetur, circa quos cadit potestas soluendi, atque ligandi, ita disponitur apertè in *Cap. quod autem de pœnit. & remiss.* notat *Nauar. de Iubil. & Indulg. notab. 31. num. 13. fol. 156.* idq; fallit, quando Episcopus proprius consentit, tunc enim non subditus lucratur Indulgentiam, vt in *eod. tex. cap. quod autem.* Fallit id quoque in exemptis; exempti enim, qui sunt intra Diœcesim gaudet indulgentijs, concessis ab Episcopo Diœcesis, vt notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub vers. 31.* ad hoc vide *Specul. titul. de pœnit. & remiss. num. 4. & seqq. lib. 4.*

12 Quoad verò Archiepiscopum, quia omnes de Prouincia dicuntur saltem illius subditi mediatè potiũtur, & gaudent indulgentijs ab Archie-

ebi episcopo concessis, vt notat *Quarant. cit. loc.* quod etiam procedit in exemptis, qui intra Prouinciam sűt, vel in subditis alienæ Prouinciæ cōsentiente proprio Episcopo, vt dictū est *vers. præcedent.* de Episcopo; & in Regularibus *Bonac. tom. 1. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. num. 15.*

13 Declara tamen, Archiepiscopum in loco exempto intra Prouinciam, sicut Episcopum intra Diœcesim nō posse concedere indulgentias, cum id sit dignitatis, & iurisdictionis Episcopalis, prout post *Card. Zab. in clem. Archiepiscopo §. si tamen num. 4. Anchar. num. 6. & Vital. n. 66.* notat *Quarant. cit. loc. vers. 31. in fin.* quod intellige, quando non accedit consensus superioris loci exempti: Ratio prædictorum esse potest, quia paria sunt locum esse exemptum omnino à iurisdictione Archiepiscopi, & esse extra Prouinciam *Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 22. num. 567.*

14 Notandum est secundò, nec Episcopum in sua Diœcesi, nec Archiepiscopum in Prouincia posse concedere indulgentias pro defunctis, sic enim semper, & communiter intellexerunt DD. facultatem concedendi indulgentias, Archiepiscopis, & Episcopis cōcessam, vt ea ad subditos viuentes sit restricta, docent *Nauar. de iubil. & indulg. notab. 22. nu. 4. Bellarm. de indulg. lib. 1. cap. 11. Suar. disp. 55. sect. 3. num. 23. Reginal. lib. 7. num. 114. in summario, & num. 193. Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu. 18.* & alij, quos refert, & sequitur *Bonac. tom. 1. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. propos. 2. num. 5.*

15 Notandum est tertiò, secundum magis veram, & communem sententiam, Archiepiscopum, & Episcopum gaudere posse indulgentijs pro alijs à se concessis, ita post *D. Thom.* probat *Alex. de Ne. in add. ad Abb. in cap. cum ex eo lit. G. in prin. fin. de pænit. & remiss.* ipse enim Prælatus concedens indulgentias, non debet esse peioris conditionis alijs, & sicut ex vi directiua saltem ligatur suis legibus *cap. cum omnes de constit.* ita etiam frui potest priuilegijs à se concessis *Nauar. de indulg. notab. 20. num. 91. Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu. 17. Henriq. de indulg. cap. 31. Bonac. cit. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. prop. 2. num. 16.* qui alios citat contra *Syluestrum* verbo *Indulgentia num. 21.*

16 Contra firmatam conclusionem obijciunt aliqui, Archiepiscopum, & Episcopum non posse indulgentias concedere, nisi suis subditis, prout ex *Cap. quod autem de pænit. & remiss.* notatum est supra, sed ipse concedens non est subditus, ergo & cæt.

Respondetur, quod concedens indulgentias, vt minister illas præparat, & vt subditus illas percipit, ita Domini *in cap. final. de pænit. & remiss. in 6.* & responsum confirmatur à simili in *l. si Consul ff. de adopt.* vbi dicitur, quod Cōsul potest apud semetipsum emancipari, quia tanquam Consul interponit auctoritatem, & tanquam priuatus emancipatur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias concedit Archiepiscopus in Prouincia, etiam quando actu non visitat.*
2 *Indulgentias Archiepiscopus cum concedit, non exigit concursum suffraganeorum.*
3 *Indulgentias liberè concedit Archiepiscopus, & quid importet illud, liberè.*
4 *Indulgentias Coadiutor Archiepiscopi non concedit, nisi coadiuti nomine.*
5 *Indulgentia cum conceduntur per Archiepiscopum, quomodo publicentur.*
Indulgentias an concedat Capitulum sede vacante.
6 *Capitulum sede vacante succedit in facultate concedendi indulgentias.*

AR-

61.Rot.decis.631.nu.7.apud Farinac.par.2.recent.

7 His pręmissis, ad difficultatem dico, quod cum in casu nostro vtile ab inutile separari possit, indulgentia concessa vltra limites citati concilij generalis ab Archiepiscopo, siue Episcopo, valida est quoad quantitatem intra latitudinem facultatis cõtentam; este verò solùm inualida quoad excessum prædicti termini vltra limites præscriptos, ita docet *gl. vltima in tit. cap. cum ex eo de pœnit. & remiss.* vbi *Abb. num. vltimo* quicquid *Add. ad eundem locũ Abbatis lit.G.* dicat; dum conatur defendere, quod Indulgentia sit inualida quoad totum, tenet etiam sententiam *gl. Bonac. tom.1 titul. de Indulg. disp.6.q.1.punct.3.proposit.2.nu.4.& alij.*

8 Effectus huius Indulgẽtię 40.dierum, vel centũ, aut anni est, quod per illam remittitur pars pœnę, sicut per plenariam tota, & remittitur illa pœna, scilicet ac si homo toto illo tempore pœnitentiam ageret secũdum Canones, qui pro quolibet peccato mortali, imponunt pœnitẽtiam septem annorum quamuis hodie pęnæ sint arbitrariæ *Cap. Deus de pœnit. & remiss.* illa, inquam, pęna remittitur, pro qua homo debet satisfacere per 40.dies, centum, vel annum in hoc mundo pœna extensiua, iuxta declarationem adductam per *Sot. in 4.sentent.dist.21.q.1.art.3.* refert ex nostratibus *Vulp. in prax. cap.52.num.22.* post *Specul. titul. de pœnit. et remiss. num.9.*

9 Disponit autem Concilium generale prædictum, de quo in *cit. cap. cum ex eo,* quod si plures Episcopi interueniant in dedicatione Ecclesiæ, nõ possunt concedere Indulgẽtiam excedentem annum, & licet id non dicat in secundo casu, nempe in anniuersario dedicationis, in quo solùm voluit concedi posse per Episcopum 40. dies Indulgentiæ, nihil dicens si plures interueniant Episcopi; attamen ex verbis ipsius Concilij, ibi *Hunc quoque & cæt.* videtur dispositũ eundem modum seruandum esse in concessione Indulgentiæ in alijs casibus, vt si plures interueniant Episcopi nõ debeant excedere limitem 40.dierum; sic intelligit *tex. Host. in sũm. de remiss. §.si quis* possit, licet sint, qui teneant, quod hoc de pluribus Episcopis, quod non multiplicetur Indulgentia, intelligatur solùm in casu anni, non in casu 40.dierum, de qua re vide latè *Alex. de Neuo in addit. ad Abb. in eod. cap. cum ex eo lit.G.*

10 Prædicta procedunt, quando interueniunt plures Episcopi, vel Archiepiscopi; quando verò interuenit Archiepiscopus Metropolitanus, & Episcopus suffraganeus circa subditos ipsius suffraganei, quia in vtroq; concurrit potestas, si ambo in vno actu concedunt Indulgentiam, numerus 40. dierum dicitur multiplicari, ita declarat per *Card. per eum cit. Alex. de Ne. cit. loc.*

11 In his terminis notandum est primò, nec Archiepiscopum, nec Episcopum posse Indulgentias concedere non subditis; id enim cum sapiat iurisdictionis, in subditos tãtùm exercetur, circa quos cadit potestas soluendi, atque ligandi, ita disponitur apertè in *Cap. quod autem de pœnit. & remiss.* notat *Nauar. de Iubil. & Indulg. notab.31.num.13.fol.156.* idq; fallit, quando Episcopus proprius consentit, tunc enim non subditus lucratur Indulgentiam, vt in *eod. tex. cap. quod autem.* Fallit id quoque in exemptis; exempti enim, qui sunt intra Diœcesim gaudent indulgentijs, concessis ab Episcopo Diœcesis, vt notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub vers. 31.* ad hoc vide *Specul. titul. de pœnit. & remiss. num.4. & seqq. lib.4.*

12 Quoad verò Archiepiscopum, quia omnes de Prouincia dicuntur saltem illius subditi mediatè potiũtur, & gaudent indulgentijs ab Archie-

chi episcopo concessis,vt notat *Quarant.cit.loc.* quod etiam procedit in exemptis,qui intra Prouinciam sũt, vel in subditis alienæ Prouinciæ cõsentiente proprio Episcopo,vt dictũ est *vers.praecedent.* de Episcopo; & in Regularibus *Bonac.tom.1.titul.de indulg.disp.5.q.1.punct.3.num.15.*

13 Declara tamen, Archiepiscopum in loco exempto intra Prouinciam, sicut Episcopum intra Diœcesim nõ posse concedere indulgentias,cum id sit dignitatis,& iurisdictionis Episcopalis,prout post *Card.Zab.in clem. Archiepiscopo* §. *si tamen num.* 4. *Anchar.num.6.& Vital.n.66.* notat *Quarant.cit.loc.vers.31.in fin.* quod intellige,quando non accedit consensus superioris loci exempti: Ratio prædictorum esse potest,quia paria sunt locum esse exemptum omnino à iurisdictione Archiepiscopi,& esse extra Prouinciam *Merell.tom.3.disp.* 7. *cap.5.dub.22.num.567.*

14 Notandum est secundò, nec Episcopum in sua Diœcesi,nec Archiepiscopum in Prouincia posse concedere indulgentias pro defunctis, sic enim semper, & communiter intellexerunt DD.facultatem concedendi indulgentias, Archiepiscopis, & Episcopis cõcessam, vt ea ad subditos viuentes sit restricta,docent *Nauar.de iubil.& indulg.notab.22. nu.4. Bellarm.de indulg.lib.1.cap.* 11. *Suar. disp.* 55. *sect.3.num.23.Reginal.lib.* 7. *num.* 114. *in summario, & num.*193. *Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu.*18. & alij,quos refert,& sequitur *Bonac. tom.1.titul.de indulg.disp.5.q.1.punct. 3.propos.2.num.5.*

15 Notandum est tertiò, secundum magis veram,& communem sententiam,Archiepiscopum,& Episcopum gaudere posse indulgentijs pro alijs à se concessis,ita post *D. Thom.* probat *Alex.de Ne.in add.ad Abb.in cap. cum ex eo lit.G.in prin.fin de pœnit. & remiss.* ipse enim Prælatus concedens indulgentias, non debet esse peioris conditionis alijs, & sicut ex vi directiua saltem ligatur suis legibus *cap. cum omnes de constit.* ita etiam frui potest priuilegijs à se concessis *Nauar.de indulg.notab.20.num.91. Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu.17.Henriq.de indulg.cap.31.Bonac.cit.titul.de indulg.disp.5.q.1.punct.3.prop.2.num. 16.* qui alios citat contra *Syluestrum* verbo *Indulgentia num.21.*

16 Contra firmatam conclusionem obijciunt aliqui,Archiepiscopum,& Episcopum non posse indulgentias concedere, nisi suis subditis, prout ex *Cap.quod autem de pœnit.& remiss.* notatum est supra, sed ipse concedens non est subditus,ergo & cæt.

Respondetur, quod concedens indulgentias, vt minister illas præparat, & vt subditus illas percipit, ita Domini *in cap. final. de pœnit. & remiss.in 6.* & responsum confirmatur à simili in *l. si Consul ff. de adopt.* vbi dicitur, quod Cõsul potest apud semetipsum emancipari, quia tanquam Consul interponit auctoritatem, & tanquam priuatus emancipatur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias concedit Archiepiscopus in Prouincia,etiam quando actu non visitat.*
2 *Indulgentias Archiepiscopus cum concedit, non exigit concursum suffraganeorum.*
3 *Indulgentias liberè concedit Archiepiscopus, & quid importet illud, liberè.*
4 *Indulgentias Coadiutor Archiepiscopi non concedit,nisi coadiuti nomine.*
5 *Indulgentia cum conceduntur per Archiepiscopum, quomodo publicentur. Indulgentias an concedat Capitulum sede vacante.*
6 *Capitulum sede vacante succedit in facultate concedendi indulgentias.*

AR-

62.Rot.decis.631.nu. 7. apud Farinac. par.2.recent.

7 His præmissis, ad difficultatem dico, quod cum in casu nostro vtile ab inutile separari possit, indulgentia concessa vltra limites citati concilij generalis ab Archiepiscopo, siue Episcopo, valida est quoad quantitatem intra latitudinem facultatis cõtentam; este verò solùm inualida quoad excessum prædicti termini vltra limites præscriptos, ita docet *gl. vltima in cit. cap. cum ex eo de pœnit. & remiss.* vbi *Abb. num. vltimo* quicquid *Add. ad eundem locũ Abbatis lit.G.* dicat; dum conatur defendere, quod Indulgentia sit inualida quoad totum, tenet etiam sententiam *gl. Bonac. tom.1. titul. de Indulg. disp.6.q.1. punct.3. proposit. 2. nu. 4.& alij.*

8 Effectus huius Indulgẽtię 40. dierum, vel centũ, aut anni est, quod per illam remittitur pars pœnę, sicut per plenariam tota, & remittitur illa pœna, scilicet ac si homo toto illo tempore pœnitentiam ageret secũdum Canones, qui pro quolibet peccato mortali, imponunt pœnitẽtiam septem annorum quamuis hodie pęnæ sint arbitrariæ *Cap. Deus de pœnit. & remiss.* illa, inquam, pęna remittitur, pro qua homo debet satisfacere per 40. dies, centum, vel annum in hoc mundo pœna extensiua, iuxta declarationem adductam per *Sot. in 4. sentent. dist. 21. q. 1. art. 3.* refert ex nostratibus *Vulp. in prax. cap. 52. num. 22.* post *Specul. titul. de pœnit. et remiss. num. 9.*

9 Disponit autem Concilium generale prædictum, de quo in *cit. cap. cum ex eo*, quod si plures Episcopi interueniant in dedicatione Ecclesiæ, nõ possunt concedere Indulgẽtiam excedentem annum, & licet id non dicat in secundo casu, nempe in anniuersario dedicationis, in quo solùm voluit concedi posse per Episcopum 40. dies Indulgentiæ, nihil dicens si plures interueniant Episcopi; attamen ex verbis ipsius Concilij, ibi *Hunc quoque & cat.* videtur dispositũ eundem modum seruandum esse in concessione Indulgentiæ in alijs casibus, vt si plures interueniant Episcopi nõ debeant excedere limitem 40. dierum; sic intelligit *tex. Host. in sũm. de remiss. §. si quis* possit, licet fint, qui teneant, quod hoc de pluribus Episcopis, quod non multiplicetur Indulgentia, intelligatur solùm in casu anni, non in casu 40. dierum, de qua re vide latè *Alex. de Neuo in addit. ad Abb. in eod. cap. cum ex eo lit.G.*

10 Prædicta procedunt, quando interueniunt plures Episcopi, vel Archiepiscopi; quando verò interuenit Archiepiscopus Metropolitanus, & Episcopus suffraganeus circa subditos ipsius suffraganei, quia in vtroq; concurrit potestas, si ambo in vno actu concedunt Indulgentiam, numerus 40. dierum dicitur multiplicari, ita declarat per *Card. per eum cit. Alex. de Ne. cit. loc.*

11 In his terminis notandum est primò, nec Archiepiscopum, nec Episcopum posse Indulgentias concedere non subditis; id enim cum sapiat iurisdictionis, in subditos tãtùm exercetur, circa quos cadit potestas soluendi, atque ligandi, ita disponitur apertè in *Cap. quod autem de pœnit. & remiss.* notat *Nauar. de Iubil. & Indulg. notab. 31. num. 13. fol. 156.* idq; fallit, quando Episcopus proprius consentit, tunc enim non subditus lucratur Indulgentiam, vt in *eod. tex. cap. quod autem.* Fallit id quoque in exemptis; exempti enim, qui sunt intra Diœcesim gaudent indulgentijs, concessis ab Episcopo Diœcesis, vt notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub vers. 31.* ad hoc vide *Specul. titul. de pœnit. & remiss. num. 4. & seqq. lib. 4.*

12 Quoad verò Archiepiscopum, quia omnes de Prouincia dicuntur saltem illius subditi mediatè potiũtur, & gaudent indulgentijs ab Archie-

ehi episcopo concessis, vt notat *Quarant. cit. loc.* quod etiam procedit in exemptis, qui intra Prouinciam sūt, vel in subditis alienæ Prouinciæ cōsentiente proprio Episcopo, vt dictū est *vers. præcedent.* de Episcopo; & in Regularibus *Bonac. tom. 1. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. num. 15.*

13 Declara tamen, Archiepiscopum in loco exempto intra Prouinciam, sicut Episcopum intra Diœcesim nō posse concedere indulgentias, cum id sit dignitatis, & iurisdictionis Episcopalis, prout post *Card. Zab. in clem. Archiepiscopo §. si tamen num. 4. Anchar. num. 6. & Vital. n. 66.* notat *Quarant. cit. loc. vers. 31. in fin.* quod intellige, quando non accedit consensus superioris loci exempti: Ratio prædictorum esse potest, quia paria sunt locum esse exemptum omnino à iurisdictione Archiepiscopi, & esse extra Prouinciam *Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 22. num. 567.*

14 Notandum est secundò, nec Episcopum in sua Diœcesi, nec Archiepiscopum in Prouincia posse concedere indulgentias pro defunctis, sic enim semper, & communiter intellexerunt DD. facultatem concedendi indulgentias, Archiepiscopis, & Episcopis cōcessam, vt ea ad subditos viuentes sit restricta, docent *Nauar. de iubil. & indulg. notab. 22. nu. 4. Bellarm. de indulg. lib. 1. cap. 11. Suar. disp. 55. sect. 3. num. 23. Reginal. lib. 7. num. 114. in summario, & num. 193.* Emanuel Sà verbo *indulgentia nu. 18.* & alij, quos refert, & sequitur *Bonac. tom. 1. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. propos. 2. num. 5.*

15 Notandum est tertiò, secundum magis veram, & communem sententiam, Archiepiscopum, & Episcopum gaudere posse indulgentijs pro alijs à se concessis, ita post *D. Thom.* probat *Alex. de Ne. in add. ad Abb. in cap. cum ex eo lit. G. in prin. fin. de pœnit. & remiss.* ipse enim Prælatus concedens indulgentias, non debet esse peioris conditionis alijs, & sicut ex vi directiua saltem ligatur suis legibus *cap. cum omnes de constit.* ita etiam frui potest priuilegijs à se concessis *Nauar. de indulg. notab. 20. num. 91. Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu. 17. Henriq. de indulg. cap. 31. Bonac. cit. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. prop. 2. num. 16.* qui alios citat contra *Syluestrum* verbo I*ndulgentia num. 21.*

16 Contra firmatam conclusionem obijciunt aliqui, Archiepiscopum, & Episcopum non posse indulgentias concedere, nisi suis subditis, prout ex *Cap. quod autem de pœnit. & remiss.* notatum est supra, sed ipse concedens non est subditus, ergo & cæt.

Respondetur, quod concedens indulgentias, vt minister illas præparat, & vt subditus illas percipit, ita Domini *in cap. final. de pœnit. & remiss. in 6.* & responsum confirmatur à simili in *l. si Consul ff. de adopt.* vbi dicitur, quod Cōsul potest apud semetipsum emancipari, quia tanquam Consul interponit auctoritatem, & tanquam priuatus emancipatur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias concedit Archiepiscopus in Prouincia, etiam quando actu non visitat.*

2 *Indulgentias Archiepiscopus cum concedit, non exigit concursum suffraganeorum.*

3 *Indulgentias liberè concedit Archiepiscopus, & quid importet illud, liberè.*

4 *Indulgentias Coadiutor Archiepiscopi non concedit, nisi coadiuti nomine.*

5 *Indulgentia cum conceduntur per Archiepiscopum, quomodo publicentur. Indulgentias an concedat Capitulum sede vacante.*

6 *Capitulum sede vacante succedit in facultate concedendi indulgentias.*

AR-

& Episc opus in alijs actibus, etiam vigore Concilij,

4 *Indulgentias 40. dierum, & vnius anni tantùm concedit Archiepiscopus per Prouinciam, & quando.*

Indulgentias centum dierum concedit Archiepiscopus Cardinalis.

5 *Indulgentia, si concedantur vltra facultatem, an validè citra excessum, vel inualidè in totum.*

Vt ile per inutile, quando vitiatur.

6 *Vtile per inutile vitiatur, in inseparabilibus.*

7 *Indulgentia valet citra excessum facultatis concedentis.*

8 *Indulgentiæ quis nam sit effectus.*

9 *Indulgentia, si concedantur à pluribus Episcopis simul, an excedere liceat limites.*

10 *Indulgentias, si concedat Archiepiscopus, & Episcopus, quia respectus sunt diuersi, multiplicantur Indulgentia.*

11 *Indulgentias Archiepiscopi, & Episcopi, quando lucrentur non subditi.*

Indulgentias Archiepiscopi, & Episcopi lucrantur exempti.

12 *Indulgentias Archiepiscopi lucrantur omnes de Prouincia, etiam exempti, & quare.*

13 *Indulgentias non concedit Archiepiscopus in loco exempto absque licentia.*

14 *Indulgentias non concedunt Archiepiscopi, & Episcopi pro defunctis.*

15 *Indulgentijs, quas concedit Episcopus, & Archiepiscopus, ipse quoque gaudet.*

16 *Indulgentijs gaudet Episcopus, & Archiepiscopus concedens, licet non sui met Subditus sit, & quare.*

ARGVMENTVM.

De Indulgentiarum concessione, loco, & tempore, prout ad Episcopum, & Archiepiscopum pertinet.

CAP. XXVII.

1 PRæmissis ijs, quæ in capite præcedenti dicta sunt; hic dicendum est, Archiepiscopū posse Indulgētias concedere per totam Prouinciam suā, ita disponit *Honorius* Papa III. *in cap. nostro de pœnit. & remiss.* his verbis *Nostro postulasti certificari responso, vtrum per tuā Prouinciam possis concedere remissionis litteras generales. Nos igitur fraternitati tuæ breuiter respondemus, quod per Prouinciam tuam liberè potes huiusmodi cōcedere litteras; ita tamen, quod statutum generalis Concilij non excedas*, ita *tex.* vbi DD. omnes, idemq; confirmauit *Innocentius IV. in Cōcil. Lugdunensi*, de quo *in cap. 1. eod. titul. de pœnit. & remiss. lib. 6. in fin.* his verbis: *In concedendis quoque Indulgentijs, non excedat Remensis Archiepiscopus statutum Concilij Generalis:* Ex quibus verbis habetur apertè Archiepiscopum posse Indulgentias concedere per Prouinciam, non simpliciter, sed iuxta restrictionē Concilij Generalis; disponit autem Concilium Generale, de quo in *Cap. cum ex eo de pœnit. & remiss.* loquens generaliter de omnibus Episcopis, his verbis circa princip. finis. *Decernimus vt cum dedicatur Basilica, non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus Episcopis dedicetur; ac deinde in anniuersario dedicationis tempore, 40. dies de iniunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat*, ita *Concilium.* Vnde Indulgētias, quas concedit Archiepiscopus, non debere excedere vnum annū in consecratione Ecclesiæ, & 40. dies in alijs actibus, dicunt cōmuniter DD. etiam moderni *Genuens. in prax. titul. 89. n. 8. secund. vltim. impress. Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 31. Galganet. de iur. publ. lib. 3. titul. 71. num. 25. Tambur. de iure Abbatum 2. tom. disp. 9. q. 2. num. 1. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 12. nu. 567. Vulp. in prax. cap. 52. num. 13.*

2 Hæc opinio seruatur in praxi; & com-

communiter admittitur in Ecclesia; nam videmus Archiepiscopum, & Episcopum concedere Indulgentias 40. dierum post quamlibet Missam solennem per eum celebratam, post concionem coram eo habitam in certis diebus, & cæt. Sed verè hæc sententia non probatur in Concilio prædicto in *Cap. cum ex eo*, in quo solùm datur facultas concedendi Indulgentias Episcopis in die consecrationis Ecclesiæ, & in die anniuersario dedicationis illius, de alijs verò temporibus, nec Cōcilium loquitur expressè, nec alius textus in iure communi. Verùm ex antiqua consuetudine sic communiter recepta, extra illos duos, de quibus in Concilio prædicto, liberè Episcopi concedunt Indulgentias post Missam solennem, non tamen post Vesperas, etiam solennes, vt notat *Castald. in prax. cærem. lib. 2. sect. 12. cap. 9. nu. 5. Tambur. de iure Abb. tom. 2. disp. 9. q. 2. num. 1.*

3 Dictum est, Concilium generale non concedere expressè facultatem Episcopis concedendi Indulgētias, nisi in dictis duobus casibus, dedicationis s. & anniuersarij Ecclesiæ; Nō est tamen negandum, hoc ipsū Concilium implicitè dare eandem facultatem Episcopis concedendi Indulgentias in alijs actibus 40. dierum in illis verbis. *Hunc quoque dierum numerum, indulgentiarum litteris præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet casibus aliquoties conceduntur*, ita in *cit. cap. cum ex eo*: ex quibus verbis, dicendum est, Archiepiscopū in Prouincia, & Episcopum in Diocœsi pro quacunque pia causa, de qua dictum est supra *cap. 26. sub vers. primo 2. requis.* posse Indulgentias concedere 40. dierum.

4 Ex prædictis colligè Archiepiscopum per suam Prouinciam non posse concedere Indulgentias, nisi 40. dierum post Missam solennem, & vnius anni in die dedicationis Ecclesiæ, vt in *tex.* Hoc tamen fallit in Archiepiscopo Cardinali, qui potest concedere post quamlibet Missam solennem per eum celebratam, & in alijs actibus, iuxta cæremoniale, centum dies Indulgentiæ: Cardinales enim, siue Episcopi, siue Archiepiscopi, hoc habent peculiare priuilegium, vt notant *Tambur. & Castald. cit. loc.*

5 Hic occurrit difficultas, si Archiepiscopus non Cardinalis concedat Indulgentiam, sed vltra 40. dies, vel Cardinalis vltra centum, an sit valida, quoad tempus permissum, & inualida solùm quoad excessum, vel inualida quoad totum: Et resolutio difficultatis pendet ab illa quæstione, an vtile per inutile vitietur; in qua quæstione magis communiter DD. distingunt, quod si vtile ab inutile separari, ac diuidi possit, & tunc valet vtile, licet pereat inutile *l. certi conditio §. 1. ff. si certum petatur l. 1. §. similiter l. 4. §. si is, qui duplam ff. de verb. oblig. l. 3. §. Trebatius ff. de aqua quotid. & æstiua l. 1. §. Publicani ff. de publ. & vectigal. l. Sancimus 5. C. de donat. Bal. consil. 475. num. 10. vers. tres enim lib. 1. Alex. consil. 38. col. fin. lib. 2. Roman. consil. 66. num. 1. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. titul. nu. 74. Couarr. lib. 2. variar. cap. 15. num. 5. vers. non obstat, Molin. de primog. lib. 1. cap. 21. num. 28. vers. vt tamen, Vgol. de off. Episcop. cap. 41. §. 1. nu. 2. Tusch. pract. cōcl. tom. 8. lit. V. concl. 373. num. 1. & seqq. Seraph. decis. 483. nu. 8. Rot. decis. 649. num. 4. apud Farinac. par. 2. recent. Rot. decis. 248. num. 8 par. 5. recent. Duran. decis. 286. num. 12.*

6 Si verò vtile ab inutile separari minimè possit, nec diuidi, & tūc per inutile vitiatur vtile, & actus perit in totum *l. 1. §. item quæritur, & l. 3. §. Trebatius cit. de aqua quotid. & æstiua l. Græce §. illud ff. de fideiuss. Lop. alleg. 81. num. 5. Clar. in §. emphyteusis q. 6. num. 2. Sard. de alim. titul. 7. q. 27. num. 27. & decis. 7. nu. 35.* vbi *Hodyerna in add. Tusch. cit. dit. V. concl. 373. num. 4. & seqq. Gratian. discept. for. cap. 752. num.*

 62.

62.Rot.decis.631.nu.7.apud Farinac. par.2.recent.

7 His præmissis, ad difficultatem dico, quod cum in casu nostro vtile ab inutile separari possit, indulgentia concessa vltra limites citati concilij generalis ab Archiepiscopo, siue Episcopo, valida est quoad quantitatem intra latitudinem facultatis cōtentam; este verò solùm inualida quoad excessum prædicti termini vltra limites præscriptos, ita docet *gl. vltima in cit. cap. cum ex eo de pænit. & remiss.* vbi *Abb. num. vltimo* quicquid *Add. ad eundem locū Abbatis lit.G.* dicat; dum conatur defendere, quod Indulgentia sit inualida quoad totum, tenet etiam sententiam *gl. Bonac. tom.1.titul. de Indulg.disp.6.q.1.punct.3.proposit. 2. nu. 4.& alij.*

8 Effectus huius Indulgetię 40. dierum, vel centū, aut anni est, quod per illam remittitur pars pœnę, sicut per plenariam tota, & remittitur illa pœna, scilicet ac si homo toto illo tempore pœnitentiam ageret secūdum Canones, qui pro quolibet peccato mortali, imponunt pœnitētiam septem annorum quamuis hodie pęnæ sint arbitrariæ *Cap. Deus de pænit.& remiss.* illa, inquam, pęna remittitur, pro qua homo debet satisfacere per 40. dies, centum, vel annum in hoc mundo pœna extensiua, iuxta declarationem adductam per *Sot. in 4.sentent.dist.21.q.1.art.* 3. refert ex nostratibus *Vulp.in prax.cap.52.num. 22.* post *Specul.titul.de pænit.et remiss. num.9.*

9 Disponit autem Concilium generale prædictum, de quo in *cit.cap.cum ex eo*, quod si plures Episcopi interueniant in dedicatione Ecclesiæ, nō possunt concedere Indulgentiam excedentem annum, & licet id non dicat in secundo casu, nempe in anniuersario dedicationis, in quo solùm voluit concedi posse per Episcopum 40. dies Indulgentiæ, nihil dicens si plures interueniant Episcopi; attamen ex verbis ipsius Concilij, ibi *Hunc quoque & cæt.* videtur dispositū eundem modum seruandum esse in concessione Indulgentiæ in alijs casibus, vt si plures interueniant Episcopi nō debeant excedere limitem 40. dierum; sic intelligit *tex. Host. in sum. de remiss. §. si quis* possit, licet sint, qui teneant, quod hoc de pluribus Episcopis, quod non multiplicetur Indulgentia, intelligatur solùm in casu anni, non in casu 40. dierum, de qua re vide latè *Alex. de Neuo in addit. ad Abb. in eod. cap. cum ex eo lit.G.*

10 Prædicta procedunt, quando interueniunt plures Episcopi, vel Archiepiscopi; quando verò interuenit Archiepiscopus Metropolitanus, & Episcopus suffraganeus circa subditos ipsius suffraganei, quia in vtroq; concurrit potestas, si ambo in vno actu concedunt Indulgentiam, numerus 40. dierum dicitur multiplicari, ita declarat per *Card. per eum cit. Alex. de Ne. cit. loc.*

11 In his terminis notandum est primò, nec Archiepiscopum, nec Episcopum posse Indulgentias concedere non subditis; id enim cum sapiat iurisdictionis, in subditos tātùm exercetur, circa quos cadit potestas soluendi, atque ligandi, ita disponitur apertè in *Cap. quod autem de pænit.& remiss.* notat *Nauar. de Iubil. & Indulg.notab.31.num.13.fol.156.* idq; fallit, quando Episcopus proprius consentit, tunc enim non subditus lucratur Indulgentiam, vt in *eod.tex. cap. quod autem.* Fallit id quoque in exemptis; exempti enim, qui sunt intra Diœcesim gaudet indulgentijs, concessis ab Episcopo Diœcesis, vt notat *Quarant.summ.Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub vers.* 31. ad hoc vide *Specul. titul. de pænit. & remiss.num.4.& seqq.lib.4.*

12 Quoad verò Archiepiscopum, quia omnes de Prouincia dicuntur saltem illius subditi mediatè potiūtur, & gaudent indulgentijs ab Archie-

chi episcopo concessis, vt notat *Quarant. cit. loc.* quod etiam procedit in exemptis, qui intra Prouinciam sũt, vel in subditis alienæ Prouinciæ cõsentiente proprio Episcopo, vt dictũ est *vers. præcedent.* de Episcopo; & in Regularibus *Bonac. tom. 1. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. num. 15.*

13 Declara tamen, Archiepiscopum in loco exempto intra Prouinciam, sicut Episcopum intra Diœcesim nõ posse concedere indulgentias, cum id sit dignitatis, & iurisdictionis Episcopalis, prout post *Card. Zab. in clem. Archiepiscopo §. si tamen num. 4. Anchar. num. 6. & Vital. n. 66.* notat *Quarant. cit. loc. vers. 31. in fin.* quod intellige, quando non accedit consensus superioris loci exempti: Ratio prædictorum esse potest, quia paria sunt locum esse exemptum omnino à iurisdictione Archiepiscopi, & esse extra Prouinciam *Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 22. num. 567.*

14 Notandum est secundò, nec Episcopum in sua Diœcesi, nec Archiepiscopum in Prouincia posse concedere indulgentias pro defunctis, sic enim semper, & communiter intellexerunt DD. facultatem concedendi indulgentias, Archiepiscopis, & Episcopis cõcessam, vt ea ad subditos viuentes sit restricta, docent *Nauar. de iubil. & indulg. notab. 22. nu. 4. Bellarm. de indulg. lib. 1. cap. 11. Suar. disp. 55. sect. 3. num. 23. Reginal. lib. 7. num. 114. in summario, & num. 193. Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu. 18.* & alij, quos refert, & sequitur *Bonac. tom. 1. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. propos. 2. num. 5.*

15 Notandum est tertiò, secundum magis veram, & communem sententiam, Archiepiscopum, & Episcopum gaudere posse indulgentijs pro alijs à se concessis, ita post *D. Thom.* probat *Alex. de Ne. in add. ad Abb. in cap. cum ex eo lit. G. in prin. fin. de pœnit. & remiss.* ipse enim Prælatus concedens indulgentias, non debet esse peioris conditionis alijs, & sicut ex vi directiua saltem ligatur suis legibus *cap. cum omnes de constit.* ita etiam frui potest priuilegijs à se concessis *Nauar. de indulg. notab. 20. num. 91. Emanuel Sà* verbo *indulgentia nu. 17. Henriq. de indulg. cap. 31. Bonac. cit. titul. de indulg. disp. 5. q. 1. punct. 3. prop. 2. num. 16.* qui alios citat contra *Syluestrum* verbo *Indulgentia num. 21.*

16 Contra firmatam conclusionem obijciunt aliqui, Archiepiscopum, & Episcopum non posse indulgentias concedere, nisi suis subditis, prout ex *Cap. quod autem de pœnit. & remiss.* notatum est supra, sed ipse concedens non est subditus, ergo & cæt.

Respondetur, quod concedens indulgentias, vt minister illas præparat, & vt subditus illas percipit, ita Domini *in cap. final. de pœnit. & remiss. in 6.* & responsum confirmatur à simili in *l. si Consul ff. de adopt.* vbi dicitur, quod Cõsul potest apud semetipsum emancipari, quia tanquam Consul interponit auctoritatem, & tanquam priuatus emancipatur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias concedit Archiepiscopus in Prouincia, etiam quando actu non visitat.*
2 *Indulgentias Archiepiscopus cum concedit, non exigit concursum suffraganeorum.*
3 *Indulgentias liberè concedit Archiepiscopus, & quid importet illud, liberè.*
4 *Indulgentias Coadiutor Archiepiscopi non concedit, nisi coadiuti nomine.*
5 *Indulgentiæ cum conceduntur per Archiepiscopum, quomodo publicentur.*
Indulgentias an concedat Capitulum sede vacante.
6 *Capitulum sede vacante succedit in facultate concedendi indulgentias.*

AR-

ARGVMENTVM.

Indulgentias Archiepiscopus liberè concedit, quid in coadiutore, & sede vacante.

CAP. XXVIII.

1 Ampliatur hic facultas concedendi indulgentias, quam habent Archiepiscopi per totam Prouinciam, vt supra, vt illa procedat, & locum habeat, etiam si Archiepiscopus non sit in actu visitationis Prouinciæ; *tex.* enim in pluries *cit. cap. nostro de pænit. & remiss.* loquitur indistinctè, & liberam hanc facultatem concedit, docet *Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 22. sub num. 567. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num.* 80.

2 Ampliatur etiam, quod in concedendis indulgentijs per totam Prouinciam, non est necesse, quod Archiepiscopus habeat concursum suffraganeorum suorum; quia talis facultas conceditur Archiepiscopo liberè per *cit. cap. nostro*, prout notat *Abb. in eod. cap. nostro num. 2.* sic enim loquitur *tex. per Prouinciam tuam liberè potes huiusmodi concedere litteras.*

3 Illa enim dictio *liberè* operatur, quod Archiepiscopus possit actum concessionis indulgentiæ facere sua sponte, & sine alterius licentia, & auctoritate, ita *Panorm. in cap. si pro debilitate num. 5.* & ibi *Dec. num. 45. & seq. de off. deleg. cap. 2. de loc. cap. statuimus de regularib. cap. cum plures* vbi *gl.* verbo *liberè de off. deleg. lib. 6. cap. 1. de censib. eod. lib. 6. clem. dudum* §. *si vero*, vbi *gl.* verbo *liberè de sepult.* & ibi *Imol. num. 3. Alex. consil. 80. nu. 10. vol. 1. & consil. 14. num. 3. vol. 2. Dec. consil. 360. num. 5. Tiraq. in l. si vnquam* verbo *reuertatur num. 135. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 7. num. 34. & consil. 121. num. 66. & consil. 192. nu. 9. Mondos. regul. de infirm. q. 15. num. 3. Brunor. à Sole in locis commun.* in verbo *liberè Roland. consil. 42. num. 19. lib. 1.* vbi ait, quod importat sine licentia, sine consensu, vel auctoritate alterius, & sine aliqua requisitione *Surd. consil. 313. nu. 96. Flamin. Paris. de resignat. lib. 7. q. 5. nu. 8. Gonz. ad regul. 8. cancell gl. 45. n. 11. & seqq. & gl. 48. num. 3. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 306. num. 10.* ille igitur, cui permissum est aliquid liberè, potest id facere sua absoluta voluntate, alio non requisito, ita *Aret. consil. 76. num. 30. Soc. consil. 13. in fin. vol. 1. & consil. 170. col. 5. vol. 2. Dec. consil. 355. num. 4. & consil. 360. num. 5. Paris. consil. 26. num. 26. vol. 4. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 7. num. 33. & seqq.* Nec alterius electione, vel consilio expectato *Verall. decis. 297. num. 6. par. 1.*

4 Limitatur prædicta facultas concedendi indulgentias, vt illam non habeat Coadiutor Archiepiscopi, vnde si Archiepiscopus coadiutus vult indulgentias dare, coadiuti nomine sunt publicandæ, non autem nomine Coadiutoris, voluit ita *Sacra Congreg. Rit. nomine Cardinalium Paleotti, & Veronen. sub die 31. Ianuarij 1561. in resp. ad octauum dub.* prout testantur *Prosp. de Augusti. in add. ad Quar. in summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. decimatertia auctoritas num. 12. in fin. Piasec. in prax. Episc. par. 1. cap. 1. num. 10. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. nu. 107. Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *indulg. num. 5.*

5 Indulgentiæ, quas concedit Archiepiscopus post Missam, & in eius fine, publicantur post benedictionem immediatè à Presbytero assistente, modo, ac verbis relatis per *Tambur. de iure Abbatum tom. 2. disp. 9. quæst. 2. num. 1. Castal. in prax. caeremon. lib. 2. sect. 12. cap. 9. nu. 3. & seqq.* vbi etiam quomodo publicandæ post sermonem, si sermo habeatur intra Missam, & alia ad materiam; ad quam noniter notandum est, quod ad illa verba, quæ proferuntur per assistentem prædictum, videlicet *Reuerendissimus in Christo Pater, ac Dominus D. N. & tum* si Ar-

si Archiepiscopus est Cardinalis, est addendus *Eminentissimus* hoc modo: *Eminentissimus, & Reuerendissimus in Christo Pater, & D.N. tituli Sancti N. Sacta Romana Ecclesia Presbyter Cardinalis N. & cat.* & hoc ex moderna *Bulla Vrbani VIII.* talem concedente titulum Cardinalibus.

6 Vltimò notandum est, quod mortuo Archiepiscopo, Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ succedit in iure, & facultate concedendi indulgẽtias, quia hæc facultas potius iurisdictionem, quam ordinem concernere videtur, docent DD. *in cap. accedentibus de excess. pralat. Panorm. in cap. cum olim in fin. de maior. & obed. Pauin. de potest. Capitul. sed. vacāt. par. 1. princip. q. 4. Henriq. in summ.* verbo *Capitulum in calce n. 5. Zerol. in prax. par. 1.* verbo *indulgentia* §. 2. *Quarāt. summ. Bull.* verbo *Capitulum sede vacante vers. duodecimò quaro Ricc. in prax. par. 2. resol. 222. vers. his tamen secund. vltim. impress.* qui testatur, hãc esse veriorem sententiam, & in praxi seruari *Vulp. in prax. for. Eccles. cap. 44. num. 22.* qui de hac opinione aliquantulum dubitat per *tex. in cap. accedentibus de excess. pralatar.* vbi deciditur, quod concedere indulgentias, sit dignitatis Episcopalis; quod quidem non obstat suprafirmatæ conclusioni, cũ ibi sic disponatur, ad excludendos alios Prælatos inferiores Episcopo, vt clarè ex eodem *tex.* colligitur, sed Capitulum sede vacante non est inferior Archiepiscopo, & Episcopo, sed par. Ita respõdet obiectioni, & alijs argumentis probãs sẽtentiam pro Capitulo *Meroll. 3. par. disp. 7. cap. 7. dub. 16. n. 156.* post alios multos per ipsum adductos, & hæc est magis communis sententia; licet sint, qui teneant Capitulum non succedere in dicta facultate, quos refert idem *Meroll. cit. loc. num. 155.*

SVMMARIVM.

1 *Concilij Prouincialis conuocatio spectat ad Archiepiscopum.*
2 *Concilium vnde dictum.*
3 *Concilium dicitur, etiam Synodus.*
4 *Concilij nomine venit id, quod in Regnis nomine Comitiorum venit.*
5 *Concilia generalia, vnde ortum habuerint.*
6 *Concilium, quo iure sit.*

ARGVMENTVM.

Concilij Prouincialis conuocatio, ad quem spectet; vnde dicatur, & originem habuerit, & quo iure sit Concilium.

CAP. XXIX.

1 INter cæteras sollicitudines, quæ Metropolitano incumbunt, eam non minimam reputari, conuocare scilicet Concilium Prouinciale, testatur *Quarant. summ. Bull.* verbo *Cõcilium Prouinciale nu. 2. vers. inter cateras*, de qua materia idem *Quarant. cit. loc. Archiep. Bonon. par. 3. pag. 234. & seqq. Zerol. in prax. Episcop. par. 1.* verbo *Concilium Prouinciale Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 47. Golganet. de iure publico lib. 3. titul. 120. Frāc. Leo in Thesaur for. Eccles. par. 1. cap. 9. Ricc. collect. 1153. & in prax. 4. par. resol. 492. & 493. Petrus de Monte Episcopus Brixien. in tract. Monarcha Cõciliorum, Vgolin. tract. de Cõcilijs, Henriq. Bottens de Synodo, Erasm. à Cochier. de iurisd. ordin. in exemptos par. 2. q. 45. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 2. nu. 29. Vgol. de offic. Episcopi cap. 48. Barbos. in simili tract. 1. par. alleg. 93. et in summ. Apostolicarum decis.* verbo *Conciliũ Prouinciale Genuens. in prax. cap. 89. secundum vltim. impress. Cucch. instit. moral. lib. 2. titul. 3. num. 64. & seqq. & lib. 4. titul. 10. Iacobat. de Concil. lib. 1. art. 4. Nauar. consil. 4. de verb. signif. Castal. in prax. carem. lib. 1. sect. 10. num. 20. & seqq.* & alij: disponunt iura in *Cap. si Episcopus cap. si quis Episcoporum cap. quoniam cap. propter 18. dist.*

dist.cap.sicut olim de accusat.cap. 1.*de pœnis in* 6.vbi *DD.omnes,Concil. Trident.sess.* 24.*de ref. cap.* 2. *Constitutio Sixti V. Romæ publicata die* 23. *Martij* 1584. *incipiens immensa* . pro intelligentia.

2 Præmitto primò, quod Concilij nomen tractum est ex more Romano; tempore enim quò causæ agebantur,conueniebant omnes in vnũ, communique intentione tractabant; vnde Concilium à communi intentione dictum,quasi consilium, vel Concilium dictum est à communi intentione,eo quod in vnum dirigāt omnem mentis obtutum; cilia enim oculorum sunt;vnde qui sibimet dissentiunt,non agant Concilium,quia non consentiunt in vnum: Hinc etiā conuentus est nuncupatus, eo quod ibi homines conueniunt in vnum; sicut à conuentu cætus dicitur, sic & Concilium à societate multorum in vnum, ita *tex.in cap. Canones in fin.* 15.*dist.* & aduertit *Galganet.de iure publ.lib.*3.*titul.*120.*num.*3.

3 Dicitur alio vocabulo Synodus ex græco,& interpretatur latinè comitatus,vel cætus,ita in *cit. cap. Canon.& in eod.loc.Galganet.*

4 Concilij nomine in Ecclesia,idem significatur, quod nomine comitiorum in Regnis,seu rebus publicis;nā quemadmodum cùm oritur controuersia in Republica,seu Regno conueniunt in vnum Principes Regni,& Reipublicæ,vel Magistratus, ac pro bono publico statuunt, quid facto, aut publico bono opus sit; ita,& in Ecclesia cum oritur cōtrouersia aliqua de Fidei articulis,seu religione, in quibus est fundata æterna publica salus christianorum, conueniunt Præsules Ecclesiarum, Reipublicæ Ecclesiasticæ Principes,& simul collatis sententijs statuūt,quod bonum videtur, ita *Galganet. cit.titul.* 120, *num.*5.

5 Concilia sumpsisse originem ab Apostolis defendunt nonnulli,vt patet *Act.*15.ibi *Conuenerunt;q; Apostoli, & seniores videre de verbo hoc & cæt.* ita *Galganet.vbi supra num.* 6. immo ab ipso Petro,docet *Gucch.instit.moral.lib.*2.*titul.*3.*num.* 2. Alij verò dicunt sumpsisse originem tempore Constantini Imperatoris; quia tunc temporis cœperunt Concilia Christiana celebrari,habetur in *Cap. Canones in princip.* 15. *dist.*vbi *gl.* 1. in verbo *Constantini* dicit,id verum esse de Concilijs generalibus,alia verò Concilia nō generalia originem traxisse à tempore Clementis,ita *gl.*

6 Hanc originem Conciliorum esse de iure humano;humana,& naturali ratione excogitatā, dicit *Albert.Pighius de cœlesti Hierarchia lib.*6.*cap.*1. Sed verius dicendū est illā dependere à diuino iure, tùm ex illis verbis *Matth.*18.*vbi fuerint duo,vel tres congregati in nomine meo,illic ego in medio illorū sum,*tùm etiā quia descēdūt ab Apostolicis traditionibus, quas nemo ausus est appellare humanas,sed diuinas,ita & latius *Bellarm. de verbo Dei non scripto lib.*4.*Capitul.* 1. *cap.* 2.*vers.Apostolica Galganett. de iure publ.lib.*3.*titul.*122.*num.*6.*&* 7.

SVMMARIVM.

1 *Concilium quotuplex.*
2 *Concilio generali, quis præsidere, & qui interesse debeant.*
3 *Concilium Rationale, quodnam sit.*
4 *Concilia Diœcesana, quænam sint.*
5 *Concilia Prouincialia, quænam sint.*
6 *Concilium prouinciale, quare sic appelletur.*
7 *Concilij Prouincialis descriptio.*

ARGVMENTVM.

Conciliorum diuisio,nomen,& Natura.

CAP. XXX.

1 CONciliorum dicunt DD. quatuor esse genera, nempè quædam

dam esse generalia, quædam nationalia, quædam Prouincialia, & quædam Diœcesana, ita *Lancellot. instit. Canon.* §. 1. *de Ecclesiast. constit* De primis tribus meminit *S. Augustinus de Baptismo contra Donatistas lib. 2. cap.* 3. de quarto, & vltimo meminit *Concilium Toletanum* 4. *cap.* 25.

2 Concilia generalia dicuntur illa, quibus solum præsidet Summus Pōtifex, aut alius eius nomine de latere Legatus, & interesse debent Episcopi totius orbis in vim iuramenti in id præstiti *Cap. ego n. de iureiur.* & hoc nisi legitimè impedientur *Cucch. instit. moral. lib.* 2. *titul.* 3. *Lancell. instit. Canon.* §. 1. *de Eccles. constitut.* inde dicūtur æcumenica, idest orbis terrarum Concilia.

3 Concilia Nationalia dicuntur illa, in quibus conueniunt Archiepiscopi, & Episcopi vnius Regni, vel nationis, quibus præest aliquis Patriarcha, vel Primas, qualia sūt multa Concilia Romana, Toletana, & Africana, de quibus notandum est, quod licet sint reuerà distincta à Cōcilijs generalibus, & Prouincialibus, tamen vtroque nomine interdum appellari solent. Vocantur enim sæpe Concilia hæc Vniuersalia, vt patet ex Concilijs Romanis sub Symmacho, vbi semper dicitur *Symmachus Concilio generali præsidens*, & tamen in eo aderant solùm Episcopi Italiæ; sic in *Concilio Tridentino* 3. *cap.* 18. dicitur. *Præcipit hæc sancta, & vniuersalis Synodus*, & tamen solùm aderant Episcopi Hispaniæ, idem patet ex *Concilio* 4. *Carthaginens.* dicuntur ergò ista generalia, siue vniuersalia, quia sunt generalia in eo Regno, nō autem absolutè, & eadem ista dicuntur Prouincialia *Cap. porro* 3. *dist.* quia certis Prouincijs continentur, non autem ad omnes Christianos pertinent, sicut verè generalia æcumenica orbis terræ Concilij.

4 Concilia Diœcesana dicuntur, in quibus conueniunt tantum presbyteri vnius Episcopatus, & ijs præest Episcopus, cuius generis paucissima extant, nec immeritò, nam vix possūt dici Concilia, cum in eis ordinariè nullus sit, qui iurisdictionem habeat præter solum Episcopum, de quibus in §. *Episcopalia, & seqq. instit. de Eccles. constitut.*

5 Concilia Prouincialia dicuntur, in quibus conueniunt tantùm Episcopi vnius Prouinciæ, quibus præest Archiepiscopus, siue Metropolitanus, & huius generis plura sunt in *tomis Conciliorum*, & de his videtur loqui *septima Synodus actio.* 3. dum inquit se amplecti, etiam decisiones localium Conciliorum, de quibus in §. *Prouincialia instit. de Eccles. constit.* & in hoc loco habendus est sermo, tanquam de materia propria ad Archiepiscopum spectante.

6 Concilium Prouinciale, de quo hìc, dicitur Prouinciale, quia repræsentat Ecclesiam Prouinciæ *Abb. in cap. graue in fin. de præbend.* & quia regulariter fit, & congregatur in Prouincia auctoritate Archiepiscopi Metropolitani, qui omnibus Episcopis, Prælatis, & Clericis Prouinciæ præest *Bero. in cap.* 1 *de iud.* quem sequitur *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale sub num.* 2. Vel quia leges, & constitutiones Cōcilij Prouincialis seruari debent per totam Prouinciam.

7 Definitur autem Concilium Prouinciale hoc modo: est conuentus Episcoporum, coactus ab habente potestatem congregandi, vocatis vocandis de iure, vel consuetudine à *Nauar consil.* 4. *num.* 3. *de verb. signif. in antiq. & Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale nu.* 2. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Concilij Prouincialis conuocatio spectat ad Archiepiscopum, & quare.*

2 *Concilium Prouinciale de iure poterat conuocare Vicarius ex commissione, non sic ex Tridentino.*

Concilium Prouinciale impedito Archie-

chiepiscopo conuocat antiquior suffraganeus.

3 *Concilium Prouinciale non conuocat Vicarius capitularis.*

4 *Concilium Prouinciale quis conuocet Archiepiscopo impedito.*

5 *Concilij Prouincialis iurisdictio redit ad Archiepiscopum, si eo incepto per suffraganeum, ipse superueniat.*

Iurisdictio impediti, ablato impedimento restituitur ei, cui competit.

6 *Episcopus antiquior, quis dicatur.*

7 *Episcopus antiquior exemptus, an præsideat Concilio Prouinciali.*

8 *Concilium Prouinciale conuocabile est, etiam sede Metropolitana vacante.*

ARGVMENTVM.

Concilij Prouincialis conuocatio, cui competat.

CAP. XXXI.

1 Conuocare Concilium Prouinciale ad Archiepiscopum Metropolitanum spectat, vt firmatum est *Cap. præcedent.* ipse enim præest Cõcilio, & Episcopos suffraganeos, ac alios, qui interesse debent vocat; habemus ex *Cap. si Episcopus, & seqq. 18. dist. cap. 1. de pœnis in 6. & cap. sicut olim de accusat. & ex Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 2.* docent *Quarant. sũm. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. decimaquinta auctoritas*, & in verbo *Concilium Prouinciale num. 2. Genuens. in prax. cap. 89. nu. 1. secund. vltim. impress. Galgan. de iure publ. lib. 3. cap. 120 nu. 40. Ant. Cucch. instit. moral. lib. 2. titul. 3. num. 64.* cum alijs adductis *cap. 29. in princip.*

2 Dubitatur primò, an Vicarius generalis Archiepiscopi Metropolitani possit Concilium Prouinciale cõgregare.

Respondetur de iure communi ante *Concilium Trid.* non reperiri legem id prohibentem Vicario Archiepiscopi, vnde ex communi regula, quod quicquid Iurisdictionis est, etiam graue, potest Vicario demandari cum speciali commissione, dicendum sequitur, hanc facultatem esse Vicario concessam. Verùm post *Concil. Trid. cit. sess. 24. de ref. cap. 2.* quia Archiepiscopo impedito hæc auctoritas committitur antiquiori suffraganeo, dicẽdum est fuisse sublatam Vicario.

3 Idemque dicimus de Vicario capitulari; ille enim non habet facultatem congregandi Concilium Prouinciale, sicut nec ipsum Capitulum, per dispositionem *cit loc. Concil. Trid.* in quo, Archiepiscopo impedito facultas committitur antiquiori suffraganeo, quicquid fuerat ante *Concilium Trid.* quo tempore Vicarius Capitularis, non excludebatur ab hac auctoritate, refert *Pauin. de potest. Cap. sed. vac. par. 1. q. 7. sub num. 3. Add. ad Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale nu. 2. in fin.* referens *de Bott. de Synod. par. 1. nu. 43. Barbos. in collect. ad Concil. Trid. cit. cap. 2. num. 5.*

4 Impedito tamen Archiepiscopo Metropolitano, hæc facultas conuocandi Concilium Prouinciale, conceditur per Tridentinum antiquiori suffraganeo; patet ex verbis *cit. cap. 2.* ibi *siue illis legitimè impeditis Coepiscopus antiquior, & cæt.* quæ verba desiderant, quod ad hoc, vt hæc potestas deuoluatur antiquiori suffraganeo, Archiepiscopus sit legitimè impeditus, idest iusto, & à lege approbato impedimento detentus; id enim sonat illa dictio, legitimè, vt per DD. & *tex. in l. Gracchus C. de adult.* in illis verbis, *quod legitimè factum est & cæt.*

5 Quod si Concilium Prouinciale cęptũ fuerit celebrari per antiquiorem Coepiscopum, stante legitimo impedimento Metropolitani, ac illo non absoluto cessauerit impedimentum, iurisdictio reuoluitur ad Metropolitanum: generale enim est in his terminis, quod iurisdictio, quam impedimentum tollit, sublato impedi-

dimento restituitur, ita *Abb. in cap. sciscitatus nu.* 10. *de rescrip.* & cessante impedimento integrum ius redit impedito ad *tex. in cap. cum cessante de appellat. cap. magna deuotionis in fin. de voto, & voti redempt.* vndè *Gratianus in summa in fin.* 35. *q.* 1. sic ait: *Quod autem cogente necessitate fit, cessante necessitate pariter cessare oportet; & in cap. non debes* §. *cum ergo de consanguin. & affin. Innocentius Papa III.* sic dicit, *cùm cessante prohibitione cesset effectus, & cæt.*

6 Ad cognoscendum tamen quis sit antiquior Coepiscopus non est attendenda ætas, sed ordo prioritatis ordinationis, seù consecrationis, iuxta *Ceremon. Roman. lib.* 1. *cap.* 31. §. *in sess. verò, Gamma decis.* 1. *num.* 50. per *tex. in cap. Episcopus* 17. *dist. Cassan. in Catalog. gl. mund. par.* 4. *consid.* 23. *Boer. de auctor. magn. cons. num.* 60 *in fin. Put. decis.* 105. *nu.* 2. *lib.* 3. *Grat. discept. for. tom.* 2. *cap.* 298. *num.* 63. per *tex. in cap. Episcoporum* 74. *dist. Barbos. in pastorali par.* 1. *titul.* 3. *cap.* 8. *num.* 66. *Roderic. Acuna Archiep. Brachar. cap.* 7. *nu.* 1. *dist.* 18.

7 Obserua *Concil. Trid. cit. sess.* 24. *de refor. cap.* 2. dicere, potestatem conuocandi Concilium Prouinciale impedito Metropolitano spectare ad antiquiorem Coepiscopum, non verò dicit ad antiquiorem suffraganeum; quasi intendat ex omnibus Episcopis, qui simul Concilio interuenire debēt, eum habere hanc facultatem, qui antiquior est; Sed verius dicendum est hanc facultatem spectare antiquiori suffraganeo, non verò Episcopo, qui non est suffraganeus, etiam si antiquior sit; nā nè exemptus sedeat supra suffraganeos, habetur inter declarationes *Sacr. Congreg. Concil. quæ à Card. Bellarm. adscribuntur ad cit. cap.* 2. *Concil. Trid. vers. nè Metropolitano, & Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *Concil. Prouinciale num.* 2.

8 Sede Metropolitana vacante, dicit *Genuens. in prax. cap.* 89. *nu.* 1. post *Archid. Gem. & Turrecrem.* per eum citatos, posse Episcopos Prouinciæ se congregare ad celebrandum Concilium Prouinciale, quod adhuc intelligēdum est, iuxta terminos *Concilij Tridentini cit. cap.* 2. vt, scilicet, præsideat antiquior Coepiscopus.

SVMMARIVM.

1 *Concilij Prouincialis congregandi fines.*
2 *Concilium Prouinciale congregatur bis in anno de iure communi.*
Concilium Prouinciale congregatur quolibet triennio ex Tridentino.
3 *Concilium Prouinciale sæpius congregari potest, quam Conc. Trid. mandat.*
4 *Concilij Prouincialis cōgregandi tempus.*
5 *Concilij Prouincialis congregandi locus.*

ARGVMENTVM.

Fines, tempus, & locus Concilij Prouincialis congregandi.

CAP. XXXII.

1 Congregat Concilia Prouincialia Archiepiscopus Metropolitanus ad finem corrigendi, & exortandi, vt legitur in *Cap.* 1. 18. *dist.* ibi *Episcoporum Cōcilia ad exhortationem, & correctionem*; & ad finem corrigendi mores, & controuersias dissoluendas, vt in *Cap. propter Ecclesiasticos* 1. & 2. *ead. cit. dist.* 18. *in princip.* ibi *propter Ecclesiasticas causas, et quæ existunt, controuersias dissoluendas, & cæt.* & ad finem corrigendi excessus, & reformādi mores, vt in *Cap. sicut olim in princip. de accusat.* ibi, *in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in Clero & cæt.* & in *Concil. Trid. sess.* 22. *de refor. cap.* 2. *in princip.* ibi, *pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, cōtrouersijs com-*

ponendis, alijsque ex sacris Canonibus permissis renouentur; ad finē subleuādi læsas, vt *in cit. cap. propter* 1. 18. *dist.* ibi *quotquot se læsos existimant Synodicam expectent sententiam*, & clarius in *cap. propter* 2. *eod. loc.* & ad finem audiendi, ac terminandi quærelas omnes, quæ inter diuersos Ecclesiæ ordines nasci solent, vt in *Cap. de concilijs* 18. *dist.* ibi, *quarelis, qua inter diuersos Ecclesia ordines nasci assolent, iudicetur, & cæt.* finis prædictus dicitur etiam causa, propter quam potest conuocari Concilium Prouinciale: cui etiam adde pro iusta causa illud congregandi, cùm oritur magna dubitatio, quæ aliàs commodè non posset definiri, *Card. Alex. in cap. multis in* 4. *notab.* 17. *dist.* Item etiam potest conuocari pro corrigendo Episcopo, vt in *Cap.* 1, 34. *dist.* *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale nu.* 2. *in fin.* & patebit latius ex infra dicendis.

2 Concilia Prouincialia congregabantur ab Archiepiscopis Metropolitanis de iure communi bis in anno, videlicet semel post tertiam Dominicam Paschæ, & iterum in medietate Octobris, ita habetur in *Cap. propter Ecclesiasticos* 1. 18. *dist.* deinde statutum fuit, vt semel in anno congregarentur dicta Concilia, ita in *Cap. quoniam, & cap. de concilijs* 18. *dist. cit.* de quo etiam in *Cap. sicut olim de accusat.* Nouissimè verò per *Cōcil. Trid. sæpè cit. cap.* 2. *sess.* 22. *de ref.* statutum est Concilia Prouincialia celebranda esse quolibet triennio, obseruant DD. communiter, *Galganet. de iure publ. lib.* 2. *titul.* 122. *nu.* 30. *Zerol. in prax.* verbo *Concilium* §. 2. *Azor. inst. moral. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 47. *nu.* 5. *Castal. in prax. carem. lib.* 1 *sect.* 10. *nu.* 20. iussit etiam Leo X. *constit.* 10. *incip. regimini* 4. *non. Maij* 1511. apud *Laert. Cherub. in Bull. tom.* 1. *pag.* 48.

3 Hoc tempus triēnij potest ab Archiepiscopo coarctari, & imminente necessitate potest Concilium Prouinciale, etiam infra triennium celebrari; id enim nō esse prohibitum per *Trident.* docet *Genuens. in praxi cap.* 89. *sub num.* 1. voluit etiam *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale num.* 2. *in fin.*

4 Tempus verò, in quo conuocare debebat Cōcilium Prouinciale Metropolitanus de iure communi, quādo bis in anno celebrabatur, habetur in *cit. cap. propter Ecclesiasticas* 1. & *cap. habeatur* 18. *dist.* hodie verò deciditur in *Concilio Trid. supracit. cap.* 2. conuocandum esse post octauam Paschæ Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, seù alio commodiori tēpore pro more Prouinciæ, cuius tēporis commodioris electio ad Archiepiscopum spectat, qui non debet eligere tempus, in quo abstinentiæ, seù contemplationi est vacandum, vt in quadragesima, in quibus diebus insistendum est celebrationi solenni præcipuarum tantùm, *Cap. habeatur cit.* vbi *Cardin. Alex. in fin.* 18. *dist. Bott. de Synodo par.* 1. *nu.* 6. Nec eligere debet tempus hiemale, vel æstiuum, quando tale tempus commodum non est, quia id est contra dispositionē Concilij, & notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale num.* 4. vbi aduertit, in hac electione temporis debere haberi rationem, vt ij, qui vocati sunt non fatigentur propter discrimina itinerum.

5 Eadem suprapositа ratione à *Quaranta*, dicendum est Archiepiscopum non debere conuocare Concilium Prouinciale in loco multùm remoto, sed proportionato respectu eorū, qui debēt venire; hoc autem iudicio ipsius Archiepiscopi remittitur, cùm non sit in iure determinatum, obseruat post *Card. Alex. & de Bott. Quarant. cit. num.* 4. *in fin.* tamen cessantibus impedimentis iustis, & accedentibus commoditatibus necessarijs, Concilium est celebrandum in ipsa Ecclesia Metropolitana, ita declarasse *Sacr. Congr. Concil. Trid.* refert *Vulf. in prax. for. Eccles. cap.* 34. *nu.* 11.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Concilio Prouinciali interesse debentes sunt citandi per Archiepiscopum, & qualiter; & quid si non vocentur.*
2 *Concilio Prouinciali interesse debentes, quando non sint citandi.*
3 *Concilio Prouinciali interesse debentes, possunt citari per edictum.*
4 *Concilio Prouinciali omnes suffraganei interesse debent, & vocandi sunt.*
5 *Concilio Prouinciali aduocandus est electus, etiam non consecratus, & quando.*
6 *Concilio Prouinciali aduocandi sunt exempti, qui Metropolim elegerunt. Episcopus exemptus, eligens Metropolim, ligat successores.*
7 *Concilio Prouinciali aduocandi sunt inferiores omnes Ordinarij, Episcopalem Iurisdictionem habentes.*
8 *Concilio Prouinciali aduocanda Capitula Cathedralium sunt. Concilio Prouinciali Capitula Cathedralium comparent per procuratorē, & quam vocem habeant.*
9 *Concilio Prouinciali necessariò aduocandi sunt Vicarij Capitulares, qui vocem habent decisiuam.*
10 *Concilio aduocandi sunt Abbates, iurisdictionis exercitium habentes, & an vocem habeant.*
11 *Concilio non aduocandi sunt Abbates, iurisdictionis exercitium non habentes; et quid si adsit cōsuetudo cōtraria.*
12 *Abbates iurisdictionis exercitium habentes, tenentur Metropolitanum eligere.*
13 *Concilio Prouinciali esse aduocandos solùm Episcopos, quomodo intelligendum sit.*
14 *Cōcilio Prouinciali aduocādus est nouus Episcopus, si prior citatus decessit.*
15 *Concilium Prouinciale Episcopo absenti sufficit, quod intimetur per edictum.*

ARGVMENTVM.

Ad Concilium Prouinciale, quinam sint vocādi, & quomodo.

CAP. XXXIII.

1 Archiepiscopus debet ad Concilium Prouinciale vocare suffraganeos, & eos, qui ad Conciliū interesse debent, de quibus infra, eisque significare statutam diem, & hęc vocatio sufficit, quod fiat per litteras, sicut vnica sufficit citatio per *tex. & gl. in cap. si Episcopus 18. dist. Gemin. & Franch. in cap. 1. de pœnis in 6.* aduertit *Quarant. cit. loc. num. 3. in princip. & Genuens. in prax. cap. 89. sub nu. 1. secund. vltim. impress.* Et hæc vocatio, seù citatio est adeo necessaria, vt sine illa suffraganeus non vocatus minimè teneatur ad Cōcilium venire: etiam si videret omnes alios suffraganeos ad Concilium accedere, vt benè aduertit *Quarant. eod. nu. 3.*

2 Fallit tamen proposita regula, vt sint vocandi suffraganei ad Conciliū Prouinciale, quando in vltimo Cōcilio Prouinciali statutum fuerat tempus, & locus, quo aliud celebrari debebat; tunc enim omnes, qui interfuerunt huic conclusioni, & determinationi, non sunt vocandi denuo, sed tenentur sine alia vocatione, & citatione accedere, docet quoque *Quarant. summ. Bull. verbo Concil. Prouinciale sub nu. 3.*

3 Hæc vocatio, seù citatio ad Concilium Prouinciale potest quoque fieri per Metropolitanum, per edictum publicum, & generale, tenet post *Iacobat. tract. de Concil. lib. 2. art. 4. q. 5. fol. 102. Quarant. cit. nu. 3. in fin.* & edictum est affigendum ad valuas Cathedralium Ecclesiarum suffraganearum, *Quarant. cit. loc. vers. octauò quaro.*

4 Debet Archiepiscopus Metropolitanus modo supradicto vocare ad Concilium Prouinciale omnes, qui ad illud accedere tenentur. Et primò suffraganeos omnes Episcopos, qui alio vocabulo comprouinciales dicuntur *cit. cap. si Episcopus 18. dist. Concil. Trident. sess. 24. cap. 2. de ref. ibi Episcopi omnes, & cet.*

5 Ampliatur primò suprapofita cõclufio, vt Archiepifcopus Metropolitanus teneatur ad Concilium vocare, etiam suffraganeum Epifcopũ electum, & confirmatum, & nõ dum confecratum, dummodo adeprus fit poffeffionem; is enim ad Concilium intereffe poteft, & proinde eft vocãdus, probat ad *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale, verf. intellige hoc Profp. de Auguftin.* fequitur *Barbof. in collect. ad Concil. Triden. cit. cap. 2. num. 7.*

6 Ampliatur fecundò, vt Archiepifcopus teneatur, nõ folùm suffraganeos vocare, fed ẽt alios Epifcopos exẽptos, q nullo Archiepifcopo fubijciuntur, fed vicinũ Metropolitanum femel elegerunt, iuxta difpofitionem *Concil. Trid. cit. cap.* 2 electio enim prædicta femel facta ab Epifcopo exempto de Metropolitano ligat etiam fucceffores, nec mutari poteft, teftatur fic declaraffe *Sacram Congreg. Quarant. cit. loc. num. 2. in fin. verf. an autem, Gennenf. in prax. cap. 89. fub num. 1.*

7 Ampliatur tertiò, vt Archiepifcopus debeat ad Concilium Prouinciale vocare omnes alios inferiores ordinarios habentes Epifcopalem iurifdictionem quocunq; titulo nuncupatos; ij enim tenentur ad Concilium accedere, *Profp. de Auguft. ad Quarant. fumm. Bull. cit. loc. verf. intellige hoc*, dummodo non fint aliqua ratione exempti.

8 Ampliatur quartò, vt Archiepifcopus teneatur ad Concilium Prouinciale vocare Capitula Ecclefiarum Cathedralium, quæ poffunt cõparere per procuratorem, qui funt admittendi ad vocem confultiuam, & tractatum, non autem ad decidẽdum, vt benè obferuat *Quarant. cit. loc. num. 3. verf. quartò quaro, Gennenf. cit. cap. 89. fub num. 2. Cuech. inftit. moral. lib. 4. titul. 10. num. 17.* qui declarat effe capitula admittenda ad tractandum in ijs, quæ ad ipfa capitula fpectare poffunt: probatur ex *Cap. final. de his, quæ fiunt à Præl. & Innoc. in cap. graue de præb.*

9 Cùm verò fedes Epifcopalis, fiuè Archiepifcopalis vacat, tunc Capitulum fedis vacantis eft neceffariò vocandum, & admittendus fuus Vicarius generalis cum fpeciali mandato ad dandam vocem decifiuam, eo modo, quo decidebat Epifcopus mortuus; id enim cùm fit iurifdictionis Epifcopalis tranfit in Capitulum fede vacante, aduertit *Profp. de Auguft. ad Quarãt. cit. loc. verf. fi tempore*, refert *Barbof. in collect. ad Concil. Trident. cit. cap. 2. nu. 12.* qui vlterius teftatur decifum per Sacram Congregationem, capitula collegiata non quafi Epifcopalem iurifdictionem habentia ad Concilium Prouinciale effe vocanda, quod etiam teftatur *Sell. felect. Canon. cap. 25. num. 6 fuiffe decifum fub die 19. Decembris 1596. Piafec. in prax. par. 2. cap. 2. num.*

10 An autem Abbates fint vocandi per Archiepifcopum ad Concilium Prouinciale; dicendum eft Abbates habentes populum, & territorium proprium, iurifdictionemque Epifcopalem exercentes intra ambitum ipfius Prouinciæ, vocari debere ad Conciliũ Prouinciale, ficut Epifcopi cõprouinciales vocãdi sũt, & tanq̃ locorũ Ordinarij habere vocem decifiuam, *Profp. de Auguft. in addit. ad Quarant. fumm. Bull.* verbo *Cõcil. Prouinciale fub num. 3. verf. quando tamen, Alphonf. Aluarez Guerrero in fpecul. iur. Põtif. cap. 51. §. 2. fol. 208.* qui fententiam ampliat, etiam ad Abbates, à quarum fententijs immediatè ad Sedem Apoftolicam appellatur, non ad Archiepifcopũ; de hac materia tractat *Aloyf. Ricc. in decif. Cur. Archiep. Neap. par. 4. decif. 151.*

11 Abbates verò, qui populum non habent, etiam fi exempti non fint, non tenentur accedere ad Concilium, nifi aliqua caufa rationabilis adeffet, vel confuetudo inualuiffet, vt accederẽt, vt per *gl. & Abb. in cap. fuper his de maior. & obed.* refert *decif.*

Digitized by Google

*cis.Sell.cit.cap.*25.*num.*5.*Ricc.cit.decis.* 151. & proinde vocandi non sunt, *Galganet.de iure publ.lib.*3.*titul.* 120. *num.*35.

12 Abbates prędicti habentes populum, & Ordinarij locorũ, si sũt exẽpti tenentur eligere aliquem vicinum Metropolitanum, iuxtà dispositionẽ *Concil.Trid.cit.cap.*2. ad cuius Concilium Prouinciale accedere tenentur, & semel facta electio non potest mutari; quia cum ipsis militat eadem ratio Concilij, videtur sentire *Prosp. de August.cit.loc.vers.an autem.*

13 Nota primò in hoc casu, quod dicunt nonnulli, Archiepiscopum Metropolitanum tantùm teneri vocare ad Concilium Prouinciale Episcopos, & non alios, ita post *Innoc.Host. Zabar.Abb.& Card. Alex.* dicit *Quarant.cit.*verbo *Concilium Prouinciale vers.sextò quaro, Ant.Cucch.instit.moral.lib.*4.*titul.*10.*num.* 13. qui ita loquitur; *Metropolitanum non teneri alios ad Synodum, quam Prouincia sua Episcopos vocare*. Verùm hoc intelligendum est largo modo de omnibus habentibus iurisdictionem Episcopalem, vt dictum est supra, & aduertit *Prosp.de August.cit. loc. vers. intellige hoc.*

14 Nota secundò, quod si Episcopus vocatus ad Concilium Prouinciale ab Archiepiscopo moritur, & ante inchoatum Concilium de alio fuit prouisa Ecclesia, quia citatio facta prædecessori nõ arctat successorem, successor iterum est citandus, ac vocandus ad Concilium, *Iacobat. de Concil. lib.* 2.*art.* 4.*q.*6. *Castal.loc.infra cit.*

15 Quod si Episcopus vocandus reperiatur absens à sua Ecclesia, non obligatur Archiepiscopus Metropolitanus ad eum vocandum in loco absentiæ, sed sufficit illum citare per edictum affigendum ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, in quo Episcopus residere tenetur, iuxta doctrinam *Card. Alex. in cap. peruenit in notab.* 18.*dist.ac Fel.in cap.postulasti num.* 1. *de for.compet.Quarãt.summ.Bull.* verbo *Concil. Prouinciale num.* 3. *in fin. vers. octauò quæro*, vbi refert in Concilio Prouinciali Sanctæ Seuerinæ consignasse litteras Metropolitani vocantis ad Cõcilium, directas Episcopo absenti Capitulo illius, vt illas transmitteret, & per edictum citasset absentem, *Castal.in prax.carem. lib.*1.*sect.*10.*num.*22.

SVMMARIVM.

1 *Concilio Prouinciali, qui aduocandi præter Episcopos de iure.*
2 *Concilio Prouinciali Presbyteri, & Diaconi quomodo aduocandi.*
3 *Concilio Prouinciali inuiti Presbyteri, & Diaconi trahi non possunt.*
4 *Concilio Prouinciali, si qui Presbyteri interesse velint, non excludendi.*
5 *Concilio Prouinciali aduocandi periti, & quam vocem habeant.*
6 *Concilio Prouinciali, qui excusentur interesse.*
7 *Concilio Prouinciali, qui excusationis causa non debeant interesse.*
8 *Concilio Prouinciali interesse, an excusetur Episcopus à Rege vocatus remissiuè.*
9 *Concilio Prouinciali, qui interesse non potest, quid agere debeat.*
10 *Concilio Prouinciali, cuius Metropolitani Episcopus, qui habeat duos Episcopatus vnitos interesse habeat.*

ARGVMENTVM.

Ad Concilium Prouinciale, an præter Episcopos alij aduocandi, & de causis excusantibus.

CAP. XXXIV.

1 Diximus Archiepiscopum Metropolitanum vocare tantùm debere ad Concilium Prouinciale Episcopos, & habẽtes Episcopalem Iurisdictionem, cõtra quam conclusionem fortiter vrgent verba *Concilij*

*in Trid.cap.2.seß.24.de ref.*ibi,*& alij, qui de iure, vel consuetudine interesse debent*, quod si alij interesse debent, vocandi sunt, Cui difficultati respôdetur, quod de iure non reperitur, alios esse vocandos præter Episcopos prædictos, & habentes Episcopalem Iurisdictionem; sed solum esse inuitanda, & admittenda ad tractatum Capitula Ecclesiarum Cathedralium, vt in *Cap. vltim. de ijs, quæ fiunt à Prel.sine consens. cap.* vbi *Abb.*eleganter ex illis verbis *tex.*ibi, *Capitula ipsa ad huiusmodi Concilia debeant inuitari, & eorum Nuncij ad tractatum admitti.* De consuetudine tamen, quia illa vim legis habet, si qui sunt vocandi seruari debet.

2 Nec contra prædicta obstat *tex. in cap. propter Ecclesiasticas* 18. *dist.*, vbi videtur Presbyteros quoq; & Diaconos esse vocâdos ad Côciliû Prouinciale, & alios, qui se læsos existimât; quia intelligitur prædictos esse tâtùm monendos, non vocâdos; nam sicut, qui læsi fuerunt non possunt compelli, sed solùm moneri; cùm nemo inuitus agere compellatur: ergò nec Presbyteri, & Diaconi, quos sub eadem determinatione *tex.* prædictos nûcupat, ita declarat *Ant. Cucch. instit. moral. lib. 3. titul.* 10. *num.* 21.

3 Ex prædictis dicendû est Archiepiscopum Metropolitanum non posse Presbyteros, & Clericos omnes, etiam qui se læsos senserint compellere ad Concilium Prouinciale accedere, sed illos posse tantùm inuitare, vt benè etiam aduertit *gl. in cit. cap. propter Ecclesiasticas 2. vers. vel hi*, nec prædictos adstringi ad accedendum; sed si Metropolitanus aliquos ex omnibus præcipuè elegerit, quos speciali ratione Concilio interesse omninò velit, eos cogere posse existimat *Ant. Cucch. cit. tit.* 10. *num.* 24.

4 Et è conuerso, si aliqui, qui ad Côcilium Prouinciale vocandi non sût per Metropolitanum non vocati, velint Concilio interesse ad finem proponendi querimonias contra Episcopos, vel aliud negotium Concilio dignum, non possunt repelli, sed sunt audiendi, vt idem *Cucch. cit. loc. num.* 25. aduertit.

5 Vlterius licèt Archiepiscopus Metropolitanus nô teneatur necessariò; consultè tamen agit vocando ad Concilium Prouinciale peritissimos quosque Theologiæ, vel iuris Pontificij viros Ecclesiasticos, quamuis Episcopi non sint, *Ant. Cucch. cit. loc. num.* 20. qui habebunt in Concilio vocem consultiuam, & cum consensu omnium suffraganeorum, etiâ decisiuam *Castal. in prax. carem. lib.* 1, *sect.* 10. *num.* 27. *in fin.*

6 Episcopi omnes Prouinciæ, & alij, qui de iure, vel consuetudine ad Côcilium Prouinciale sunt vocandi necessariò per Metropolitanum, vt supra *Cap præcedent.* necessariò quoq; debent ad illud personaliter venire; ad quod adducuntur verba *Concil. Trid. cit. cap.* 2. ibi; *Episcopi omnes, & alij, qui de iure, vel consuetudine interesse debent.* Excusantur tamen, qui ætate, egritudine, vel alia necessitate impediuntur in *Cap. placuit* 18. *dist.* & in *Cap. si Episcopus ead. dist. & in Concil. Trid.* excusantur, qui sine imminenti periculo transferre se non possunt, ita in *cit. cap.* 2.

7 Ex quibus colligit *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale nu.* 6. *vers. decimoquartò quæro* non quâlibet necessitatem excusare Episcopum, vt non teneatur accedere ad Concilium Prouinciale, sed requiri necessitatem grauem, idque etiam aduertit *Genuens. in prax. cap.* 89. *nu.* 5. post *Ant. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul.* 10. *num.* 7. *& Cardinal. in cit. cap. si Episcopus*, qui excusat existentem vltra mare cum maximo periculo, item ab hoc accessu excusatur per *gl. in cap. peruenit* verbo *necessitatibus* 18. *dist.* qui propter tempestatem, vel flumen, vel quia vocatus est ad testimonium, vel ad dignitatem, vel si incipit abesse causa Reipublicæ, vel si do-

domestico funere impediatur, vel si maius negotium ipsum trahit, vel si ad maius tribunal vocatus est, & timore hostium detentus, quæ omnia intelligẽda sunt, iuxta restrictionem *Concil. Trid. cit. loc.* dummodo periculum sit imminens.

8 An Episcopus à Rege vocatus excusetur à Concilio Prouinciali, vide *gl. in cap. si Episcopus 18. dist.* in verbo *Regia, & in cap. cum parati de appellat.* vbi *Innoc. & Abb. Card. Iacob. de Concil. lib. 1. art. 5. fol. 117. Lãcell. Conrad. in templ. omnium Iud. lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 9. Bertach. de Episc. lib. 4. par. 1. q. 14. Dec. consil. 72. Campeg. de Concil. cap. 11.*

9 Episcopus, vel alius, qui accedere debet ad Concilium Prouinciale, si legitimo impedimento, vt supra excusetur, ita vt non teneatur personaliter accedere; tenetur tamen excusationem suam per litteras, vel nuncium mittere saltem Metropolitano; nec non tenetur mittere ad Cõcilium procuratorem cum speciali mandato ad iurandum, & suscipiendum ea, quæ in Concilio statuuntur *Cap. Episcopus 18. dist.* notant *Ant. Cucch. instit. moral. lib. 4. titul. 10. num. 9. Quarant. summ. Bull.* verbo *Conciliũ Prouinciale num. 6. vers. decimoquartò quæro, Genuens. in prax. cap. 89. sub nu. 5. secund. vltim. impress. Ricc. collect. 1153.*

10 Dubitatur in his terminis, si Episcopus subsit duobus Metropolitanis, puta ratione duorum Episcopatuum vnitorum, vel alia ratione, quid agendum si eodem tempore vocetur ad Concilium Prouinciale ab vtroq; Metropolitano. Et dubitationi respondet *Quarant. summa Bull.* verbo *Concilium Prouinciale num. 6. vers. decimoquintò quæro*, quod excusetur Episcopus accedendo ad vnũ, & mittendo procuratorem ad aliud, *Prosp. de August. in add. eiusdem loci Quarãt. Castal. in prax. cærem. lib. 1. sect. 10. nu. 22. in fin.* Cessante vero impedimento tenetur Episcopus accedere ad Concilium Prouinciale, videtur ita sentire *Quarant. cit. loc. num. 7.* quod intellige dummodo supersit tempus proportionatum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ad Concilium Prouinciale vocatus non accedens, quam pœnam incurrat.*

2 *Episcopus ad Concilium Prouinciale non accedens, est monẽdus antequam declaretur incurrisse pœnas.*

3 *Episcopus ad Concilium Prouinciale non accedens, sufficit, quod vnica pro trina citatione moneatur.*

4 *Episcopus fratrum communione priuatus ex eo, quod ad Concil. Prouinciale non accessit, à quibus abstineat.*

5 *Episcopus renuens ad Concil. Prouinciale accedere post prædictam pœnam, potest ter citatus excõmunicari.*

6 *Episcopus potest purgare moram ob nõ accessum ad Concilium.*

7 *Episcopus pœnam priuationis communionis fratrum substinet vsq; ad futurum Concilium.*

8 *Episcopi accedentes ad Concilium totam potestatem retinent in celebrando Concilium, licèt minor pars Comprouincialium Episcoporum accedat.*

9 *Episcopus illicentiatus à Concilio Prouinciali discedens, excommunicandus est.*

10 *Episcopus pauper ob accessum ad Cõcilium Prouinciale petere potest charitatiuum subsidium.*

ARGVMENTVM.

De pœnis contra Episcopos ad Concilium Prouinciale non accedentes, de purgatione moræ, & Episcopo paupere.

CAP. XXXV.

1 EPiscopus vocatus ad Conciliũ Prouinciale à Metropolitano Ar-

Archiepiscopo, vt supra, si nullo detento legitimo impedimento ad illud non venit, incurrit in pęnam statutam in *Cap. si quis, & Cap. si Episcopus 18. dist.* nempè priuabitur vsq; ad proximam Synodum charitate fratrum, & Ecclesiæ communione; quæ pœna non irrogatur ipso iure, sed est ferenda per sententiã, quia *cit. tex. in cap. si Episcopus vtitur* verbo *priuetur.*

2 Antequam Episcopus contumax declaretur à Metropolitano incurrisse in pęnam prædictam, ex quo renuit vocatus ad Concilium Prouinciale accedere, debet moneri, & requiri, & tandem citari ad videndum se declarari incurrisse in pęnas prædictas, *Iacob. de Concil. lib. 1. art. 5. in princip. fol. 114. Campeg. de Concil. cap. 13.* & est generale, quod contumax in processu iudicij citatur ad sententiam, *Innoc. in cap. cum olim in fin. de testib. Quarãt. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale num. 7. in fin.* vbi consulit, quod in procedendo contra Episcopum seruetur constitutio *Alex. 3. de qua in cap. 2. de off. deleg. in 6.*

3 Ad declarandum Episcopum cõtumacem, vt supra, incurrisse in pœnam prædictam, non requiritur trina monitio, sed vnica sufficit, quia priuatio communionis prædicta non est censura Ecclesiastica, sed pœna Canonica, ideo non requiritur trina monitio, vt benè aduertit *Quarant. cit. num. 7. vers. decimo octauò quæro circa med.*

4 Imponitur enim hæc pœna priuationis à cõmunione fratrum, vt Episcopus, qui illa ligatur sit tantùm suspẽsus à communibus negotijs cum alijs Episcopis, vndè non poterit interesse scrutinio Episcoporum, nec consecrationi eorum, & alijs communiter pertractandis cum Metropolitano, & Episcopis: Non tamen erit talis Episcopus prohibitus celebrare diuina officia, & recipere Sacramenta Ecclesiastica, & etiam cõmunicare cum alijs Episcopis, & alijs, vt benè declarant *Quarant. cit. vers. decimo octauò quæro, & Genuens. in prax. cap. 89. sub num. 5.* post *gl. & Card. in cap. placuit 18. dist.*

5 Quod si declaratus fuerit Episcopus contumax incurrisse in dictam pœnam priuationis communionis, vt supra, & adhuc ad Concilium Prouinciale venire neglexerit, potest per Metropolitanum excommunicari, dummodo præcedat trina monitio, tenet *Iacob. de Concil. lib. 2. art. 4. q. 5.* quem sequuntur *Quarant. & Genuens. cit. loc.*

6 Aduerte primò, quod Episcopus veniens ad Concilium Prouinciale, potest purgare moram, quãdiù Concilium non erit absolutum, & effugiet pœnam prædictam, aduertit etiã *Iacob. de Concil. cit. lib. 2. art. 5. fol. 110. Genuens. cit. num. 5. in fin.*

7 Durabit pœna prædicta priuationis communionis fratrum, vt supra incursa ob non accessum ad Concilium Prouinciale ab Episcopo vsque ad aliud futurum Concilium Prouinciale, vt patet ex verbis *tex. cap. si Episcopus 18. dist.* ibi *vsq; ad proximã Synodum*, in qua proxima Synodo indiget absolutione ab eadem pœna, vt patet ex *Cap. si quis ead. dist. 18.* ibi, *nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus.*

8 Aduerte secundò, quod si Episcopi Comprouinciales non omnes accederent ad Concilium Prouinciale, sed tantùm minor pars illorum, si fuerint legitimè vocati, & adhuc in termino præfixo non venerint, potestas celebrandi Concilium audiendi, ac terminandi negotia, deuoluitur ad accedentes, & venientes ad Concilium, etiam si sit minor pars; ex quo enim vocati venire non curarunt, vidẽtur se fecisse alienos, vndè faciunt, quod totam ius resideat in præsentibus, tenent *Iacob. cit. tract. de Concil. lib. 5. art. 7 fol. 275. Petr. de Monte simili tract. de Concil. q. 6. Quarant. summ. Bull. cit.* verbo *Concil. Prouinciale num. 5.* vbi *Prosp. de August. et* Ge-

Genuens.in prax.cap.89.nu.5.in fin.

9 Non solum ob non accessum ad Concilium Prouinciale potest Episcopus puniri, sed etiam si accesserit ad Concilium, sed antequam Concilium absoluatur discesserit illicẽtiatus; tunc enim debet ab ipso Concilio excommunicari, nec ab ipsis de Concilio vti singulis potest absolui, sed à toto Concilio absolutionem impetrare debet, *Cap.si quis autem*, vbi *Card.Alex.18. dist.* idq; procedit, etiam si expectasset per plures dies alios absẽtes, & postea in die prorogata illicẽtiatus recederet; adhuc n. contumax tũc diceretur, & tanquam talis puniretur, *Iacob. de Concil.lib.2. art.5.fol.112.& seq. Quarant.summ. Bull.* verbo *Concil.Prouinciale num.4. vers.vndecimò quaero.*

10 Aduerte tertiò Episcopum, ob eius paupertatem impeditum venire ad Concilium Prouinciale, vt quia redditus suae Ecclesiae sunt tenues, posse à suis subditis petere charitatiuum subsidium, nec ex hac causa excusari, *Iacob. de Concil. lib.1. art.5.fol.101.col. 1. Bellen. de charit. subsid.q.21.Quarant.cit.loc.num.* 8. & est commune.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale inchoatur ab Archiepiscopo die statuta.*
Episcopi quomodo accedant in Congregationibus Concilij Prouincialis.

2 *Episcopi sedent, & votant in Concilio Prouinciali seruata prioritate consecrationis.*

3 *Episcopi exempti in Concilio Prouinciali, quem locum occupent.*

4 *Episcopus, q vtitur pallio praecedit alijs, licèt posterior sit in consecratione.*

5 *Archiepiscopus titularis translatus ad sedem suffraganeam in Cõcilio Prouinciali praecedit omnibus Episcopis.*

6 *Episcopus antiquior, sed titularis cadit iuniori, exercitium iurisdictionis habenti.*

7 *In Concilio Prouinciali modus in sedendo, & votando, &c. accipitur ex Caeremoniali Episcoporum.*

8 *Episcopo suffraganeo in Concilio Prouinciali tenenti locum Archiepiscopi, cedunt, etiam antiquiores Episcopi.*

9 *Concilij Prouincialis in sedendo modus.*

ARGVMENTVM.

Qui Concilio Prouinciali intersunt, quo ordine sedeant, & votent.

CAP. XXXVI.

1 Adueniente die statuta, ac vocatis omnibus, vt supra, Archiepiscopus Metropolitanus praesidens inchoat Cõcilium Prouinciale cum suis Episcopis Prouinciae, & alijs, qui conuenerunt: ipsi autem Episcopi in omnibus Congregationibus Synodalibus accedunt cum Rochetto aperto, & Mozzetta coloris violacei, vt in *Caeremon. Episc. lib. 1.cap.3.*

2 Sedere debent Episcopi suffraganei, & alij, qui Concilio intersũt ante faciem ipsius Archiepiscopi per gyrum, ita *Castald.cit.loc.num.24.* tali modo, vt inter eos praeferantur, & attendatur ordo prioritatis ordinationis, & consecrationis; qui enim primò ordinatus, ac cõsecratus fuit Episcopus, primò sedere debet, se subscribere, ac votũ pferre, licèt sit minor aetate, *Cap.placuit, vt conseruato 18.dist.cap.Episcopos 17.dist. Caeremon.Roman.lib.1.cap. 31. §. in sess. verò, Quarant.summ.Bull.* verbo *Concilium Prouinciale num.9. vers. vigesimosecundò, Fel.in rubr. de maior. & obed.Cassane.in Catalog.gl. mund.par. 4.consid.23.Turrecr.in cit.cap. Episcopos, Gamma decis.1.num.50.Boer.de auct.mag.cons.nu.60.in fin.Put. decis. 104.num.2.lib.3.Grat.discep.for. tom. 2.cap.298.nu.63. Manriq. de praeced. q.21.num.6.* qui ex hac conclusione in-

infert, quod si alter Episcopus sit prior in data, & consecratione posterior; alter autem in consecratione prior, & data posterior, hic erit præferendus.

3 Quod etiam procedit inter Episcopos exemptos; illi enim concurrentes, etiam cum suffraganeis obtinent locum secundum prioritatem temporis ordinationis; sic testatur seruatum fuisse in Concilijs Galliæ *Cassan. in Catal. gl. mund. par. 4. consid. 24.* & nouissimè disponit *Caeremon. Roman. lib. 1. cap. 32.* vt Episcopi præcedant iuxta ordinem promotionis, nullo habito respectu ad dignitatẽ, vel preeminentiam Ecclesiarum, refert *Vulp. in prax. for. Eccles. cap. 34. num. 6.*

4 Id autem limitant DD. quando in Concilio Prouinciali interueniret Episcopus, qui particulari priuilegio vteretur pallio; Episcopus enim, qui habet pallium debet omnes alios Coepiscopos præcedere in sessione, subscriptione, ac voto, non seruato tempore ordinationis, quia habet pallium, quod est signũ, & auctoritas Archiepiscopi, in quo plenitudo Pontificalis officij cõtinetur, *Cap. nisi de auct. & vs. pall.* Et sic præcedere omnes Episcopos, qui non vtuntur pallio, vt de Episcopo Eduen. qui ratione pallij præcedit omnes Episcopos Prouinciæ Lugdunensis dicit *Cassanen. cit. loc. & Grat. vbi supra num. 63. in fin.*

5 Item Archiepiscopus titularis, siue alias prouisus, ac translatus ad Ecclesiam suffraganeã, sedere debet in Concilio Prouinciali, ac vota dare, & subscribere se immediatè post Metropolitanum ratione Archiepiscopalis dignitatis, quã functus est, & sic præcedit omnes alios Episcopos antiquiores, probat *Add. ad Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale nu. 9. vers. Quid in Archiepiscopo Vulp. in prax. cap. 34. num. 6.*

6 Inter Episcopos obseruant etiam DD. quod debeat præferri, qui habet populum, & Clerum cum iurisdictione, si concurrat cum Episcopo titulari, licèt titularis sit ordinatione prior, quia licèt antiquitati deferẽdum sit in præcedentijs, id tamen intelligendum est inter pares, non autem, vbi modernior est dignior, vt est, qui habet dignitatem cum administratione, & iurisdictione, qui præfertur non habenti, iuxta *decis. Put. 104. lib. 3. per tex. in l. omnes, vt dignit. ordo seruet. Cassan. in Catal. gl. mund. par. 6. consid. 1. & seqq. Card. Alex. in cap. Episcopus col. 11. vers. & quoniam hic videmus de preb. Boer de auct. magn. cons. num. 91.* nam maior quis dicitur, & superior respectu administrationis, vt cum *Rebuff.* scripsit *Scacc. de appel. q. 2. art. 2. num. 30. Ioan. de Soloriano in allegat. pro supremo cõsil. Indiarum num. 77. Grat. discept. for. cap. 111. num. 76.* Sed prædicta vera sũt in pertinentibus ad administrationem, seù in loco administrationis, prout aduertit *Manriq. de praeced. q. 27. num. 7. vers. ampliatur.*

7 In his verò terminis Concilij in sessione, in ordine proferendi vota, & subscribendi inter Episcopos, Canonicos, Abbates, Commẽdatarios, Procuratores, & cæteros attenditur hodie nouissima dispositio *Caeremon. Episcop. lib. 1. cap. fin. & eod. lib. cap. 3.* & aduertit *Add. ad Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale sub num. 9. vers. in sessione.*

8 Aduertendum est etiam in his terminis, quod si Episcopus suffraganeus teneret locum Archiepiscopi Metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, præponendus est alijs, etiam antiquioribus in ordinatione, prout aduertit *gl. in cap. vltimo 17. dist.* & annuit *Quarant. summ. Bull. cit. loc. num. 9. sub vers. vigesimo secundò quaero.*

9 Concludendum est igitur, quod in Concilio Prouinciali primò sedere debet Archiepiscopus, secundò Episcopi secundum tempus ordinationis suæ, tertiò Capitulum Cathedra-

dralis collegialiter incedens, vel sedens, quartò Abbates habentes priuilegium Mitræ, & Baculi, quintò procuratores Episcoporum absentium, sextò procuratores Abbatum absẽtium, septimò Collegiatæ, octauò Plebani, siuè Archipresbyteri, nonò Parochi, & hoc eodem modo subscribere, & alias prærogatiuas habere debẽt, ita *Franc. Leon. in Thesar. for.* Eccles. *par.* 1. *cap.* 9. *n.* 4. *Barbos. in collect. ad Cõcil. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 2. *num.* 16. latius *Marcel. Vulp. in prax. for. Ecclesiast. cap.* 34. *n.* 4. *et seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus præest non solùm Concilio Prouinciali, sed omnibus Episcopis, & Clericis Prouinciæ.*
2 *Archiepiscopus præest Concilio Prouinciali, non tamen est superior illo.*
3 *Archiepiscopus non se habet Concilio Prouinciali, sicut Pontifex generali Concilio.*
Archidiaconus est caput Capituli, non tamen maior illo.
4 *Archiepiscopus iudicat in Concilio cũ alijs Episcopis.*
Archiepiscopus, si velit statuere aliquid pro tota Prouincia, cuiusnam consensus requiratur.
5 *Concilij Prouincialis dicitur statutum vbi maior pars cõsentit, etiam dissentiente Metropolitano.*
6 *Archiepiscopi vox in Cõcilio vna est.*
7 *Concilij Prouincialis minori parti saniori, an maiori in numero concurrat Archiepiscopus.*
8 *Concilij Prouincialis maior pars dicitur ea, quæ est sanior.*
9 *Concilij Prouincialis maior pars iudicanda est respectu totius.*

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus Concilio Prouinciali quomodo præsit, & iudicet; & quænam sit sanior Concilij pars.

CAP. XXXVII.

1 Non solùm dicitur Archiepiscopus in Concilio Prouinciali præsidens caput, ac primas, vt in *Cap. placuit* 1. 18. *dist. Card. Alex. in cap. si quis Episcoporum* 18. *dist. Abb. in cap. graue num.* 8. *& Imol. num.* 10. *de prabend.* Sed etiam dicitur præesse omnibus Episcopis Prelatis, ac Clericis Prouinciæ, *Bero. in cap.* 1. *de iud.* latè *Borsad. de Vitalinis in clem.* 1. *nu.* 45. *de sent. excomm.*

2 Dicitur quoque, & est Archiepiscopus Metropolitanus Iudex principalis, ac primum locum obtinet in Cõcilio Prouinciali, vt habetur per *tex in Can.* 1. *dist.* 18. Nõ tamẽ est superior illo, vt notat *Nauar. consil.* 6. *de maior. & obed.* Est tamẽ eius iurisdictio ordinaria nõ delegata, vt refert *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale nu.* 10. *sub vers. vigesimoquintò quæro Castal. in prax. carem. lib.* 1. *sect.* 10. *num.* 23.

3 Ex dictis collige primò Archiepiscopum non se habere ad Conciliũ Prouinciale, sicut se habet Summus Pontifex ad Concilium generale, vel Episcopus ad suum Capitulum, sed vt se habet Archidiaconus ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, qui est caput ipsius ad eum effectũ, vt sit eiusdem Capituli conuocator, ibique tanquam præsidens habeat primam sedem; non tamen est superior, sed inferior toto Capitulo; ita Archiepiscopus est caput Concilij Prouincialis, & illi præest quoad illius conuocationem, & habet primã sedem, ac vocem; non tamen est maior Concilio illo congregato, nec habet parem iurisdictionem, sed est tantùm simul iudex, & collega aliorum Episcoporum, qui in eo cõgregantur, *Nauar. consil.* 6. *de maior. & obed. Vulp. in prax. cap.* 34. *num.* 4. *in fin.*

4 Collige secundò ad Archiepiscopum principaliter pertinere iudicare in Concilio Prouinciali, sed cum

con-

consilio aliorum Coepiscoporum existentium, *Card. Alex. in cap. de eo 50. dist.* qui Coepiscopi dubitatur, an sint assessores, vel iudices, sed quidquid sit de nomine, de ic certum est, Archiepiscopum non posse aliquid statuere in Concilio Prouinciali, ligans totam Prouinciam, nisi vocatis, & habito consensu Coepiscoporum Prouinciæ, *Innoc. & Host. in cap. graue de præbēd. Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale nu. 10. vers. vigesimoquinto quæro*: vbi etiam vlterius addit, quod si Archiepiscopus vult statuere vniuersaliter in Prouincia, requiritur non solùm consensus suffraganeorum, sed etiam subditorum suffraganeorum, si statutum concernit eorum præiudicium, puta si statutū faceret, posse ipsum Archiepiscopum cognoscere de causis subditorum suffraganeorum, & ad suam Diœcesim illos trahere, requireretur consensus subditorum, aliàs statutum nō teneret, *Card. Alex. 18. dist. in summ. Fel. in cap. pastoralis nu. 7. de off. ordin.*

5 Collige tertiò, id dici statutum per Concilium Prouinciale, quod sentit maior pars Episcoporum, etiam si à maiori parte dissentiat ipse Metropolitanus: ratio desumitur ex propositis, nempe quia Archiepiscopus non est superior, sed inferior Concilio, licèt sit caput; vndè semper præualet sententia Concilij, quod repræsentatur per maiorem partem Coepiscoporum, *Iacob. de Concil. lib. 6. art. 2. fol. 329. Henriq. de Bott. de Synod. par. 3. num. 137.* Illa enim dicitur sententia Concilij, quæ fit à maiori parte, *Abb. in cap. non potest sub num. 16. de sent. & re iud.* cùm Concilium Prouinciale sit ad instar Collegij, iuxta sententiam *Fel. in cap. sicut olim de accus.* & in dispositionibus Collegij attenditur semper pars maior, *Cap. sanè*, vbi *Card. Alex. 65. dist. gl. in cap. si Archiepiscopus de tempor. ordinat. Abb. cap. 1. de pact. & in cap. in singulis nu. 5. de stat. monach. Nauar. cons. 1. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. Castald. in prax. cærem. lib. 1. sect. 10. sub num. 23.*

6 Collige quartò, Archiepiscopum Metropolitanum præsidentem Cōcilio Prouinciali, licèt sit primus, eius tamen suffragium non posse, nisi vim vnius habere, docet post alios *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale nu. 10. vers. vigesimonono quæro in fin.*

7 In his terminis posset dubitari, quid si minor pars concurrat in saniorem sententiam, quid statuēdum sit: & quidem videtur dicendum Archiepiscopum concurrere debere cū parte saniori, quia minor pars sanior, habetur pro maiori, *Cap. final. 9. dist. cap. Ecclesia vestra 57. de elect.* vndè, quod sanior pars Capituli sentit est amplectendum, nō quod maior pars numeri, *Cap. coram de elect.* cum pars sanior præferatur maiori numero, nisi in numero magnus sit excessus, *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 85. nu. 4. & consid. 96. nu. 12.* vbi dicit maiorem partem dici non solùm, quæ est maioris numeri, sed etiam quæ sanioris iudicij. Vndè ad validitatem electionis non sufficere, quod à maiori parte fiat, nisi etiam illa maior pars sit sanior, deciditur in *Cap. Ecclesia vestra de elect.* & resoluit *Ludou. Mirand. Manuel. Prælat. tom. 2. q. 22. art. 7. concl. 3.*

8 His tamen non obstantibus, dicēdum est regulariter statuendum esse cum maiori parte, quæ dicitur repræsentare Concilium, vt supra. & prædicta licèt reperiantur in iure expressa in terminis electionis, tamen quia ad inuestigandum, quænā sit pars sanior plurima exoriri possunt inconueniētia, meritò illa abrogata sunt per *Concil. Trid. sess. 25. de regul. cap. 6.* vbi statuitur esse attendendam tātummodo maiorem partem, nulla habita cōsideratione partis sanioris, cùm illa præsumatur pars sanior in dubio, quæ maior est

Fran-

Francis. Marc. decis. 782. *num.* 3. *lib.* 1. *Rota in nullius, seu Pampilonen. Canonicatus de Rōcesualles* 22. *Maij* 1628. coram *D. Bunozetto*.

9 Dubitatur etiam quomodo sumēda sit maior pars; & quidem dicendum est maiorem partem sumendā esse respectu totius, nō respectu aliarum partium, ita *Zerol. in prax. Episc. par.* 1. verbo *Capitulum nu.* 13. *fol.* 85. id enim regulare est in negotijs exequendis per modum electionis, & collegialiter, vt non sufficiat maiorē partem suffragiorum respectu minoris, sed necessariò requiri maiorē partē respectu totius Collegij, *Abb. in cap. Ecclesia vestra num.* 1. *&* 4. *de elect. Francis. Marc. decis.* 1032. *nu.* 1. *par.* 1. *Rota in* Meten. *Monasterij* 15. *Iunij* 1621. coram *D. Coccino*, *& in Tarracon. Abbatia* 14. *Ianuarij* 1630. corā *D. Duran. & in Pampiloen. Canonicatus* coram *D. Bunozzetto cit.*

SVMMARIVM.

1 *Concilij Prouincialis, maioris partis sententiam, pronunciat Archiepiscopus.*

2 *Episcoporum vota in Cōcilio Prouinciali quomodo sint capienda per Metropolitanum.*

3 *Archiepiscopo nolente pronunciare secundum vota maioris partis, quid agendum.*

4 *Archiepiscopus si iudicet secundum vota minoris partis Concilij, sententia est nulla.*

5 *Vota consultiua Episcoporum, & aliorum, si de Concilij consensu accipiantur pro decisiuis, veniunt in consideratione sententiæ.*

6 *Archiepiscopus non habet potestatem condonandi statuta obligantia totam Prouinciam, & an possit conclusis in Synodo Prouinciali dispensare, & num.* 7.

8 *Concilium non potest iudicare de Archiepiscopo, nec illum excommunicare, et quomodo teneatur Archiepiscopus legibus Synodalibus Prouinciæ.*

ARGVMENTVM.

Sententia Concilij Prouincialis, per quem proferenda, & de quorum voto.

CAP. XXXVIII.

1 Dictum est supra *Cap. præced.* in Concilio Prouinciali attendendum esse votum maioris partis Episcoporum: aduertendum est hic pronunciationem sententiæ maioris partis Concilij Prouincialis ad ipsū Archiepiscopum Metropolitanum spectare; ipse enim pronunciat de consensu, & cōsilio suffraganeorum, vel maioris partis, *Host. & Ioan. And. in cap.* 1. *de libell. oblat. Imol. in cap. graue num.* 9. *de prab in* 6. *Iacobat. de Concil. lib.* 5. *art.* 8. *fol.* 288. sic testatur seruari in praxi *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale num.* 10. *vers. vigesimosextò quæro*.

2 Quæritur primò quomodo sint capienda per Metropolitanum suffragia Episcoporum in Concilio.

Respōdetur in electionibus suffragia sūt recipiēda secreto, & singillatim ꝑ *tex. in cap. quia propter*, ibi, *singillatim*, vbi *Panorm. nu.* 5. *de elect. Syluest.* verbo *electio* 1. *q.* 5. & alij apud *Sigismund. de elect. &* 1. *Prælat. regul. dub.* 26. *nu.* 1. in decisionibus verò negotiorum, vota sunt proferenda, & recipienda palam, & apertè per *tex. in l. si in tres cum l. seq. ff. de arbitr.* vbi DD. communiter cum in dādis suffragijs, & votis prædictis iuxta laudabilem modum, soleāt etiam afferre rationes iudices, *Carauit. ad rit.* 89. vbi etiam *Const. Papa*.

3 Quæro secundò, quid agendum si Archiepiscopus non vult pronunciare secundum vota maioris partis.

Respondetur, ꝙ si Archiepiscopus Metropolitanus non vult pronunciare in Concilio Prouinciali secūdum vota maioris partis Episcoporum, recurrendum esse ad Summum

G Pon-

Pontificem, vt deciditur in simili casu in *Cap. sane*, vbi *gl.* verbo *contradicant 26. dist. & in cap. si fortè* verbo *iudicio in fin. 63. dist.* tenet *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale num. 10. in fin. vers. trigesimòquaro.*

4 Si Archiepiscopus Metropolitanus in Concilio Prouinciali pronūciaret secundum partem minorem suffragiorum, ac votorum, relicta, ac spreta parte maiori: tunc sententia est nulla, & actus inualidus; ita tenet per doctrinam *gl. in cap. 2.* in verbo *cū consilio de corpore vitiatis Quarant. cit. loc. vers. trigesimoprimò quaro.*

5 Dictum est, Archiepiscopum Metropolitanum pronunciare debere in Concilio Prouinciali secundum vota maioris partis Episcoporum Prouinciæ, Concilio interessentium; vndè non erunt attendenda vota aliorum Cōcilio interessentium, puta commendatariorum, capitulorum, & similia; quia illorum vota sunt tantùm consultiua, non autem decisiua, prout declarauit *Sacr. Congregat. Concil.* teste *Piasec. in prax. Episcop. par. 2. cap. 2. num 3. ad 5.* Sed quia procuratores capituli possunt per ipsum Concilium admitti ad votum decisiuum, similiter possunt admitti alij, de quibus dictum est *Cap. 24. vers. vlterius*, & habetur in eadē declaratione *Sacr. Congreg.* tali igitur casu, est habenda ratio in pronunciando per Archiepiscopum de omnibus votis decisiuis.

Sed hic quæro postquā fuerit per Concilium decisum, & iuris ordine seruato cōclusum, an possit Archiepiscopus dispensare, vel reuocare leges iam emanatas ab ipso Concilio Prouinciali.

6 Respōdeo negatiuè, quia Archiepiscopus licèt primus sit, & caput Concilij Prouincialis, non tamen habet potestatem condonandi statuta obligantia totam Prouinciam, ad *tex. in cap. nullus primos 9. q. 3. & cap. sicut olim de accus.* Sed decreta Synodi Prouincialis totam Prouinciam ligant; ergò Archiepiscopus nō potest dispensare, vel reuocare leges Concilij Prouincialis, ita tenet *Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 18. n. 263.* sequitur *Doctissimus Diana 9. par. tract. 6. Miscell. resol. 40.* vbi *vers. ex dictis* infert, Archiepiscopum teneri legibus, & Decretis Synodi Prouincialis, nec posse in illis dispēsare, nisi quatenus ei permissum est in vno, vel altero casu ratione necessitatis, eo quod non sit recursus ad Pontificem, nec ad Synodum Prouinciale, ad quod citat *Salas de legibus disp. 20. sect. 4. num. 46. Sanch. disp. 17. nu. 37. & Suar. de legib. lib. 6. cap. 15. num. 6. & seq.*

7 Contra hanc sententiam, nempè posse Archiepiscopum dispensare, & reuocare Decreta Concilij Prouincialis, tenet *Arriaga in Cur. Theol. tom. 4. disp. 18. sect 4. subsect. 1. nu. 54.* pro qua sentētia licet adducat optimas rationes relatas, etiā per eundē *Dianam cit. loc. vers. His tamen*, attamen contraria, quam defendit *Meroll.* est probabilior; nec illæ aduersatur *tex. in cap. graue de prebend.* vbi DD. dicunt, Archiepiscopum esse superiorē Synodo Prouinciali; quia non est intelligendus, quod sit verè superior, sed caput illius, prout videtur explicare *Anton. in eod. tex. num. 7.*

8 Hinc occasione *cit. tex. cap. graue* dictum est inferius *cap. 40.* Conciliū non iudicare Archiepiscopum, nec illum posse excōmunicare, & vlterius dicendū est ipsū Archiepiscopum non teneri legibus, ac Decretis Synodi Prouincialis quoad vim coactiuam contra *Salas loc. cit. Sayr. decis. 7. de off. ord. Ricc. collect. 1291.* tuentes partem affirmatiuam, quod non facit contra propositam cōclusionem principalem, nempè Archiepiscopum non posse reuocare decreta Synodi Prouincialis; nam hoc quod Concilium Prouinciale non iudicat Archiepiscopum, non est indu-

ductum ex eo, quod Archiepiscopus sit superior Concilij, sed statutum est per *tex. in cit. cap. graue* ob dignitatem Metropolitani, ita post *Genuens. & Prosp. de Augnst. ad Quarãt.* docet *Diana cit. loc. vers. cæterum*, & clarius patebit hic infra *cap.* 40.

SVMMARIVM.

1 *Cõcilium Prouinciale, de quibus causis tractare debeat.*
2 *Causa Ecclesiastica in Concilio Prouinciali, quæ sint pertractandæ.*
3 *Causa vnde dicatur.*
4 *Causæ omnes de Prouincia tractandæ sũt in Concilio Prouinciali, & quare.*
5 *Causæ ciuiles subditorum cum Episcopis Concilij, Prouinciale Concilium definit.*
Causæ criminales Episcoporum referuntur coram Summo Pontifice.
Causas criminales subditorum Episcopi suffraganei, cognoscit, & definit Concilium.
6 *Causas criminales grauiores Episcoporum, cognoscit S. Pontifex.*
Causæ criminales leuiores Episcoporum, cognosci possunt per Concilium Prouinciale.
7 *Causæ criminales Episcoporum grauiores, quæ sint.*
8 *Causarum criminalium grauiorum, neque formari potest processus contra Episcopum per Concilium Prouinciale.*
9 *Concilium Prouinciale definit causas omnes Prouinciæ, siuè per appellationem, siuè per querelam delatas.*
Concilium Prouinciale debet audire causas omnium læsorum.
10 *Causas inter Episcopum, & Clericos cognoscit Concilium Prouinciale.*
11 *Concilium Prouinciale cognoscit de omnibus causis, & quando.*
12 *Concilium Prouinciale tractat de causis, de quibus in Concilio Tridentino.*
13 *Concilium Prouinciale, an cognoscat de causis fidei.*

ARGVMENTVM.

Causæ, quæ tractantur per Concilium Prouinciale, quænam sint.

CAP. XXXIX.

1 IN Concilio Prouinciali tractandæ sunt causæ Ecclesiasticæ omnes, ita deciditur in *Cap. propter* 18. *dist.* ibi, *propter Ecclesiasticas causas, & quæ existunt controuersias dissoluẽdas*; vbi *Turrecr. num.* 2. dicit causam cõuocandi Concilium Prouinciale esse propter causas Ecclesiasticas, & altercationes dissoluendas, aduertũt communitet DD. Hinc *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale num.* 11. dicit Concilium Prouinciale cognoscere de omnibus causis Ecclesiasticis totius Prouinciæ, sequitur *Genuens. in prax. Archiep. Cur. Neap. cap.* 71. *n.* 2. *secund. impress. Rom. anno* 1630.

2 Ad intelligentiam autem prædictorum; dicendum est hic non sumi causas Ecclesiasticas pro causis illis vniuersalibus rerum omnium, nempè efficienti, materiali, formali, ac finali, de quibus *Arist. lib.* 2. *Phys. cap.* 3. *num.* 5. sed sumuntur hic pro negotijs iudicialibus Ecclesiasticis, siuè sint negotia spiritualia, siuè spiritualibus annexa, latè *Duard. in comment. ad Bull. Can. Domin. lib.* 2. *can.* 14. *lib.* 4. *&* 5.

3 Causa dicitur à casu, vt in *Cap. Forus de verb. signif.* & differt à lite; quia causa est nomen generale comprehendens ciuiles, & criminales causas, lis verò tantùm de ciuilibus causis, & actionibus dicitur ad *tex. in l. causas C. de transact. l.* 1. *§. adhiberi ff. de testib.*

4 Dictum est Concilium Prouinciale cognoscere de omnibus causis Prouinciæ; & ratio est, quia Concilium Prouinciale habet iurisdictionem super omnes de Prouincia, do-

cent DD. præsertim *Abb. in cap. gra ue nimis num. 4. de præbend. Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale sub nu.* 11. vbi post *Card. Alex. in cap. experientiæ* 11. *q.* 1. *& 3. q.* 8. *in summ. & Bero. in cap.* 1. *num.* 125. *de iud.* testatur hāc iurisdictionem, quam habet Concilium in tota Prouincia, ordinariam dici, ac esse.

5 Hinc collige primò Concilium Prouinciale, audire, ac difinire querelas, ac delicta, quę ipsi subditi proponunt contra suos Episcopos suffraganeos, ac terminare differentias omnes, quas habent subditi prædicti cum eisdem suffraganeis criminales, & ciuiles, docent DD. communiter, *Card. in cap. de Cōcil.* 18. *dist. Genuens. in prax. Archiep. Neap. cap.* 71. *sub num.* 2. *post Zerol. in prax.* verbo *Concilium vers. ad quintum.* Prædicta licèt vera sint de iure communi, & licèt ea testentur DD. etiam post Concilium de causis criminalibus; tamen verius dicendum est illa procedere tantùm in causis ciuilibus; nam in criminalibus causæ Episcoporum proponendæ sunt coram Sūmo Pontifice ex particulari determinatione *Concil. Trid. sess.* 13. *de ref. cap.* 8. disponēre his verbis, *causæ Episcoporum cùm pro criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur*, ita *Concil.* & aduertit *Zerol sub cit. vers. ad quintum*, ex his enim concludendum est, Concilium Prouinciale iurisdictionem habere in causis suffraganeorum ciuilibus tantùm, & quoad subditos illorum non solùm ciuilibus, sed etiam criminalibus, *Genuens. cit. cap.* 71. *sub n.* 2. *secund. impress. Romæ factam* 1630.

6 Declaratur tamen proposita conclusio, scilicet, Concilium non posse cognoscere de causis criminalibus Episcoporum ab eodē *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref cap.* 5. illam intelligendam esse de causis criminalibus grauioribus; sic loquitur *Cōcil. eod. cit. loc.* ibi, *causæ criminales grauiores contra Episcopos, etiam hæresis (quod absit) quæ depositione, aut priuatione dignæ sunt, ab ipso tantùm Summo Pontifice cognoscantur, & terminētur*, ex quibus verbis habetur, Cōcilium posse cognoscere de causis criminalibus minoribus, & de illis quæ grauiores non sunt, vt aduertunt *DD. cit. post Arch. & Turrecrem. in cap. felix* 15. *q.* 7.

7 Dicuntur autem causæ grauiores in his terminis illæ, quæ depositione, aut priuatione dignæ sunt, ita *Concil. ipsum eod. cit. loc.* & habetur ex *Segur. in direct. iud. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. de his igitur non cognoscit Concilium, quod etiam intelligitur, quādo criminaliter agitur, quia tūc causæ redduntur dignæ depositione, aut priuatione per *Archid. in cap.* 1. *de test. lib.* 6. Vndè est, quod si in causis criminalibus etiā dignis depositione, aut priuatione ageretur contra suffraganeos ciuiliter posset de illis Concilium Prouinciale cognoscere contra personas ipsorum Episcoporum, per argumentum à contrario sensu in iure validium.

8 Hic aduertendum est non solùm non posse Concilium Prouinciale iudicare causas grauiores criminales contra Episcopos Prouinciæ, sed nec etiam de illis potest formare processum; reseruat enim *Cōcil. Trid. cit. cap.* 5. non tantùm difinitionem, sed etiam cognitionem prędictarum causarum Summo Pontifici, in illis verbis, *cognoscantur, & terminentur*, *Prosp. de August. ad Quar. cit. num.* 11. *vers. ad Concilium*, vbi id ampliat etiam ad effectum trasmittendi probationes ad Romanum Pontificem.

9 Collige secundò Concilium Prouinciale cognoscere posse, ac difinire omnes causas Prouinciæ, non solùm illas, quæ ad Concilium deuenerunt per viam appellationis, sed quæ per viam simplicis querelæ introductę sunt, docet *Card. Alex. in cap. de Concilijs* 18. *dist. & in rub. de appell. num.* 36. *& in cap. cum speciali num.*

Digitized by Google

num. 27. *eod. titul.* probat *Iacob. de Cõcil. lib.* 5. *art.* 12. *sub num. vnico*, & sequitur *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale sub num.* 11. vbi testatur in Concilio Prouinciali debere audiri querelas omnium læsorum.

10 Collige tertiò Concilium Prouinciale cognoscere posse de causis, quæ vertuntur inter Episcopos, & Clericos, *Cap. placuit* 2. *q.* 6. *Cap. si Episcopus* 11. *q.* 3. *Iacob. de Cõcil. lib.* 5. *art.* 8. *num.* 58. sequitur *Quarant. cit. loc. sub cit. num.* 11. *circa fin.*

11 Collige quartò Concilium Prouinciale facultatem habere cognoscendi de omnibus causis Clericorum, dũmodo factum sit notorium, vel si res non patiatur dilationem, vel in breui potest liquidari, ita docent *Iacob. & Quarant. cit. loc.*

12 Collige quintò in Concilio Prouinciali tractandum esse de corrigẽdis excessibus, & reformandis moribus, præsertim in Clero, deciditur in *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 2. *in princip.* ibi, *Prouincialia Concilia sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controuersijs cõponendis & cat.* notat *Quarant. summ. Bull. cit. sub num.* 11. *in vers. trigesimosecundò quæro*, & habetur in *Cap. sicut de accusat.*

13 Collige sextò Concilium Prouinciale cognoscere de causis Fidei per *tex. in cap. ad abolendum in princip. de hæret.* Sed cõtrariũ esse verius, testatur post *Pegn. & Alph. de Castr.*, *Zerol. in prax.* verbo *Concilium Prouinciale sub vers. ad quintum*. Limitatur tamen conclusio, quando Cõcilium Prouinciale auctoritate delegatorũ Sedis Apostolicæ congregatum est; tunc enim statuta per illud seruanda sunt in hac materia hæresis, benè aduertit *Pegn. in disp. de auctor. seu robor. & cat. in fin. Direct. inquis. impress. num.* 8.

S V M M A R I V M.

1 *Concilium Prouinciale non iudicat Archiepiscopum.*
2 *Concilium Prouinciale non potest iudicare, nec excommunicare Archiepiscopum, & quare.*
3 *Concilium Prouinciale cognoscit de causis Archiepiscopi, & ad quem effectum.*
4 *Concilium Prouinciale cognoscit de causis spectantibus ad Ecclesiam Metropolitani.*
5 *Concilium Prouinciale cognoscit de causis, per viã appellationis interpositæ à Metropolitano ad ipsum Concilium.*
6 *Concilium Prouinciale supplet partes Metropolitani in ministrãda iustitia.*
7 *Metropolitanus quando dicatur negligens.*
Negligens dicitur quando quis non facit, quod facere tenetur.
8 *Negligentia quando dicatur adesse.*

ARGVMENTVM.

Concilium Prouinciale quid agat in causis Metropolitani, & ad ipsum spectantibus, & de negligentia Metropolitani.

CAP. XXXX.

1 Andem prosequẽdo materiam de potestate, & auctoritate Cõcilij Prouincialis, & de negotijs, quæ in Concilio tractari possunt: Quæritur, an possit Concilium iudicare Archiepiscopum; & quidem constituenda est regula negatiua, nempè Concilium non iudicare Archiepiscopum per *tex. in cap. graue de præbend.* ibi, *Metropolitani verò delictum, superioris iudicio relinquatur*, ita *tex.* vbi *DD. omnes Iacob. de Concil. lib.* 5. *art.* 8. *n.* 59. *Zerol. in prax.* verbo *Concilium Prouinciale vers. ad quintum.*

2 Ampliatur proposita regula, vt

Concilium Prouinciale non possit excommunicare Archiepiscopum, quicquid contrarium sentiat *Nauar. consil. o.de off. ord. in antiq.*contra, quem facit *tex in cit.cap.graue*,& tenet *Prosp.de August.ad Quar. summ. Bull.*verbo *Concil.Prouin sub nu.* 11. *in fin.vers.hinc sequitur*:ratio autem, quare Concilium Prouinciale non possit iudicare, & excommunicare Archiepiscopum est,quia Archiepiscopus est caput,& præest Concilio, & ideo ab illo,tanquam inferiori nō cōuenit iudicari,*Imol.in cit.cap.graue num.* 10.

3 Limitatur tamē primò suprapositia cōclusio; nam licèt non possit Cōcilium Prouinciale iudicare Archiepiscopum, & cognoscere de causis illius ad effectum iudicandi, potest tamen cognoscere de illis ad effectum admonendi ipsum Archiepiscopum,vt corrigatur, & si obstinatus correctionem non admittat, ad effectum denunciandi Summo Pontifici, notat post alios *Quarant. cit. loc. num.* 11. *sub vers. trigesimotertiò quæro,Zerol.cit loc.*

4 Limitatur secundò eadem conclusio; nam potest Concilium Prouinciale de causis ad Ecclesiā ipsius Metropolitani spectātibuscognoscere, *gl.in cap sicut de accus.Quarant.cit. loc sub n.*11.*vers trigesimotertiò quæro.*

5 Limitatur tertiò proposita conclusio; nam potest Concilium Prouinciale cognoscere de causis appellationum interpositarum à Metropolitano ad ipsum Concilium, *Cap.omnis* 2.*q.*6.optimè *gl.in cap.multis* verbo *ad maiorem* 17. *dist. Quarant.*vbi supra,*Genuens. in prax. cap.* 71.*num.*4.*secund.impress. anni* 1630. & notatum est *Cap.præcedenti nu.*9.

6 Limitatur quartò ipsa relata conclusio, nam potest Concilium Prouinciale supplere negligentiam Metropolitani circa iustitiam ministrādam,*Cap.si Metropolitanus* 6.*q.*4.vbi *Card.Alex.Genuens.cit.num.*4.*in princip.Quarant.cit.loc.vers. trigesimotertiò quæro in princip.*

7 Dicitur enim Metropolitanus negligens eo ipso, quod non facit, quod tenetur facere certo loco, & tempore, nisi de impedimento constet, *Fel. in cap. si autem* verbo *negligentia de rescript. Schrad. in suo lenic.iurid.lit.N.*verbo *negligens*,vel dicitur negligens eo ipso,quod non eligit facere,quod tenetur,cùm negligens dicatur quasi non eligens, vt post *Isid. Ethimolog.* aduertit *Alber. in dict. lit. N* verbo *negligens*,nam cùm negligentia in Prælato sit peccatum mortale,iuxta sententiam *Abb.in cap.nihil de rescript.* meritò supplenda est per Concilium Prouinciale.

8 Probatur tamen negligentia, si duo concurrant, scilicet quod quis potuit facere aliquid, & obligatus non fecit,docet *Bart.consil.*102.*et in l.si ab hostibus* §.*final.ff.solut. matrim. & in l.idem quæ,& in l.tutor* §.*penult. ff.de administ.tutor.Ruin.consil.*52.*nu.*8.*vol* 5.*Crauet.consil.*132.*nu.* 4. *Mascard.de probat. vol.* 2. *conclus.*1088. *num.*5.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias concedere potest Concilium Prouinciale,& quas.*

2 *Indulgentiarum abusus cognitus,Concilium Prouinciale defert S. Pontifici.*

3 *Quæ Statuta possit facere Concilium Prouinciale.*
Statutum præter non contra ius facit Concilium Prouinciale.

4 *Concilium Prouinciale profert censuras.*
Concilium Prouinciale potest excommunicare collegas aliquos de Collegio,non omnes.

5 *Concilium Prouinciale non ligat regulares exemptos.*

ARGVMENTVM.

De Indulgentijs, quas concedere potest Concilium Prouincia-

ciale, & de statuendi, ac excommunicandi potestate.

CAP. XXXXI.

1 Eandem prosequendo materiã auctoritatis,& potestatis Concilij Prouincialis: Dico primò Concilium Prouinciale posse concedere Indulgentias, iuxta restrictionem *Cap. cum ex eo de pœnit. & remiss.* idest quadraginta dierum, sicut concedit Episcopus,& hoc etiam quando in Cõcilio præest Archiepiscopus, docet *Henriq. de indulg. cap.* 31. §. 4. sequitur *Genuens. in prax. cap.* 71. *nu.* 3. *secundum impress. anni* 1630. qui tetatur de communi.

2 Vlterius Episcopi Comprouinciales colligere debẽt abusus, quos repererint in eorum Diœcesibus in hac materia Indulgentiæ, illosq; in prima Synodo Prouinciali proponere, vt aliorum quoque Episcoporum sententia cognita, statim ad Summũ Romanum Pontificem deferant, decidítur in *Concil. Trid. sess.* 25. *in fin. in decreto de Indulgentys etiam in fin.* & aduertit *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale sub num.* 13. *vers. abusus.*

3 Conferunt etiam DD. communiter Concilio Prouinciali generalem facultatem statuendi cum restrictione, vt valeat facere statuta tantùm quæ non sint contra ius, sed solùm illa, quæ sunt præter ius,& quæ non derogant iuri communi; sed illud coadiuuant DD. in *Cap. innotuit de eo, qui furtiu. ordin. accep.* & aduertit *Genuens. in prax. cit. cap.* 71. *num.* 2. *in fin.* Hinc dicunt alij, Concilium Prouinciale non habere potestatem generaliter statuendi, sed tantùm curandi, vt id seruetur, quod aliàs statutum est,& quod aliàs præceptum est seruari, aduertit post alios *Quarant. summ. Bull. supra cit. loc. num.* 13. *in princip.* Vndè coadiuuando ius cõmune potest pœnam apponere in casu, quo ius illam non ponit, vel aliàs de iure statutam pœnam augere, *DD. in cap. innotuit de eo, qui furt. ord. suscep. Clem. ne Romani* in verbo *tolli de elect.* Contra verò ius, minimè statuere potest, ex quo non potest disponere, quod non possit appellari à sententia, post *Cardin.* notat *Quarant. vbi supra*, vbi multa de modo statuendi per Concilium Prouinciale.

4 Et quod Concilium Prouinciale habeat facultatem proferendi censuras indubitatum est, probat *Vgolin. de censur. col.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. regulare enim est posse Collegium ferre censuras, vt notat *Syluest.* in verbo *excommunicatio* 1. *num.* 5. *Sot. dist.* 22. *q.* 2. *art.* 1. *concl.* 1. *vers. non nè autem lib.* 4. probatur per *tex. in cap. vnico de maior. & obed. & cap.* 3. *& seq. de supplen. negl. Prælat.* Et hoc declaratur, vt possit Concilium, vel aliud Collegium ferre censuras in alios, ac etiã in singulos de Concilio, vel Collegio, non tamen in ipsum Concilium, vel Collegium, quia non potest se ipsum interdicto, vel suspensione obligare, vt benè aduertit *Vgol. cit. loc. num.* 4.

5 In his terminis aduertunt DD. quod statuta Concilij Prouincialis non ligant Regulares exemptos, eorumq; loca, declarat *Nauar. consil.* 2. *de sepult. in antiq.* aduertit *Prosp. de August. ad Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale sub nu.* 13. *vers. Concilium Prouinciale circa med.* vbi vlterius addit, Regulares prædictos non posse absoluere à sẽtentijs excommunicationum latis per statuta Concilij prædicti, aliàs inciderent in excommunicationem Papæ reseruatam per *tex. in clem.* 1. *de priuil.* Accedo nunc ad alia circa potestatem Concilij Prouincialis, & negotia ibidem tractanda.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale audire debet relationes testium Synodalium.*

Te-

Testes Synodales, si statuti non inueniantur, sunt statuendi.

2 *Testes Synodales quot, & cuius qualitatis sint statuendi.*

3 *Testes Synodales vocantur alio nomine publici.*

4 *Testes Synodales in Synodo, etiā Diœcesana sunt statuendi, & extra eam.*

5 *Testes Synodales visitant sine iurisdictione.*

Testes Synodales referunt, quæ correctione digna sint.

6 *Testes Synodales, an iurent.*

7 *Testibus Synodalibus, in quibus præstetur fides.*

8 *Testibus Synodalibus, aliàs non idoneis in testificando, quæ fides præstetur.*

9 *Testibus Synodalibus creditur quoad denunciationem, non condemnationem.*

10 *Testes Synodales denunciantes, an teneantur se subscribere.*

11 *Testes Synodales malè denunciantes, sunt punibiles.*

12 *Testes Synodales quorum expēsis progrediantur extra locum residentiæ.*

13 *Testes Synodales quanto tempore durent.*

14 *Testes Synodales, vndè sint eligendi.*

ARGVMENTVM.

De Testium Synodalium nomine, electione, potestate, fide, & duratione.

CAP. XXXXII.

1 INter negotia tractanda in Concilio Prouinciali, illud numerari asserit DD. esse nēpè audiendas relationes testium Synodaliū, & si non sunt, de nouo statui debent, testatur post alios *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale sub num. 13. vers. audienda sunt*, & quod in Concilio Prouinciali creandi sint Testes Synodales, statuitur *in cap. sicut de accus.*

2 Pro Testibus Synodalibus statui debent septem viri, vel plures, si sit expediens, maturiores, & honestiores, atq; veraciores, qui simpliciter, & de plano, & sine vlla iurisdictione sollicitè inuestigent, quæ correctione, vel reformatione digna sunt, vt fideliter referant Concilio, *Cap. Episcopus in Synodo 35. q. 6.* notat *Host. in cap. sicut de accusat. Abb. in cap. præterea 1. notab. de test. cogen.*

3 Testes prædicti Synodales appellantur etiam testes publici, quia Reipublicæ deseruiunt, cuius interest, vt delicta puniantur, *Cap. vt fama de sent. excomm.* & de iure ciuili appellantur denunciatores *l. Diuus ff. de cust. reor.*

4 Dicuntur Synodales, quia in Synodo constitui debent, non solùm in Synodo Prouinciali, sed etiam in Diœcesana ab Episcopo, vt in *cit cap. Episcopus, & alibi*, & aduertunt DD. communiter: immo etiam extra Synodum potest Episcopus deputare, & eligere Testes, & personas prædictas, ita *Abb. in cit cap. præterea col. 2. in fin.* Ea ratione, quia quilibet Iudex habens merum, & mixtum imperium potest constituere denūciatores extra iudicium secundū *Bart. in l. diuus cit. col. 2. vers. 1. quæro ff. de cust. reor. Salyc. in l. ea, quæ col. 5. vers. primò igitur C. de accusat.* Possunt tamen cōstitui etiam extra Synodum, *Abb. in cit. cap. præterea col. 2. in fin.*

5 Potestas, siuè facultas Testium Synodalium est visitandi absque iurisdictione, interrogando seculares, & alias personas discretas de ijs, quæ reformatione, & correctione digna sunt, illaq; fideliter referendi Episcopo, vel Concilio quando ad id assumuntur à Concilio, *Abb. in cap. sicut in fin. de accusat.* quam relationem simpliciter facere debent Episcopo, vel Concilio; vndè ex eorum potestate neminem citare possunt *secund. Innoc. in eod. cap. sicut in princip.* vbi etiam *Cardin. prima oppo. sit.* quia isti dicuntur meri informatores.

6 Con-

6 Controuersum est in iure, an Testes Synodales iurare debeant in principio officij; *gl.* enim *in cit. cap. sicut* in verbo *absq; iurisdictione* tenet partem negatiuam, nempè non debere iurare. Sed alij tenent magis communiter non esse improbandum si iurent quando constituuntur, ita sentit *Host. in eod. cap. sicut col. fin.* vbi etiam *Ioan. Andr. & Ant. de Butr. & Abb. col. 2.* ac etiam *Fel. ead. col. 2. Angel. in l. si vacantia in princip. C. de bon. vacant. lib.* 10. Forma verò prædicti iuramenti habetur in *Cap. Episcopus in Synodo 35. q. 6.*

7 Nota primò in his terminis, credi Testibus Synodalibus in notorijs criminibus, *Host in cit. cap. sicut,* quem ibi sequitur *Ioan. Andr. col. 2. Card. Zabar. q. 2.* similiter eis creditur, si crimina sint leuia, & sint positi ad denunciandum illud, quod re verà inuenerint, & viderint, *arg. l. 1. §. qui et ff. de off. praefect. vrbis,* iuxta sententiam *Bart. in cit. l. diuus col. 3.* id tamē intelligit verum *Abb. in cap. praeterea de testib. cogend. col. 3. q. 2.* quando Testes, seu denunciatores sunt plures.

8 Declara prædicta primò dummodo Testes Synodales sint tales, quod alias possent esse Testes, vel accusatores contra eos, quorum mala denunciant, secus quando non possent esse Testes, vel accusatores contra denunciatos, *Cap. in omni de testib. Bar. in l. diuus cit. 2. q. Salic. in l. ea quidem q. 2. & 3. C. de accusat.* Verùm *Abb.* & melius *in cit. cap. praeterea col. 3. vers. vltim.* contrarium tenet, quia talis denunciatio non dicitur propriè accusatio, vel testificatio, quia non est facta spontè, sed ex necessitate, & ex debito officij; fatetur tamen, quod ex circumstantijs minor fides adhibetur, puta si essent inimici; fatetur quoque dictum *Bart.* esse æquum, & notādum in practica pro limitatione, *Cap. Episcopus 35. q. 6.*

9 Declara secundò credendum esse dictis Testibus Synodalibus in casibus prædictis quoad denunciationem solam, secus quoad condemnationem, & ad sententiandum, ita *Abb. in cit. cap. praeterea nota. 6.* argumento illius textus, refert, & sequitur simpliciter ibi, *Fel. col. 2.*

10 Nota secundò, quod Testes Synodales quando denunciant, non debent necessariò se subscribere per *tex. in cap. super his de accusat. & l. ea quidem C. de accusat. Abb. in cap. praeterea cit. col. 2. Fel. in cap. sicut col. 1. de accusat.*

11 Nota tertiò, quod si isti Testes Synodales non probant, quod denunciant, quia malè denunciant puniri possunt, ita *Bart. in cit. l. diuus col. 3.* & si falsò denunciant puniri debent pęna falsi secundum eundem *Bart. per illum tex. in l. Cornelia §. final. ff. de fals.* & puniuntur in expensis secundum *Bal. in l. sancimus q 12. C. de iudic.* & tenentur de exactissima diligentia, idem *Bal. in l. si quis non dicam col. 6. C. de Episcopis, & Cler.*

12 Nota quartò, quod si testes Synodales discedant extra locum propriæ residentiæ, cōsequi possunt expensas ab eo, qui illos deputauit, & sic à delegante secundum opinionē aliquorum; sed verius dicendum est esse hospitandos à Clericis, qui aliàs tenentur ad hospitalitatē, ergò multo magis cum istis testibus, qui veniunt pro communi bono, & vtilitate, tenent *Host. et Ioan. And. in cit. cap. sicut,* & ibidem *Abb. col. 2.*

13 Nota quintò, quod officium istorum testium Synodalium durat tantùm per annum, nec vultra, docet *Host. in cit. cap. sicut col. 3.* sequitur *Ioann. And. in nouell.* dicēs quod elapso anno alij sunt eligendi; sed hoc verum est de testibus Synodalibus, qui ab Episcopo in Diœcesana Synodo deputantur; sed qui deputantur à Concilio Prouinciali durant vsque ad nouum Concilium.

14 Nota quintò, quod testes Synoda-

dales, qui ab Episcopo eliguntur in Synodo, debent esse de eodem Episcopatu per dicta à *Ioan. Franc. Pauin.de visitationib.q.5.1.par.nu.*10.

SVMMARIVM.

1 *Iudices Synodales deputantur à Concilio Prouinciali.*
2 *Iudices Synodales, cuius qualitatis eligendi sint.*
3 *Iudex Synodalis, an eligibilis sit Canonicus aliàs inhabilis.*
4 *Iudex Synodalis legitimæ ætatis eligendus est.*
5 *Iudex Synodalis eligendus est, qui permaneat in Ciuitate, vel loco insigni; & quisnam sit talis num. 6.*
7 *Iudices Synodales, quare in Ciuitatibus, & locis insignibus eligendi sint.*
8 *Iudices Synodales, an eligibiles sint in loco, vbi vicini periti haberi possunt, & qui periti necessarij sint num.9.*

ARGVMENTVM.

De Iudicum Synodalium qualitate, ætate, & loco residentiæ.

CAP. XXXXIII.

1 Concilium Prouinciale deputat personas qualificatas pro cõmissione causarum à Sede Apostolica, quæ personæ vulgo dici solẽt Iudices Synodales, iuxta dispositа in *Cap. statutum de rescript.in 6. & Concil.Trid.sess.25.de ref.cap.* 10. aduertit *Quarant.summ.Bull.*verbo *Concilium Prouinciale sub nu.*13.*vers. prouidebit.*

2 Iudices autem Synodales debent esse dignitate præditi, aut personatũ obtinentes, aut Cathedralium Ecclesiarum Canonici, vt statuitur in *cit.cap.statutum, & per Concil.Trid.cit. cap.*10. vbi vlterius additur ꝑsonas prædictas designatas aptas debere esse, in illis verbis, *et alioquin ad id aptas designari et cæt.* dicũtur autẽ aptæ, idest habiles ad iudicãdũ; ex quo dicũt aliqui, ꝙ cum isti iudices ad iudicandum apti eligendi sint, non possunt assessores sibi assumere partiũ expensis, ita *Segur.in direct.iudic.cap.*14.*num.*45.*par.*1.

3 Dubitatur an habens Dignitatẽ, vel Canonicatum in Cathedrali possit eligi in iudicem Synodalem, si aliàs est insufficiens.

Respondetur ex *Gemin.in cit.cap. statutum num.* 8. videri dicendum posse eligi, cùm possit prouideri huic defectui per assumptionem assessoris: sed verius dicendum est ex *Concil.Trid.cit.cap.*10. vultra qualitates prædictas, de quibus in *Cap. statutum cit* desiderari etiam ad hoc, vt quis possit eligi in Synodalem iudicem, quod sit aliàs aptus, & sufficiens, vt optimè indicant illa verba Concilij ibi, *quæ qualitates habeant iuxta constitutionem Bonifacij 8. quæ incipit statutum, & alioquin ad id aptos designari.*

4 Hinc etiam est, quod non omnis Dignitas, vel Canonicus Ecclesiæ Cathedralis potest eligi in Iudicem Synodalem, sed requiritur, quod sit in ætate legitima, vt benè aduertit *gl.in cit. cap. statutum* in verbo *Canonicis.*

5 Vlterius eligendi sunt Iudices Synodales personæ vt supra, & quæ habitent, ac moram trahant in Ciuitatibus, vel locis insignibus, vbi possit commodè copia peritorum haberi, prout statuitur in *cit.cap.statutum in vltimis verbis.*

6 Dicitur Ciuitas, vel locus insignis ille, qui est nobilis, & præcipuus, & magnæ famæ, ita testatur *Card. Zabarel.in clem.*1.*de for.compet.num.*28. & ad hoc dignoscendum, recurrendum est ad communem opinionem Prouinciç, *argum.ff.de sup leg.l.Labeo Bal.in cap.nonnullis 9.col.de rescript.*

7 Aduerte, quod hæc qualitas locorũ desideratur in his terminis ad hoc, vt possint haberi iuris periti pro aduoca-

uocatis, & procuratoribus, vt in vltimis verbis *cit. cap. statutum*; quæ qualitas præsumẽda est in Ciuitatibus; in illis enim est præsumendum adesse iurisperitos, vndè ibidem possunt liberè causæ committi, & deputari iudices Synodales, etiã si non adessent iurisperiti; & è contra, si locus non esset insignis, licèt adessent iurisperiti, tamen causa ibidem tractari non potest, *Phil. Franc. in cit. cap. sicut num. 16. de rescript.*

8 Dubitatur, an possint eligi Iudices Synodales, & delegari causæ in locis, in quibus non habentur iurisperiti, sed possunt haberi ex locis conuicinis.

Respondetur affirmatiuè, quando iurisperiti possunt haberi ex locis conuicinis sine, vel cum modica difficultate, secus tamen est, ac negatiuè respondendum, quando cum difficultate; graui possũt haberi, vt quia multùm distant ab illo loco, docet *Specul. in titul. de cit. §. 1. vers. Sed qua loca*, & ibidem *Io. And. in addit.* post *gl. in cit. cap. statutum*, & sequitur *Franch. in eod. cap. sicut num. 17.*

9 Aduerte etiam, non esse necesse, quod in locis prædictis ad hunc effectum necessariò adsint Doctores, ac iurisperiti; sufficit enim, quod reperiantur boni causidici, & practici, ac periti notarij, & causarum experti, ita tenet post *Ioan. Andr. Franch. in cit. loc. num. 107. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Professio fidei emittenda est per collegas Concily Prouincialis, & quando.*
2 *Professio fidei personaliter faciẽda est.*
3 *Professio fidei, an factibilis sit per procuratorem.*
4 *Professio fidei factibilis est per procuratorem cum speciali mandato.*
5 *Professio fidei, an factibilis sit per procuratorem ad actum necessariò connexum.*
6 *Professio fidei cum speciali mandato fieri solet.*

ARGVMENTVM.

De fidei professione emittenda personaliter, vel per Procuratorem cum speciali mandato.

CAP. XLIV.

1 EMittenda est quoque in Concilio Prouinciali Fidei professio, à Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, at hoc in primo Concilio, in quo prædicti interfuerint ex *Concil. Trid. sess. 25. de ref. cap. 2.* & iuxta formulam traditã à *Pio IV. in sua constitut. incip. iniunctum nobis*, relata à *Quarant. summ. Bull.* verbo *Fidei professio circa fin.* & ab alijs multis.

2 Hęc autem Fidei professio facienda est personaliter, ac corporaliter tactis scripturis, idest Euãgelijs, aliàs non dicitur satisfactum obligationi emittendi illam, probatur apertè ex verbis finalibus formæ traditæ à *Bulla Pij IIII.* ibi, *sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia*, ex quibus verbis deducunt communiter moderni, necessariò requiri in actu iurandi corporalem tactum scripturarum, ita *Garz. de benef. par. 3. cap. 3. num. 72.*

3 Hinc inferunt DD. Professionem Fidei non posse fieri per procuratorem, sed debere fieri personaliter, voluit *Rota in Carthaginen. fructuum* coram *D. Plato*, quam refert *Garz. cit. loc. nu. 75.* & testatur idem *Garz.* post alios ibidem *num. 74. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 169. vers. similiter, Squill. de oblig. cler. par. 1. num. 91. Vgol. de off. Episcopi cap. 50. §. 16. num. 1. Grat. discept. for. cap. 166. sub num. 22. Fr. Sigismund. à Bononia de elect. dub. 5. num. 3.*

4 Contrarium, & magis communiter defendunt alij, s. professionẽ fidei fieri posse per procuratorem, dũmodo ad id speciale habeat mãdatum, ita *Nauar. consil. 4. sub num. 2. de*

de summ.Trinit. in antiq. aliàs consil. 31.de iureiur.in nouis,Petrus de Ledes. in summ.par.2.tract.1.cap.4. post 10. *concl.diff.6.Zerola in prax.Episcop.par.* 1. verbo *fidei professio,Sanch. in præcept.Decalog.tom.1.lib.2. cap. 5. num.* 7.*Campanil.diuers.iur. Canon. rub.* 8. *cap.3.num.*19.*Ricciull.*latè *de iur.person.lib.1.cap.13.nu.22.& seqq.Tambur.de iure Abbatum tom.1 disp.8.q.3. num.11.Viuian.in prax. iurispatr. lib.* 15.*cap.3.nu.*21.*Nouar.singul.Canon. singul.*114.*num.*8. *in fin. Lauor. var. lucubr.tom.1.par.4.cap.22.num 2. Ferentill ad decis.Burati.*522. *num.* 16. *Barbos.de potest.Episcopi par.* 3. *alleg.* 61.*num.*20.*& tract.de Canon. & Dignit cap.17.num.5,Mascob. de Synod, Dioces cap.4.num.*40.*per tot.*qui latè, & eruditè respondet fundamentis contrariæ sententiæ.

5 Ampliatur hæc secunda magis communis opinio, vt hoc speciale mandatum requisitum ad emittendam fidei professionem, censeatur datum non solùm, quando datur explicitè, & in specie ad faciendam fidei professionem, sed etiam quando datur mandatum ad capiendam possessionem beneficij, seu Canonicatus, aut Dignitat s, & hoc ea ratione, quia in mandato generali ad faciendum aliquem actum, in necessarium antecedens veniunt omnia, quæ ad illius expeditionem sunt necessaria, etiam quod requirant speciale mandatum *Bart in l.2 ff.de iurisd.omn.iud.Fel. in cap. sedes num.*8. *vers. & circa regul.de rescript* fundatur principalis sententia ex *Rota in Varmien.Canonicatus* 13.*Iunij* 1608, coram D.*Sacrato*, & refert *Ricciul, cit.loc.num* 33.

6 Hæc ampliatio licèt verissima sit, & probabilior; nihilominus ad tollendas ambiguitates, solet ex stylo seruari, quod quando facienda est fidei professio ab absente, committatur specialibus litteris illius receptio personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ, vt nomine committentis illam recipiat, & de emissione authenticum documentum transferat, testatur de hoc stylo *Ricciul.cit.loc.num.*36.

SVMMARIVM.

1 *Professio fidei, à quibus emittenda sit.*
Professionem fidei emittunt promouendi ad Cathedrales, & Dignitates consistoriales.
2 *Professionem fidei emittunt quicunque præfecti locorum Regularium.*
3 *Professio fidei quatenus ad Superiores Regularium, an sit in vsu.*
4 *Professionem fidei emittunt prouisi de beneficijs curatis.*
5 *Professio fidei, an emittẽda sit per Rectorem exercentem curam animarũ per Vicarium perpetuum.*
6 *Professionem fidei, an emittat obtinens beneficium olim curatum.*
Beneficium in habitu curatũ, à Clerico in minoribus obtineri potest.
Beneficium in habitu curatũ excusat à residentia, & cõpatibile est cum alio curato.
Professionem fidei emittere tenetur obtinens beneficium olim curatum si Parochiani reuertantur.
7 *Professionem fidei, an emittant deputati pro exercitio curæ absque titulo Parochiali.*
8 *Professionem fidei emittunt Canonici, & Dignitates quæcunque, etiam Regulares, & exemptas obtinentes.*
Professionem fidei tenentur emittere Canonici in translatione Canonicatus ad aliam Ecclesiam.
9 *Professionem fidei non emittunt Canonici collegiatæ.*
10 *Professionem fidei non emittũt Cappellani, portionarij, & mantionarij Ecclesiæ.*
11 *Professionem fidei tenentur emittere omnes, qui debent conuenire ad Synodum Diœcesanam.*
12 *Professionem fidei emittunt Magistri, & Lectores Vniuersitatum.*
13 *Professionem fidei emittunt DD.*
14 *Professionem fidei quicunq, Magistri emittere debent.* AR-

ARGVMENTVM.

Professio fidei, à quibus emitti, vel non emitti debeat.

CAP. XXXXV.

1 SVmpta occasione ex *Cap. praeced.* vlterius aduertendũ est, quod Fidei professio est emittẽda ab alijs, extra casus *Cap. praecedentis*: Et primò emittenda est à promouendis ad Cathedrales Ecclesias, & nõ solùm à promouendis ad Episcopatus, sed etiam ad Dignitates omnes consistoriales, per *Cõcil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 1. & constitutionem Gregorij XIV. de forma faciendi processus, & inquisitiones super promouendis ad regimina Ecclesiarum*, aduertit *Garz. de benef. 3. par. cap. 3. num. 2.*

2 Secundò tenentur emittere fidei professionẽ prouisi de Monasterijs, Conuentibus, Domibus, & alijs quibuscunque locis Regularium quorumcunque ordinum, etiam militiarum quocunq; nomine, vel titulo, ex *Constitut. Pij IV. incipient. iniunctum sub datum Idibus Nouembris* 1564. *in Bullar.* nouissimè *impress. nu.* 114. notat *Ricciul. de iure person. lib. 1. cap. 13. num. 1.* post *Nauar. consil. 2. de summ. Trin. in antiq. aliàs consil. 10. de iur. iur. in nou. Sayr. Flor. decis. sub tit. de sũm. Trin. decis. 2. Fra. Emanuel. quaest. regul. tom. 2. q. 72. art. primo, Petr. de Ledes. in summ. tom. 2. tractat. 1. cap. 42. in fin. Vgolin. de offic. Episcopi cap. 50. §. 16. num. 17. Ricc. decis. cur. Arch. Neap. 83. num. 1. par. 4. Nouar. in singul. Canon. concl. 114. nu. 3. & 6. Hier. Roder. in compend. quaest. regul. resol. 67. nu. 2.*

3 Contrarium sentiunt aliqui, nempè constitutionem praedictam Pij IV. de emittenda Fidei professione à Praelatis Regularibus, non esse in vsu, ita *Hieron. à Sorbo Capucin. in cõpend priuil. mendicant.* verbo *Professio fidei, Sanch. in praecept. Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 5. Sigism. à Bononia de elect. dub. 50. nu. 7.* Sed contra hanc secundam sententiam mordicus defendit *Ricciul. cit. loc. num. 5. & seqq.* proinde prima sententia est tenẽda.

4 Tertiò ex *Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 12. circa princip.* tenentur emittere Fidei professionẽ prouisi de beneficijs quibuscunque curam animarum habẽtibus; quod intellige de prouisis, siuè per obitum, siuè per resignationem, vt benè aduertit *Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 3. q. 9. in princip. Ricciul. cit. loc. nu. 17.* post *Garz. de benef. cit. cap. 3. n. 1.*

5 Idque amplia in Rectore exercẽte curam animarum per Vicarium, siuè Vicarius sit perpetuus, siuè temporalis, iuxtà sententiam *Ricciul. cit. tract. de iur. person. lib. 3. cap. 4. in princip.* id probantis per *decis. Rot. 1. de off. Vic. in antiq.* Sed in praxi seruatur, & ego ipse seruaui Vicarius meae nobilissimae Patriae Ciuitatis Capuae, quod quando Vicarius est perpetuus, penes quem perpetuo residet cura, & exercitium priatiuè quoad Rectorẽ, admisi ad fidei professionem Vicarium, & minimè Rectorem.

6 Restringe hanc suprapositam cõclusionem in prouisis de Parochiali habitu, non actu, vt quia Ecclesia olim habens Parochianos, illos habere desijt, tunc enim prouisus non tenetur emittere Fidei professionẽ, quia iudicatur tale beneficium simplex; idque probatur primò, quia beneficium habitu curatum potest à Clerico in minoribus ordinibus obtineri, nec id obtinens tenetur residere, *gl. in cap. licet Canon.* verbo *Parochialis Ecclesia vers. quid si, de elect. in 6. Rebuff. in prax. titul. de promot. intra annum num.* 34. Secundò quia tale beneficium non inducit incompatibilitatem cum alio curato, *Hoied. de incompatib. benef. par. 1. cap. 13. num. 10. per tex. in cap. Pastoralis 7. q. 1.* tenet principalem sententiam *Ricciul. cit. lib. 1. cap. 14.* qui *cap. 15. seq.* probat validis rationi-

bus; 9 si Ecclesia Parochialis in habitu, ob regressus Parochianorum veniat actu ad curam, tenetur prouisus emittere professionem, refert *Barb.de off.& potest. Parochi cap.4. n. 9.& in collect.ad Concil.Trid.sess.24. de ref.cap.12.num.25.*

7 Restringe etiam eandem obligationem emittendi professionem per curam habentes, non procedere in illis, qui deputantur ad exercendam curam animarum, sed non prouidētur de titulo Parochiali; prædicti enim non dicuntur habere principaliter curam animarum, sed illam residere penes deputantes, & proindè non dicuntur, neque curati, neque titulares, & consequenter non possunt dici prouisi de beneficijs, tenet *Sanch.de precept.decalog.lib.2. cap. 5. sub num.2.*& sequitur *Ricciul.cit. cap. 13.num.59.& seqq.* qui id limitat in deputatis ad curam animarum à laicis; tali enim casu, quia cura est penes deputatos, non verò deputātes, illi tenentur emittere Fidei professionem, per doctrinam *Rot.decis.309. diuers.par.2.*

8 Quartò Dignitates, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis tenentur professionem fidei emittere, prout disponitur in eodem *Concil. Trid. cit. cap.12.sess.24 de ref.*ibi *Prouisi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, & cæt.* quod procedit in prouisis, siuè per obitū, siuè per resignationem, iuxta supra traditam doctrinā, *Paris. de resignat. benef. lib. 3. q. 9. in princip.* procedit etiam, tam in Ecclesijs Cathedralibus, & Canonicatibus Secularibus, quam Regularibus; *Garz.de benef. par.3.cap.3.num.16.*sequitur *Barbos. de Canon.& Dignit.cap.17.num.6.* & probat *Ricciul.cit.cap.13.nu.13.* Procedit quoque in Canonicatibus, & Dignitatibus, tam subiectis, quam non subiectis, & exemptis; non obstante enim exemptione, tenentur Canonici, & Dignitates prædictæ emittere professionem fidei coram Ordinario, vt infra, sic testatur voluisse *Sacr.Congregat.Concil.Garz.de benef.par.3.cap.3.nu.21.*tenent etiam *Nauar.consil.1.de summ. Trin. in antiq.aliàs 9.de iureiur.in nou.Sayr. in Flor.decis.sub titul.de summ.Trin. decis.1.in fin.Petr. de Ledesm. in summ. par.2.tract.1.cap.4.diff.9. Sanchez in precept.decalog.tom.1.lib.2.cap. 5. nu. 2.Ricc.collect.579.ampl.1.Vgol.de off. Episcopi cap.50.§.16.num. 2. Ricciul. cit.loc.nu.14.* Procedit vlterius in Canonicatus, & Dignitates obtinētibus, translatis de vna Ecclesia ad aliam; tali enim casu, etiam si Canonicus emiserit Fidei professionem in prima, tenetur etiam illam emittere in secūda Ecclesia, ad dicta per *Azor.instit.moral tom.2.cap.2.q. 8.in fin.*& sequitur *Ricciul.eod.cit.loc.num. 19.sub vers.contrarium tenet.*

9 Restringitur obligatio emittendi professionem Fidei in Canonicis, & Dignitatibus Ecclesiæ Collegiatæ, *Concil.enim Trid.cit.cap.12.* tantùm obligat Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, vt ibi legitur, & notant *Garz. de benef.par.3.cap.3.num. 13.* idque probatur ratione, quia dispositio Conciliaris *cit.loc.*est pœnalis, & in pœnalibus appellatione Cathedralis non venit Collegiata Ecclesia, *Ricciul cit.loc.num.56.* vbi respondet contrarijs.

10 Restringitur quoque eadem obligatio inter Portionarios, Mantionarios, & alios Capellanos Ecclesiæ Cathedralis; hi enim non tenentur professionem Fidei emittere, quia Concilium loquitur tantùm de Canonicis, & Portionarij, Mantionarij, & Capellani non dicuntur Canonici, neque de Capitulo per *tex.in cap. penult.* vbi *gl.* in verbo *Assisios de cler.non resid.*vbi DD. notant: sententiam principalem *cit.loc.Garz. num. 13.& Ricciul.num. 57.* sequitur *Barbos.de Canon.& Dignit.cap. 17.num. 13.& in collect.ad Concil.Trid.cit.cap. 12.num. 34.* & generaliter aduertit *Ricciul.cit.loc.* quod ad hanc profes-

sio-

sionem fidei emittendam, tenentur tantùm Canonici Ecclesiæ Cathedralis, minimè verò capitulares alij, & quia potest esse, quod aliqui sint de Capitulo, & non sint Canonici, meritò illi non tenentur emittere Fidei professionem.

11 Quintò tenentur emittere Fidei professionem omnes beneficia Ecclesiastica obtinentes, qui in Synodo Diœcesana cõuenire debẽt, prout disponitur in *Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 2. *de ref.* ibi *cæteri verò*, notat *Ricciul. cit cap.* 2.

12 Sextò tenentur ad emittendam Fidei professionem Magistri, & Doctores Vniuersitatum, & Studiorum generalium initio cuiuslibet anni, iuxta decisionem *Cõcil. Trid sess.* 25. *de ref. cap.* 2. *in fin.* & aduertit *Ricc. decis.* 84. *par.* 4. & hæc est facienda in manibus superiorum studij, notat etiam *Barbos. in collect. ad eund. tex. cap.* 2. *Concil. Trid. nu.* 4. *in fin. & Ricciul. cit. cap.* 13. *num.* 2.

13 Septimò tenentur professionem Fidei emittere Doctores in receptione gradus doctoratus, per *Bullam Pij IV.* 88. *incipientem, in sacrosancta*, notat *Ricciul. cit. loc. sub n.* 2. *Thes. in in prax. Ecclesiast. par.* 2. verbo *Fidei professionem vers.* 5. *ex Bulla par.* 2. vbi de pœnis contra transgressores; ac etiam quod huiusmodi tenentur ad dictam emissionem professionis Fidei in manibus Ordinarij, vel Vicarij, aut ad Doctoratum promouentium.

14 Ampliãtur supradicta, vt teneantur emittere professionem Fidei Doctores, ac Magistri, non solùm docẽtes Theologiam, sed etiam ius Canonicum, vel Ciuile, Medicinã, Philosophiam, Gramaticam, vel alias liberales artes in quibuscunque Ciuitatibus, Terris, Oppidis, ac locis, etiam in Ecclesijs, Monasterijs, aut Conuentibus Regularium quorumcunque, publicè, vel priuatim, ita legitur apertis verbis in *cit. Bulla Pij IV. circa princip.* ex quibus verbis, licèt *Ricciul. cit. cap.* 13. *nu.* 11. notet ad Fidei hanc professionem, teneri Doctores legentes in priuatis sedibus, tamen id ex inueterata consuetudine non seruari Romæ testatur. Qui nam alij teneantur ad Fidei professionem emittendam, vide *Zerol. in prax.* in verbo *Fidei professio.* Coram quibus sit emittenda, & de pœnis cõtrafacientium, vide *Garz. Ricciul. & Thes. loc. cit.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale statuit circa modum diuinorum officiorum.*

2 *Concilium Prouinciale potest statuere Archidiaconos in Ecclesijs Prouinciæ, & cuius conditionis.*

3 *Dignitates Cathedralium, & Collegiatarum insignium, quibus sint conferendæ.*
Canonicatus saltem pro medietate, sunt conferendi Doctoribus, vel Licentiatis.

4 *Concilium Prouinciale potest statuere circa ætatem promouendorum iux. Canones.*

5 *Concilium Prouinciale potest statuere, vt promouendus sit talis, qui infra annum ordinem suum suscipere possit.*

6 *Concilium Prouinciale potest statuere, vt saltem dimidia pars Canonicorũ in Cathedrali sit Presbyterorum, reliqua Diaconorum, & Subdiaconorum.*

7 *Concilium Prouinciale potest statuere circa residentiam Dignitatum, & Canonicorum.*

8 *Concilium Prouinciale potest compellere Canonicos obire diuina officia per se.*

9 *Concilium Prouinciale potest Canonicos cogere circa modum psallendi, etiam sub pœna restitutionis distributionum.*

ARGVMENTVM.

De multis, quæ circa Canonicos,& Dignitates statuere potest Concilium Prouinciale.

CAP. XLVI.

1 PRosequendo materiam, de qua supra, nempè de negotijs tractandis in Concilio Prouinciali, notandum est ex *Concil.Trid.sess.24.de ref.cap.12.in fin.* Concilium Prouinciale, præscribere posse formulam circa ea, quæ ad debitum in diuinis officijs regimen spectant, deque cõgrua in his canendi, seù modulandi ratione, de certa lege in Choro conueniendi,& permouendi, simulque de omnibus Ecclesiæ Ministris, quæ necessaria erunt, & si qua huiusmodi pro cuiusq; Prouinciæ vtilitate, ita *Concil.* & notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale nu. 13.uers.Synodus Prouincialis.*

2 Hinc Concilium Prouinciale potest statuere Archidiaconos, q oculi dicuntur Episcopi in omnibus Ecclesijs, vbi fieri potest; eligendos esse Magistros, seù Doctores, aut licẽtiatos in Theologia, vel iure Canonico, ex *cit decreto Cõcil.Trid.cap.12.* notant *Gonz.ad 8.regul.Cancell.gl.4. num.68.Garz.de benef.par. 7. cap. 7. num.36.Campanil.diuers. iur. Canon. lib.7.cap. 6. num. 41.Molf. in summ. Theol.moral.tract.6.cap.7.nu.62.Nouar. in singul.Canon.concl. 41. Homobon.de bonis de examin.Ecclesiast.tract. 1.cap.9.quæst.55.Barbos.de potest.Episcopi par.3.alleg.60. nu.60.& de Canon.& Dignit.cap.5.num.5.* quod intelligendum est de illis Archidiaconis, qui ea munera exercent, quæ de iure communi exercere tenentur, nõ autem de his, qui ea non exercent; de quibus vide *Lancell.Corrad.lib.2. cap.8.per tot.*

3 Similiter, quod id etiam seruetur in omnibus Dignitatibus, & saltem in dimidia parte Canonicorum in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus; illæ enim conferri debent Magistris, vel Doctoribus, aut etiam licentiatis, in Theologia, vel iure Canonico, prout in *eod.Concil.Trid. cit.cap.12.*

4 Collige etiam, statuere posse Cõcilium Prouinciale, quod promouẽdi ad Dignitates,& Canonicatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesijs sint in ætate requisita à sacris Canonibus, præsertim à *Cõcil. Trid. cit sess.24.de ref.cap.12.* de qua ætate plura *Barbos.in collect.Doct. ad Concil.Trid.in cit.cap.12.num.13.& seqq.*

5 Collige quoque, posse mandare Concilium Prouinciale, quod nemo admittatur ad Canonicatum, Dignitatem, vel Portionem, nisi qui habet ordinem, quem requirit Canonicatus, Dignitas, vel Portio, aut saltem sit cõstitutus in tali ætate, vt saltem infra annum possit ad necessarium ordinem promoueri, prout decidítur in eodem *tex.Concil.Trid.cit.cap. 12.ibi neminem etiam & cæt.* de quare vide *Flam.Paris.de resignat.benef. lib.4.q.9.nu.10.Monet.de distrib.quotid.par.2.q.19.n.3.Nauar. in sing.iur. Canon.cõcl.16.Barbos.de Canon.cap. 16.*per totum.

6 Collige vlterius, posse Conciliũ Prouinciale statuere, quod in Cathedralibus Ecclesijs omnes Canonicatus, ac Portiones habeant annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, ita vt dimidia saltem pars Canonicorum Presbyteri sint, cæteri verò Diaconi, vel Subdiaconi; quod si laudabilis consuetudo disponat, quod plures, vel omnes sint Presbyteri, nõ est immutanda, ita *Concil.Trid.cit. cap. 12. ibi in omnibus verò & cæt.* cuius dispositio loquitur tãtùm de Ecclesijs Cathedralibus, vndè non comprehendere collegiatas, tenent *Nauar.consil.3.de tempor. ordinat. in antiq. aliàs 5.de ætat.& qualit.in nouis, Zerol. in prax.Episc.par. 1.*verbo *beneficia* §.5.

7 Item

7 Item collige, posse Concilium Prouinciale præcipere residentiam obtinentibus dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones in Cathedralibus, aut collegiaris Ecclesijs, iuxta terminos *cit. tex. cap. 12. Cōcil. Trid.* de qua residētia, ac pœnis contra eam non seruantes latis, vide *Nauar consil. 2. aliàs 1. de Cler. non resid. Sayr. in Flor. decis. sub eod. titul. decis. 2. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 10. q. 10. num. 62. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 3. Garz. de benef. par. 3. cap. 2 num. 128. & seqq. Armendor. in addit. ad recap. leg. Nauar. lib. 2. titul. 23. de resid. rubr.* an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesijs *num. 8. & seqq. Sanctorel. var. resol. q. 4. à nu. 19. Bonac. de horis Canon disp. 2. q. 5. Vgolin. de off. Episc. cap. 9. Thesaur. in prax. Ecclesiast. par. 2.* verbo *residentia cap. 3. & 4. Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 53. num. 107. & seqq.* de pœnis contra Canonicos non residentes, disponunr *Cap. vnic. de Cler. non resid. in 6. cap. cum non deceat de elect. in 6. Trid. cit. cap. 12.* multa ad id *Barbos. de Canon. et Dignit. cap. 23.*

8 Ex dictis etiam collige, posse Cōcilium Prouinciale compellere Canonicos omnes per se diuina officia obire, & non per substitutos, prout præcipit *Concil. Trid. cit. cap. 12. sess. 24. de ref.* ibi, *omnes verò diuina et cæt.* & disponit *Rota decis. 659. nu. 3. par. 4. diuers.* vbi etiam testatur voluisse Sacram Congregationē, Canonicos etiam collegiatarum cogendos esse ad inseruiendum per se, non per substitutum, notat *Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 31. num. 3.* Hoc enim seruitium per substitutum, est adeo prohibitum, vt nec possit tolerari vigore statuti, vel consuetudinis, vt per *Rot. cit. decis. 659. nu. 2.* tenet etiā *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. nu. 498.*

9 Similiter collige, posse Cōcilium Prouinciale cogere Canonicos psallere, & canere, reuerenter, distinctè, & deuotè, id enim mandat *Concil. Trid. cit. sess. 24. de ref. cap. 12. in fin.* an autem Canonici teneantur ad hoc sub pœna restititutionis distributionum, vide DD. pto vtraq. parte adductos per *Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trid. cit. cap. 12. num. 135. & seqq.* & dixi ego *prima par. mea prax.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale cognoscit de paupertate Cathedralium, processúq; remittit S. Pontifici.*
2 *Concilium Prouinciale, quam relationem requirat status cuiuscunq; Episcopi.*
3 *Ecclesia Cathedralis tenuis redditus, quæ dicatur.*

ARGVMENTVM.

De ijs, quæ circa statum Ecclesiæ Cathedralis cognoscere, & requirere solet Concilium Prouinciale.

CAP. XLVII.

1 INter alia negotia tractanda in Concilio Prouinciali, dicitur, debere examinare, vocatis quorum interest, quas Cathedrales Ecclesias propter angustias, & tenuitatem redditnum inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expediat, confectaque de præmissis instrumenta, ad Summum Pontificē mittere, prout decidirur in *Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 13. in princip.* de qua materia *Archiepisc. Bononien. par. 4. sub titul. de vnion. pag. 253. & seqq. Leo Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 2. num. 70. & cap. 16. num. 20. cum seq. & nu. 67. Vgol. de off. Episc. cap. 52. à princip. Monet. de decim. cap. 8. q. 6. nu. 80. & seq.*

2 Hinc solet Concilium Prouinciale mandare omnibus Coepiscopis, vt referant singuli statum Ecclesia-

rum suarum, amplitudinem Ciuitatis, & Diœcesis, populorum frequẽtium, animarum ei subiectarum numerum, locorum interualla, aduenarum concursum, annuos prouentus, & redditus, tàm certos, quàm incertos, onera ordinaria, & extraordinaria Ecclesijs suis imminentia, & si qua huiusmodi alia, vt omnibus simul collatis, certius iudicium de illorum commodis, incommodisq; fieri possit, & quæ ea tenuitate laborare inuentæ fuerint, vt Episcopali dignitati nequeant respondere, de illarum adiuuandarum ratione, sapienter Synodus possit Sãctissimum consulere, ita *Archiep. Bonon. cit. loc. vers. primùm enim.*

3 Dicitur Ecclesia Cathedralis tenuis redditus illa, cuius redditus ad summam ducatorũ mille non ascendit, prout ex eodem *cit. cap. 13. Concil. Trident. sess. 24. de ref.* clarè deducitur.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale cognoscit circa officium examinatorum Synodalium.*

2 *Concilium Prouinciale quid statuere possit circa qualitatem examinatorum Synodalium.*

Examinator Synodalis non graduatus, non potest eligi, nisi deficiẽtibus graduatis.

3 *Concilium Prouinciale potest statuere, quod examinatores iurent, & quomodo.*

4 *Concilium Prouinciale potest prohibere, ne quid ab examinatoribus accipiatur occasione examinis.*

Examinatores, & dantes munus, quãdo absolui possint à simonia.

5 *Examinatores, & dantes munus pro examine, incurrere simoniam, quid significet.*

6 *Examinatoribus pro examine aliquid dãtes, an ligentur in foro conscientiæ.*

7 *Examinatoribus nullum stipendium stabiliri potest.*

Examinatoribus aliquid de suo dare potest Episcopus nomine sustentationis.

8 *Examinatores aliquid recipientes ratione examinis, an excusentur paruitate materiæ.*

9 *Examinatoribus, si aliquid detur ad captandam beneuolentiam, an incurrantur pœna.*

10 *Examinatores quid agant peracto cõcursu ad Parochiales.*

11 *Concilium Prouinciale præcipere potest examinatoribus, quod referant qualitates se exponentium ad concursum Parochialem, & quas.*

ARGVMENTVM.

De examinatoribus, & ijs, quæ Conciliũ examinatoribus præcipere possit.

CAP. XLVIII.

1 Vlterius potest Concil. Prouinciale rationem exigere ab examinatoribus Synodalibus, & si contra officium eorum aliquid fecisse compererit, grauiter eos punire, disponit *Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 18. circa med.* ibi *de his omnibus & cæt.* notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale num. 13. vers. Synodus Prouincialis*: de conditionibus, & qualitatibus, quas habere debent examinatores Synodales, latè *Homobon. de bonis de humana vita statibus par. 1. cap. 13.* & latius *Massobr. in sua prax. habend. concurs. ad Paroch. Eccles. vacant.*

2 Ex dictis collige primò, posse Cõcilium Prouinciale mandare, quod examinatores eligantur Magistri, seù Doctores, aut licẽtiati in Theologia, vel iure Canonico si extent, alioquin eligantur alij Clerici, qui ad id videbuntur magis idonei, ad dicta per *Vgol. de off. Episcopi cap. 50. §. 5. num. 1. vers. secundò, Homob. de bon. cit. loc. par. 1. cap. 13. vers. in his er.*

go in fin. Massob. vbi supra *requis.* 11. *dub.* 2. *num.* 17. *Rot. in vna Turriona* 10. *Martij* 1629. vbi vlterius deciditur in prędictos examinatores Synodales, non posse eligi clericos sęculares aut regulares, qui dictis gradibus non sint insigniti, nisi quādo viri qualitatis superius expressæ non extent, quo casu sunt eligendi semper magis idonei, quorum vota sunt æqualis valoris, & efficaciæ, sicut aliorum, ita *Rot. cit. decis.*

3 Collige secundò, posse Cōcilium Prouinciale pręcipere, quod examinatores iurent ad præscriptum *Concil. Trid. cit. cap.* 18. hoc modo: *iurent, igitur omnes ad sancta Dei Euangelia, se quacunque humana affectione postposita, fideliter munus executuros*, quod iuramentum præstandū est tactis sacrosanctis Euangelijs *Massob. in d. prax. req.* 14. *dub.* 1. *&* 2.

4 Collige tertiò, posse etiam Concilium Prouinciale prohibere examinatoribus Synodalibus, quicquā prorsus occasione examinis, nec ante, nec post accipere; id enim prohibetur expressè in *eod. tex. Cōcil. Trid. cit. cap.* 18. & contrafacientes examinatores, ac dantes, incurrunt vitium simoniæ, atque non possunt absolui, nisi dimissis beneficijs obtentis, & inhabiles fiunt ad obtinenda alia, *Garz. de benef. par.* 9 *cap.* 2. *num.* 368. *& seqq.* latè *Massobr. cit. loc. req.* 15. *Bonac. de simon. q.* 7. *punct.* 2. *diff.* 1. *nu.* 5. *et seqq. Ricc. in prax. par.* 4. *resol.* 76. *num.* 1. *&* 2.

5 Ad quod aduerte, quod quando dicimus cum *Concil. Trid. cit. loc.* incurri in casu prædicto vitium simoniæ, intelligimus cum cōmuni DD. incurri excommunicationem contra simoniacos super beneficijs latam, ita *Nauar. consil.* 67. *de simon. Vgolin. tab.* 1. *cap.* 48. §. 7.

6 Item contrafacientes prædicti, idest prouisi, incurrunt nullitatem prouisionum, seù consecutionum Ecclesiarum Parochialiū, vt aduertit idem *Vgolin. cit. loc.* qui vlterius addit pœnam prædictam, de qua in *Trid. cit. loc.* ligare in foro conscientiæ, etiam ante declarationem. Sed contrarium defendunt *Less. & Tanner.* quos refert, & sequitur *Thes. pract. Eccles.* 2. *par.* verbo *simonia cap.* 4. vbi multa ad hanc materiam.

7 Hæc autem, adeo vera sunt, vt nō possit, nec etiam Ordinarius statuere aliquod stipendium, etiam minimū examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu ad Parochialia, ad dicta per *Garz. de benef. cit. loc. num.* 374. *& Massobr. dict. req.* 15. *dub.* 1. & aliorum, licèt possit Episcopus aliquid de suo dictis examinatoribus concedere titulo præmij, vel stipendij, aut sustentationis, secundum opinionem *Garz. eod. cit. loc. nu.* 379. *& Bonac. de simon. q.* 7. *punct.* 2. *diff.* 1. *num.* 6.

8 Grauiter difficultant DD. an paruitas materiæ excuset examinatores, & examinatos à pœnis prædictis, vt si detur, ac recipiatur ab examinatoribus res modica, ac leuis momenti: tenent enim aliqui tali casu non incurri pœnas prædictas, ita *Petr. Ledesm. in summ. par.* 2. *tract.* 7. *concl.* 7. *Zerol. in prax.* verbo *Parochia* §. 2. *dub.* 13. Alij verò magis communiter defendunt prædictos incurrere dictas pœnas, etiam si res data, & recepta fuerit modica, & hæc opinio est conformis verbis *Cōcil. Trid. cit. loc.* vbi prohibetur quicquā prorsus accipi; id enim videtur inducere particulā illā, quicquam, ita *Garz. cit. loc. num.* 390. qui latè examinat materiam, *& nu.* 375. testatur sic declarasse *Sacram Congregationem*, docet etiam *Ricc. in prax. par.* 4. *resol.* 76. *num.* 3. *Bonac. vbi supra nu.* 5. *vers. ex quibus, Thes. cit. loc. vers. limitans secundò.*

9 Supradicta adeo vera sunt, vt si datum sit aliquid spontè, liberaliter, & ad captandam beneuolentiam examinatoribus prædictis, adhuc pœnas prædictas incurrunt contrafacientes, prout post *Garz. & Suar.*

&

Digitized by Google

& alios tenet *Thes.cit.cap.4.vers.amplia hoc*, dummodo post datum, & acceptum sit sequuta approbatio ab examinatoribus, *Nauar.consil.67. de simon.*

10 Collige quartò, præcipere posse Concilium Prouinciale examinatoribus Synodalibus, quod peracto in vacatione Parochialium examine per concursum, ipsi examinatores denuncient Episcopo eos, quos idoneos iudicauerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam opportunis, ita *Concil.Trid.cit cap.* 18. ex cuius verbis deducitur apertè examinatores teneri referre Episcopo omnes, quos idoneos iudicauerint; electionem verò magis idonei, nō ad ipsos examinatores, sed Episcopum spectare, ita disponunt apertè verba *Concil. Trid.cit. loc.* ibi, *peracto denique examine, & cat.* referunt decisum *Garz. de benef.par.6.cap.2.num.236.& par. 9. cap. 2. num.* 105. *&* 108. *Zerol. in prax.Episcop. par.* 1. verbo *Parochia* §.2. *Anton.variar.resol.lib.1.resol.63 num.*8. *Leo in Thesaur for.Eccles.par. 2.cap.3.nu.34. Armendor. in addit.ad recap.leg.Nauar.lib.1.tit.18. lib.7.nu. 58. Mossob.in prax.habend.concurs.requis.4.dub. 1. &* 4. & alij communiter.

11 Collige quintò, posse Concilium Prouinciale mandare examinatoribus, quod in referendo Episcopo, quos idoneos iudicauerint in concursu ad Parochialia, obseruent non solum idoneitatem quoad scientiā, sed etiam ætatē, mores, & prudētiā, vt disponunt verba *Concil.Trid.eod. cit. loc.* & alias res ad Ecclesiam vacantem gubernandam opportunas, de quibus in *Cap.cum in cunctis, vbi gl.1.& cap.Innotuit de elect.* ita optimè notat *Caualer.decis.299.sub n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale cogit Archiepiscopum, & alios Episcopos ad erectionem Seminarij.*

2 *Concilium Prouinciale cogere potest Archiepiscopum, & Episcopos ad recipiendos pueros in Seminario, & quos.*

3 *Particula, competenter, quid significet quoad receptionem puerorum, qui legere, & scribere competenter nouerint.*

4 *Concilium Prouinciale mandare potest circa receptionem puerorum, exigi spem esse in seruitutes Ecclesiæ, & apposita pœna.*

5 *Concilium Prouinciale potest statuere, quod recipiantur pauperes in Seminario, non exclusis ditioribus, & quando.*

6 Pauper *quis dicatur, & quis inops.* Pauper *dicitur, qui non habet quinquaginta aureos.* Pauper *dicitur, qui non habet, vnde commodè viuat.*

7 *Concilium Prouinciale potest statuere circa Seminarium, seruata forma Concilij Tridentini.*

ARGVMENTVM.

De ijs, quæ circa Seminarij erectionem, & alia circa illud, Concilium Prouinciale statuere possit.

CAP. XLIX.

1 Habet quoque Conciliū Prouinciale facultatem acriter corripiendi Archiepiscopū, & alios Superiores, & cogendi eosdem ad erectionem Seminarij, aliaq; seruari, quæ in decreto *Concilij Trid.* ad id emanato *sess.23.de ref.cap.*18. statuitur, prout aduertit *Quarant.summ. Bull.* verbo *Concil. Prouincial.sub nu.* 13. *vers.Archiepiscopum:* De hac materia Seminarij multa apud *Archiep. Bononien.par.4.titul. de seminar.fol.* 255. *& seqq. Fusc. de visit.lib. 1.cap. 16.num.8.& seqq.Gonz.ad regul.cancell.*

cell.8.gl.5 §.7.num.68. cum seqq. Zerol.in prax. Episcop. par. 1.verbo *Seminarium, Piasec.in simili prax.par.2. cap.2.num.5.pag.112.& seqq. Monet. de distrib quotid par.3.q.3.nu.13.cum seqq. Aldan. in compend. Canon. resol. lib.1.titul.18.nu.1.& seqq.Sell. select. Canon.cap.10.nu.5.Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 77. meipsum in prax.1.par.annot.*& alios multos.

2 Ex proposita conclusione collige primò, posse Concil. Prouinciale pro obseruatione decreti Tridentini cogere Archiepiscopum,& alios superiores, qui ad erectionem Seminarij, tenentur ad recipiendum in eodem loco Seminarij erecti pueros, qui nõ sint minores duodecim annis,& qui nati sint ex legitimo Matrimonio, ac legere, & scribere competenter nouerint, ita *Concil.Trid.cit.cap.* 18. *in princip.* & aduertunt communiter DD.citat.

3 Hinc occasione verborum *Concilij Tridentini*, quæri potest, quid significet dictio illa competenter, & quidem, competenter, accipitur pro eo, quod est idoneè, ita habetur in *Cap. grauis de restit.spoliat.l.si cum dotem §.eo autem tempore ff solut.matrim.* & aduertit *Schardius in suo lexic.lit. C.* verbo *competenter*. Dicitur autem hic competenter, idest congruè, prout in *Cap. quamquam in fin. de censib. in 6.*

4 Collige secundò, posse etiam Cõcilium Prouinciale mãdare Archiepiscopo, quod non recipiat in Seminario, nisi eos, quorum indoles, & voluntas spem afferat, eos Ecclesiasticis ministerijs perpetuò inseruituros; hoc enim requisitum expressè exigit in alumnis Seminarij *Concil.Trid.cit.* vndè est, quod potest Archiepiscopus,& Episcopus exigere ad id securam fideiussionem,& pœnam imponere in casu contrauentionis, testatur *Zerol.in prax.* verbo *Seminarium vers.ad secundum*, sic vidisse seruari in tribus Archiepiscopatibus.

5 Collige tertiò, posse etiam statuere, quod recipiantur in Seminario filij pauperum,& ab eo non excludātur filij ditiorum, dummodo isti suis sumptibus alantur, prout dispõnũt verba *Concil.Trid.cit.cap.18.in princip.* aduertit quoq; *Zerol.cit.loc.vers. ad secundum in princip.*

6 Occasione sumpta: quæro quis dicatur pauper; & quidem pauper dici potest, qui parum habet, ad differentiam inopis, qui est is, qui nihil habet, prout post alios aduertit *Bertach.in repertor.4.par.* verbo *paupertas fol.* mihi 52. vel pauper dicitur, qui in bonis non habet quinquaginta aureos *l.qui accusare ff. de accusat.* vbi *Bart.* sed in *cit.loc.Concil.Trid.* sumitur pauper pro eo, qui pro qualitate sua satis non habet, quod totum iudicio prudentis iudicis remittitur secundum eandem opinionem *Bar. in cit.l qui accusare Bart. Alex. Iason. Dec.* & alij post *gl. in auth. praeterea vers. locuples C. vnde vir, & vxor.Benincas. tract. de paupertat. in 6.q.princip.nu.17. Menoch. de arbitr. iud.cap.65.num.6.Mascard.de probat. conclus.*1154. *num.* 8. qui omnes fatentur, quod non solùm dicitur pauper, qui non habet, vndè viuat, sed etiam, qui non habet, vndè possit cõmodè viuere secundum suam conditionem, *Bal.in l.si quis ad declinandum num. 5. C. de Episcopis, & Cler. Ias.in l.si constante num.146, & num. 151.ff.solut.matrim. Dec.in auth.praeterea num.15, Alciat. in l. quos nos hostes §.locuples nu.11.ff.de verb. signif. Natta cons.590.num.14.Simon de interpret. vltimar. volunt.lib.4. interpr. 1.dub.12.num. 74.fol.* mihi 443. *Benincas.cit.loc.q.1.nu.40. Mascard. cit. conclus.1145.n.14.*

7 Collige quartò, posse Concilium Prouinciale statuere, quod Archiepiscopus ea omnia seruet, quæ ad disciplinam, mores scientiam edocendam,& alia ad Seminarij statum necessaria, iuxta *Concil.Trid.cit.cap.18*, dispositionem pertinent, de quibus multa

multa in *Archiep.Bononien.cit.loc.titul.de disciplina Seminarij*, *Staph.de lit.grat.fol.34.& 35.num.13.& seqq. Zerol in prax. loc. cit. verſ. ad quartum.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale poteſt mulctare viſitatores recipientes aliquid vltra taxam.*

2 *Concilium Prouinciale, quibus pœnis puniat viſitatores recipientes aliquid vltra taxam.*

Epiſcopi viſitatores aliquid vltra taxam recipientes, quam pœnam incurrant, & quam inferiores.

Viſitatores aliquid vltra taxam recipientes, infra quantum tempus pœnam ſuſpenſionis incurrant.

3 *Viſitatores ſuſpenſionem incurrunt, etiam ſi rei receptæ condonationem habeant.*

Viſitatoribus poſt interuallum temporis aliquid dari poteſt viſitatione peracta.

4 *Viſitatores, an incurrant ſuſpẽſionem, ſi modica eſculenta, uel poculenta recipiant.*

ARGVMENTVM.

De pœnis, quibus mulctare poteſt Concil. Prouinciale, & quas incurrunt viſitatores, aliquid vltra taxam recipientes.

CAP. L.

1 INter alias facultates Concilij Prouincialis, numerant DD. facultatẽ mulctandi eius arbitro abſq; ſpe veniæ Epiſcopos, & Viſitatores, qui à viſitatis recipiunt aliquid vltra, id quod taxatum eſt in *Concil. Trid.ſeſſ.24.de ref.cap.3.* vt latius in eodem *tex.Concil.Trident.*ibi, *quod ſi quiſquam, & c.*notat *Quarãt.ſumm. Bull.* verbo *Concil. Prouincial. num. 13.verſ.Epiſcopi, & Viſitatores.*

2 Pro cuius intelligentia, aduertendum eſt, Concilium Prouinciale poſſe punire viſitatores aliquid recipientes à viſitatis contra diſpoſitionem *Tridentini*, non ſolùm pœnis, de quibus in *Trid.*ſed alijs ad eius arbitrium, vt verba ipſa *Trid.* diſponunt: pœnæ verò, quæ à *Trid.* ſtatuuntur, ſunt, quod præter dupli reſtitutionem infra menſem faciendam, alijs etiam pœnis, iuxta *Cap. exegit de cenſib.lib.6* trãſgreſſor mulctetur, ideſt incurrat Epiſcopus interdictum ab ingreſſu Eccleſię; Inferiores verò ſuſpẽſionem ab officio, & beneficio, donec plenariè duplum reſtituant, in quas cenſuras incurritur poſt menſem, & licèt dicat *Suar. de cenſur.diſp.37.ſect.1.num 7.*hodie terminum reſtituendi eſſe duorum menſium, & ſic non incurri in cenſuras, niſi poſt duos menſes per diſpoſitionem *tex.extrauag.vnic. de cenſib.* tamen per diſpoſitionem *Trid.*dicẽdum eſt, terminum prædictum eſſe tantùm vnius menſis, *Sanch.opuſc lib. 2.cap.3.dub.18.*

3 Ad quam pœnam eſt aduertendum, quod *extrauag.prædicta* diſponit non valere condonationem, ſeù remiſſionem eius, quod datum eſt ad effugiendam pęnam prædictam, & hoc procedit antequã realis fiat reſtitutio, nam poſtea, reſtitutione facta, & peracta viſitatione, ex interuallo poterit eadem quantitas, tanquam ex noua cauſa liberalitatis à viſitatis ei reddi, & per viſitatorem recipi, ita *Azor. 2.par.lib. 7.cap.7.q. 9.Suar.tom.2.de relig. lib.4. titul. de hor. canon.cap.30. num. 17. Fuſc. de viſit.lib.1.cap.15.nu.25.Filiucc.tract. 23.cap.4.q.10.Menoch. de arbitr. cap. 429.nu.6.Henriq.lib.7.cap. 36. nu.3.*

4 Dubitari ſolet inter DD. in his terminis, an paruitas materiæ excuſet à pœnis prædictis, puta ſi fuerint data modica eſculenta, vel poculẽta, quæ non valeant de per ſe animum mouere, ſeù auaritiam ſapere,

vel

vel pauperiorem reddere offerentem.

Respondent nonnulli excusantes visitatores in tali casu à pœnis prædictis, ita *gl. in cap. cum Romana* verbo *aliquid munus de censib. gl. in cit. cap. exigit* verbo *munera, Sanch. cit. loc. Mar. Alter. tom. 2. disp. 13. cap. 6. col. 3.* alij verò contrariam tenent sententiam, nempè paruam materiam non excusare in hoc casu, & proindè recipientes huiusmodi xenia, incurrere in pœnas prędictas, idque probāt per *tex. in cap. Romana cit. §. procurationes de censib. in 6.* in illis verbis, *aliquod munus, quodcunque fit*, vbi *gl.* in verbo *quodcunque*, & ibidem *Ioan. And. num. 7. Ioan. Monach sub nu. 23.* & alij, & sequitur *Thes. in prax. Ecclesiast. par. 2. cap. 2.* verbo *visitationis vers. limitant 1.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ sæcularis nullius Diœcesis Prælatus, in Concilio Prouinciali visitatorem sibi eligit, si dubium sit, quæ Cathedralis sit proximior.*

2 *Ecclesia sæcularis nullius visitatur ab Episcopo viciniori.*
Ecclesia nullius Diœcesis, quæ dicatur.
Ecclesia Cathedralis proximior, quæ dicatur.
Ecclesia sæcularis nullius, nullo modo visitationem vicinioris Cathedralis effugere potest.

3 *Ecclesia sæcularis nullius, Episcopo viciniori impedito, visitatur ab Episcopi Vicario.*

4 *Si dubium sit, quæ Cathedralis Ecclesia vicinior sit loco Ecclesiæ nullius, visitator illius eligitur in Concilio Prouinciali.*

5 *Verbum constat quid significet, & de varijs illius significationibus, & num. 6.*

ARGVMENTVM.

De electione visitatoris in Cōcilio Prouinciali pro loco nullius, cùm non constat de viciniori Cathedrali.

CAP. LI.

1 INter ea, quæ ad Concil. Prouinciale pertinent, dicitur, quod Prælatus Ecclesiæ secularis nullius Diœcesis, cui non constat, quæ Cathedralis Ecclesia sit proximior, tenetur in Concilio Prouinciali semel eligere Prælatum, qui eandem Ecclesiam tanquam Apostolicæ sedis delegatus visitabit, non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus quibuscunq; etiam immemorabilibus; dispōnitur in *Concil. Trid. sess. 24. de refor. generali cap. 9.* aduertit *Quarāt. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale sub num. 13. vers. quando*, pro cuius intelligentia.

2 Notandū est primò, quod Ecclesiæ seculares positæ in loco nullius Diœcesis, visitātur ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, si id constet, vt in *cit. loc. Trid.* Dicitur Ecclesia nullius Diœcesis, cuius territorium non est circumceptum finibus Diœcesis, nec est in parte limitum illius, voluit *Rota decis. 501. num. 5. ad fin. par. 2. in recent.* Proximior verò dicitur, cuius Cathedralis Ecclesia, non autem Diœcesis est proximior, idest proximior Ecclesiæ, non verò territorio, *Sell. select. Canon. cap. 37. num. 10.* qui restatur sic fuisse *decisum sub die 2. Augusti* 1596. Ecclesię enim nullius Diœcesis à viciniori Episcopo visitantur, & id ab eodem faciendum est; non solùm in capite, sed etiam in membris, vt obseruat *Zerol. in prax. Episc.* verbo *visitatio vers. 11.* vbi idē refert decisum de Collegiatis nullius Diœcesis: Vndè nullo modo Ecclesiam nullius Diœcesis posse effugere visitationem vicinioris Episcopi, censuit *Rota decis. 396. par. 1. in recent.* qui nō solùm visitare potest, sed etiam emendare, corrigere, & punire,

re; *Franc. Leon. in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 2. num. 74. Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 74. num. 7.* intelligẽ nisi per dispensationem Pontificis aliter appareat.

3 Hæc facultas concessa Episcopo viciniori visitandi Ecclesias nullius Diœcesis, non solùm competit ipsi Episcopo, sed etiã eius Vicario impedito Episcopo, testatur ita fuisse decisum *Sell. cit. loc. num. 1. sub die 17. Ianuarij* 1585. Quod fallit in Vicario capitulari vacante sede Episcopali, *Fran. Leon. cit. tract. par. 1. cap. 10. nu. 8. vers. 10. Barbos. vbi supra num. 8.* & in Prælato viciniori habẽte iurisdictionem quasi Episcopalem, ita *Flores de Mena variar. lib. 3. q. 24. n. 24.*

4 Prædicta autem facultas competit Episcopo, cuius Ecclesia Cathedralis constat esse viciniorem loco nullius Diœcesis: quod si de hac vicinitate non constet, tunc superior loci nullius Diœcesis in Concilio Prouinciali eligit Prælatũ, qui eundem locum visitet, iuxta terminos *Concil. Trid. cit. cap. 9. vt supra n. 1.*

5 Habet enim verbum, constat, multa significata; primùm enim dicimus cõstant ædificia idest cõposita sunt, facta, & simul stant, scilicet cum materia, atque consistunt *l. 1. ff. de verb. signif.* secundò dicimus cõstat, idest cõsistit, ita in *l. 1. §. mutui ff. de action. & obligat. l. 2. §. mutui datio, si certum petat. l. item Labeo in fin. ff. famil. ercisc und.* Tertiò constat, idem significat, quod apparet, certum, & manifestũ est, constat inter omnes *l. inter omnes ff. de furt.* Quartò constat idem est, ac valet; dicimus enim constat decem aureis, idest tanti fuit vendita; & hæc significatio non est frequens apud Iurisconsultos. Quintò cõstat, significat, & idem est, ac perseuerat, durat, permanet; inde constantia, illa animi firmitas, & perseuerantia dicta est *l. de minore in fin. ff. de quæst. l. ne piscatores ff. de incend.*

6 Hic autem verbum, constat, sumitur, prout in tertia significatione pro apparere, et manifestum esse, prout declarat *Scard. in suo lexic. lit. C.* verbo *constare* 2. semper enim, quod non apparet, et manifestum non est, qualis Ecclesia Cathedralis sit proximior Ecclesiæ seculari nullius Diœcesis, potest Prælatus illius sibi eligere Prelatum in Concil. Prouinciał iuxta terminos *Trid. cit. loc.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale executioni demandandas curabit Constitutiones Tridentini de regularibus, et monialibus in defectum Episcoporum.*

Concilium Prouinciale supplet negligentiam Capitulorum generalium.

2 *Concilium Prouinciale supplet negligentiam Prælatorum in puniendo Regulares à Monasterijs recedentes absque licentia.*

3 *Regulares non missi, vel vocati, etiam si discedant animo eundi ad superiores, punibiles sunt ab Episcopo, & quando.*

Regularis à Monasterio discedens ex graui vexatione superioris, non est punibilis, nec dicitur Apostata.

Appellatio datur Regulari à superiore, excedente modum in corrigendo.

Appellatio non datur Regulari à pæna secundum regulam imposita.

4 *Episcopus restituit, vel conseruat monialium, etiam sibi non subiectarum clausuram.*

Concilium Prouinciale supplet negligentiam Prælati circa clausuram monialium.

5 *Episcopus tenetur Monasteria monialium extra Vrbem, vel Oppidum posita intra reducere, aliàs supplet Cõcilium Prouinciale.*

6 *Episcopo negligente circa confessionem menstruam monialium, supplet Concilium Prouinciale.*

7 *Confessio menstrua quoad moniales non est de præcepto.*

Confessio menstrua monialium perfectionem inducit.

Episcopus dicitur negligens in re graui,

ui, si non inuigilet confessioni menstrua monialium.

8 *Episcopi monialibus bis, aut ter in anno extraordinarium offerūt cōfessariū. Monialium omnium extraordinarius Cōfessarius, cōfessiones audire debet.*

ARGVMENTVM.

De ijs, quæ supplere debet Concilium Prouinciale, si ab Episcopo negligantur quoad Regulares, & moniales.

CAP. LII.

1 ALiam habet potestatem Concilium Prouinciale, de qua in *Cōcil. Trid. sess.* 25. *de regul. & monial. cap.* 22. & est, vt quamprimū demandentur executioni omnia, & singula, quæ de Regularibus, & Monialibus in *eadem sess.* disponuntur, omnibus Episcopis in Monasterijs sibi subiectis, & in alijs ipsis Episcopis in ijsdem decretis *Trid.* specialiter cōmissis, & si quid executioni demandatum non sit, Concilium Prouinciale negligentiam Episcoporum supplet; sicut supplet etiam negligētiam Capitulorum Generalium negligentium executioni demandare ea, quæ ipsis capitulis per *Trid. cit. loc.* mandantur, ita & latius in *cit. cap.* 22. *Trid.* & aduertit *Quarant. sūm. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale sub n.* 13. *vers. supplet, & coerces.*

2 Hinc collige primò, Concilium Prouinciale posse supplere negligētiam Episcopi, in puniendo Regulares repertos recedere à conuentibus suis sine suorum superiorum licentia in scriptis obtenta, & hoc tāquam desertores sui ordinis, quia facultas prædicta conceditur Episcopis locorum ordinarijs per *Trid. eadem sess. cit. cap.* 4.

3 Ampliatur hæc potestas puniendi Regulares prædictos, etiam si id faciant animo, & prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab ijsdem missi, aut vocati fuerint, ita *Trident. eod. cit. cap.* 4. quod procedit, quando Regularis superiorem adit, non ex aliqua graui, sed leui, aut leuissima causa, ita *Aragon.* 2. 2. *q.* 69. *art.* 3. & alij. Vndè est, quod si Regularis à suo superiore supra modum vexatur, potest à Monasterio exire gratia adeundi alium superiorem, vt eius auctoritate ab iniqua vexatione liberetur, & successiuè non dicitur apostata, nec potest ab ordinario puniri, aut à Concilio Prouinciali suppleri negligentia in puniendo, *Nauar. comment.* 2. *de regul. num.* 61. *& comment.* 3. *num.* 5. *Fr. Emanuel quæst. regul tom.* 1. *q.* 30. *art.* 3. *&* 4. *Laurent. de Perinis de subdito Religioso tom.* 1. *q.* 1. *de obed. cap.* 20. *in princip. Bonac. de clausi. & pæn. eam violant. imposit. q.* 2. *punct.* 11. *§.* 1. *num.* 9. Ratio supradictorum est, quia à correctione Prælati excedentis modum, & transgredientis regulæ limites, datur appellatio, secus si non excederet, probatur ex *tex. in cap. de priore de appellat. & cap. licèt de off. ordin.* docent *Nauar. consil.* 4. *de appellat. & consil. vnic. num.* 6. *de sent. & re iud. & consil. vnic. nu.* 8. *vt lit. pend. Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 18. *nu.* 20. *§. quintò vers. conclusionem, Azor. instit. moral par.* 1 *lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 8. *Scacc. de appellat. nu.* 3. *q.* 17. *limit.* 26. *num.* 8. qui apertè tenet, Religiosum non posse appellare à pœna imponenda secundum regulam suā, seù secūdum statuta sui ordinis, cùm ea statuta sint eis leges factæ, *Franc. in cap. reprehensibilis num.* 9. *de appellat.*

4 Collige secundò, q sicut tenetur Episcopus in omnibus Monasterijs Monialium sibi subiectis ordinaria, in alijs verò sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram earundem Monialium, vbi violata fuerit diligenter restituere, & vbi inuiolata est conseruare per *tex. Concil. Trid. cit. sess.* 25. *de regul. cap.* 5. *in princip.* ita po-

I teſt

test negligente Episcopo id supplere Concilium Prouinciale per adductam dispositionem *Trid. dicto cap.22.*

5 Collige tertiò, q sicut Episcopus tenetur Monasteria moniali extra Vrbis menia, vel oppidi posita, exposita malorum hominum prædæ,& alijs facinoribus intra Vrbẽ, vel oppida reducere,si id expedire videbitur ex *cod.loc.Trid. cap.* 5.ita id supplere potest Concil. Prouinciale,si Episcopus negligat.

6 Collige quartò, quod cum Episcopus diligenter attendere debeat, sicut,& cæteri superiores sanctimonialium,vt illę saltem singulis mensibus confessionem peccatorum faciant,& sacrosanctam Eucharistiam suscipiant,vt in *Cap.*10.*sess.*25.*de regul.Concil.Trid.*sequitur ex proposita regula in principio huius capitis, quod si in hoc Episcopus, vel alius superior negligens fuerit, possit negligentiam supplere Cõcilium Prouinciale.

7 Posset contra hanc doctrinam de facili opponi id, quod magis communiter firmatur apud DD.nempè obligationem menstruæ confessionis in monialibus esse de consilio, non verò de præcepto, prout contra *Nauar.cap.*21.*nu.*59. & alios tenet *Mirand.q.*10.*de monial.art.*1.*Fagund.præcept.*3.*Eccles.lib.*1.*cap.* 6. *nu.* 8 & alij,quos refert,& sequitur *Tābur.de iur.Abb.q.*6. *nu.* 2. Sed oppositioni posset de facili responderi, quod licet id sit de consilio,quia tamen est consilium de re graui, & ex qua oriri solet perfectio monialium, ideo in eo est attendendum,vt Episcopus contrafaciens,dicatur negligens in re graui, & proinde potest suppleri à Concilio Prouinciali per regulam suprapositam.

8 Vlterius in eodem *cit.cap.*10.*Concil.Trid.*imponitur Episcopis,& alijs superioribus,quod bis,aut ter in anno offerant monialibus cõfessarium extraordinarium præter ordinariũ, qui omnium confessiones audire debeat; quod si in ijs exequendis prædicti negligentes fuerint, potest Concilium Prouinciale supplere,ex regula proposita. Multa de confessario extraordinario monialium,vide apud *Pelliz.de monial.cap.* 10.*sect.* 3. *subsect.* 2. Cætera, quæ circa Regularium regimen Episcopis, siuè Capitulis generalibus demandata sunt,si Episcopi,siuè capitula prædicta neglexerint,supplet Concilium Prouinciale per *cit. cap.* 22. *Trid.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale per se,vel deputatum cognoscit de locationibus rerum Ecclesiasticarum factis pecunia præsenti,& num.*4.

Locatio facta anticipata pecunia, est prohibita.

2 *Locatio facta anticipata pecunia, quæ sit.*

3 *Locatio anticipata pecunia prohibetur, quando est in præiudicium successorum.*

Locatio anticipata pecunia in vtilitatem Ecclesiæ licita est.

ARGVMENTVM.

Quid Concilium Prouinciale agat circa locationem rerum Ecclesiasticarum anticipata solutione,& quando ea sit licita necnè.

CAP. LIII.

1 TRibuitur Concilio Prouinciali facultas cognoscendi per se ipsum,vel eius deputatum de locationibus rerum Ecclesiasticarum factis repræsentata pecunia, & in damnum Ecclesiæ contra Canonicas sanctiones,prout disponitur in *Concil. Tridentin. sess.*25. *de ref.cap.* 11.

11.& aduertit *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale nu. 13. vers. Synodus Prouincialis.* De hac materia vide *Gutier. de iuram. confirmat. par. 3. cap. 3. num. 2. Barbos. in l. filio familias §. vltim. num. 27. ff. sol. matrim. Volasc. de iur. emphyt. q. 10. num. 5. Zerol. in prax. Episcop. par. 1.* verbo *alienatio rerum Ecclesiæ vers. vel septimũ, Cald. pereira de renouat. emphyt. q. 20. num. 3. & de empt. cap 36. num. 8.*

2 Pro intelligẽtia enim *cit. loc. Trid. cap. 11.* sciẽdum est, quod dicitur locatio repræsentata pecunia, idest facta cum pecunia soluta ante diem debitum, & anticipatis solutionibus *l. Publius §. 1. iuncta gl. ff. de cond. & demonst. l. si constante §. quoties ff. solut. matrim. l. Lutius §. testator ff. de legat. 2.* declarat *Gutier. loc. cit. num. 2.*

3 Sciendum est etiam, quod *Concil. Trid. cit. loc.* prohibet illas locationes anticipatis solutionibus, quæ sunt in præiudicium successorum, idque exemplificat *Zerol. loc. supracit.* vt si, verbi gratia, Ecclesia vult alienare, seù locare aliquam rem pro annuis ducatis quinque, vel sex, & facit, vt conductor, seù emptor prius saluat viginti, vel triginta ducatos pro ingressu, vel pro intratura, vt vulgo dicitur, ita *Zerol.* non tamen prohibet *Concil. Trid.* locationes anticipatis solutionibus in vtilitatem Ecclesiæ, vt si Ecclesia minaretur ruinam; tunc pro illius reparatione, posset fieri locatio anticipatis solutionibus, & successor tenetur, *Genuens. practicab. Ecclesiast. q. 116. num. 2.*

4 Item sciendum est *Concil. Trid. cit. loc.* irritare locationes factas contra canonicas sanctiones, quæ sunt in damnum Ecclesiæ, minimè verò, quę sunt in vtilitatem illius, vt benè aduertit *Zerol. vbi supra sub vers. ad septimum circa medium.* His igitur præmissis, concludendum est, Concilium Prouinciale posse iudicare per se ipsum, vel deputare alium ad iudicandum de locationibus prædictis factis anticipatis solutionibus, & contra canonicas sanctiones, vt in *Trid. cit. cap. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale admonet Episcopos concubinarios.*
Episcopi concubinarij corriguntur à S. Pontifice, etiam per priuationem.
2 *Concubinarius dicitur, qui monitus, fęminam non dimittit.*
Concubinarius quis dicitur, & si domi fęminam non retineat, & quando.
3 *Fęminarum consortium viri spirituales fugere debent.*
4 *Concilium Prouinciale potest corripere Episcopos pro concubinis, & si domi eas non retineant.*
5 *Episcopus concubinarius monitus à Concilio Prouinciali, si se non corrigat, statim est suspensus.*
Episcopus concubinarius defertur ad S. Pontificē, si monitioni Concilij non pareat.
5 *Episcopus an pro simplici incontinentia subyciatur dispositioni Concilij Tridentini.*
Episcopi concubinarij pœna remissiuè.

ARGVMENTVM.

De potestate Concilij Prouincialis in Episcopos concubinarios, & quinam tales sint.

CAP. LIV.

1 Concilium Prouinciale admonet Episcopos cõcubinarios, qui si se non emendauerint, ipso facto sunt suspensi, & si perseuerent ab eodem Concilio ad sanctissimum deferuntur, qui pro qualitate culpæ etiam per priuationem, si opus fuerit in eos animaduertit, ita *Concil. Trid. sess. 25. de ref. cap. 14. in fin.* & aduertit *Quarant. summ. Bull.* verbo *Cõcilium Prouinciale num. 13. vers. Episcopos concubinarios.*

2 Pro cognitione terminorum: dicendum est, dici concubinarium, non solùm Episcopū, qui fœminam suspectam domi retinet, & eam monitus à superiore non vult dimittere per iuris præsumptionem *arg. Cap. quisquam de coha. Cler. & mul.* & declarat *Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 21. sub num. 9.* Sed etiam eum, qui talem fœminam in aliena domo habet, cui solet carnaliter commisceri, si de cōsuetudine constet, & diffamatio sit in viri, vel fœminæ vicinia, ita *Genuens. in prax. Cur. Archiep. cap. 30. n. 4. secund. impress. Romæ 1630. Franc. Leo in Thes. for. Eccles. par. 3. cap. 4. sub num. 27. Bellect. disq. Cler. par. 1. titul. de discipl. Cler. §. 15. num. 56.*

3 Hinc incidenter nota, quod fœminarum consortium à viris spiritualibus est omninò fugienda, probat ex sanctis Patribus *Ioan. Bapt. Fin. de regul. iur. homil. 22. vers. adde*, & exēplis confirmat *Emman. à Valle de incant. & ensalm sect. 2. c. 3. nu. 19. & c. 16. num. 25. & seqq.*

4 His præmissis, aduerte, quod Cōcilium Prouinciale non solùm potest admonere Episcopos concubinarios publicos, sed eos etiam, qui mulieres suspectas domi, vel extra detinent, aut cum illis aliquam cōuersationem habent, in his omnibus casibus, loquitur *Concil. Trid. cit. cap. 14. in princip.*

5 Aduerte etiam, quod si Episcopi tali admonitione habita non resipiscant, & se non emendent ipso facto sunt suspensi, quod si adhuc perseuerent, deferenda est res ad Papam, ita *Trid.* hæc autem suspensio est ab officio, & beneficio, ita aduertit *Suarez disp. 31. sect. 5. nu. 24. Filiuc. tract. 17. num. 158. Bonac. de susp. in partic. q. 7. punct. 4. num. 4.*

6 Dubitant DD. an dispositio *cit. tex. Concil. Trid. cap. 14.* habeat locum in simplici incontinentia absque qualitate concubinatus, partem negatiuam defendunt *Ricc. in prax. resol. 307. num. 5. in 2. edit. Nicol. Garz. de benef. par. 11. cap. 10. nu. 186. Farinac. in prax. crimin. par. 5. q. 138. num. 12. & 14. Armendar. in addit. ad recap. leg. Naua. lib. 4. titul. 5. de stupro l. vnica num. 4.* Partem verò contrariam affirmatiuam tenent *Nauar. consil. 4. de adult. in antiq.* aliàs *consil. 1. de cohab. Cler. in nou. Sayr. in florib. decis. sub illo titul. de adult. decis. 4.* qui tenent, *Tridentin. m* loqui, etiam de simplici incontinentia. Cætera de pœna Episcopi concubinarij, vide apud *Suar. tom. 3. de censur. disp. 31. sect. 5. ad fin. Valer. Reginal. in prax. for. pœnit. lib. 32. tract. 2. nu. 65. vers. item ex Concil. Ægid. de Coninc. de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 15. sect. 27. Farinac. cit. loc. nu. 70. Thesaur. in prax. Eccles. par. 2. verbo concubinatus cap. 1.* & alios.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiarum abusus quisque Episcopus in Concilio Prouinciali referre debet, & quare.*
2 *Indulgentiarum abusus quomodo auferendi.*
Imaginum, sacrarum reliquiarum, & inuocationis Sanctorum quæstiones, qualiter tractandæ sint.

ARGVMENTVM.

De abusu indulgentiarum tollendo per Concilium Prouinciale, consulto S. Pontifice.

CAP. LV.

1 Concilium *Trid. sess. 25. in fin. decreto de indulgentijs* in vltimis verbis, mandat omnibus Episcopis, vt quisque diligenter abusus Indulgentiarū Ecclesiæ suæ colligat, eosq; in prima Synodo Prouinciali referat, vt aliorum quoque Episcoporū sententia cognita, statim ad Summū Romanum Pontificem deferantur, ita *Trid.* & aduertit *Quarant. summ. Bullar.* verbo *Concilium Prouinciale num.*

num.13.*vers.Abusus* Indulgentiarum. De Indulgentijs edidere peculiares tractatus *Anton. Rosell. Ludouici Bolognini,& Felnus Sandai tom.* 14.*tractatuum* Doctorum *fol.* mihi 142. *& seqq.Thom.de Vio, Caetanus, Martinus, Nauar. Gregorius de Valentia, Antoninus Cordubensis, Gaspar Sciopius, Isidorus Valteranus, Ioannes Baptista Paulianus,* Bellarminus, *Iacobus Nauclantius, Iulius Lauorius, Valentinus Laurentius, Thomas Zerola, Lucas* Pinellus, *Franciscus Rodriquez, Hieronymus Gratianus, Rutilius Benzonius, Antoninus Sanctorellus; Bartholomaus à Sancto Fausto*; tractant etiam alij diuersis in locis, abusus circa Indulgentias, refert *Leon.Thesaur. for. Eccles. par.*1. *cap.* 7. *num.* 29. *vers.& quoniam fol.* 84.

2 Vlterius si sit extirpandũ aliquod dubiũ, aut difficilis abusus, vel aliqua grauior quæstio incidat de inuocatione, & veneratione, & reliquijs Sanctorum, & sacris imaginibus, Episcopus antequam cõtrouersiam dirimat, expectare debet sententiam Concilij Prouincialis, ita tamen, vt nihil inconsulto Sanctissimo Romano Pontifice nouum, aut inusitatum in Ecclesia hactenus decernatur, ita disponit *Trid. cit. sess.* 25.*in princip.decreto de reliquijs*; & aduertit *Quarant.supracit.loc.*de hac materia *Alphõs.à Castro lib.*8.*aduersus hæreses* verbo *imago, Sim. Maiol. tract. de sacris imagin. Gullielm. Durand.in rational.diuin.off.lib.*1.*cap.*3. *Simanch.de Cathol.instit. cap.* 33. *Sebast.Medic.in summ.omnium hæresum par.*1.verbo *Imago, Barthol.à Medina par.*1.*instit. confess.cap.* 14. §. 1. post *med.Cardin.Bellar.in controuers. Cathol.controuers.*7.*lib.*1.*Azened.l.* 13.*à princip.titul.* 1.*lib.* 1.*nou.Vocapil.Fusc. de visit.lib.*1.*cap.*9.*Nauar.in Manual. cap.*11.*num.*21.*vers.*7.*& cap.*27.*num.* 109.*Sarmien.lib.*2.*select.cap.* 14.*num.* 2.*Hieron.Roman.lib.*4.*titul. de republ. Christ.cap.*7.*Valent.*2.2.*disp.* 6.*q.* 11. *punct.*6.*Soar.in* 3.*par.D.Thom.q.* 25. *art.*3.*disp.* 54. *Vasquez tract. de adorat.imagin.lib.*3.*disp.*3. *à num.* 8. *Fr. Emanuel* 99.*regul.tom.*3.*q.* 55. *art.* 3. *Azor.instit.moral.par.* 1.*lib.*9.*cap.*6.*&* 8.*Hieron.Roderic.in compend.*99. *regul.resol.*124.*Sanch.lib.*2.*in decal.cap.* 43.*num.*25.*Layman.lib.*4.*tract.* 7 *de Festor.obseru.cap.*5.*num.*17.*Genuens. in prax.cap.*56.*Bonac.in decal.super* 1. *præcept q.*1.*punct.*4.*num.*9.*Thesaur.in prax.Ecclesiast.par.* 2. verbo *reliquias sanctorum*.

SVMMARIVM.

1 *Causæ criminales leues Episcoporum cognoscuntur per Concilium Prouinciale, vel per eius deputatum.*

Causæ criminales graues Episcoporum cognoscuntur per S.*Pontificem.*

2 *Causæ criminales minores, quæ dicantur.*

3 *Causæ ciuiles, & criminales leues Episcoporum cognoscuntur à Concilio Prouinciali.*

Causæ criminales leues Episcoporum cognoscuntur per Concilium Prouinciale, licèt non intersint 12.*Episcopi.*

4 *Causæ criminales maiores Episcoporũ non cognoscuntur à Concilio Prouinciali.*

Causæ criminales maiores, quæ sint.

5 *Causarum criminalium grauiorum contra Episcopos, neq; Concilium Prouinciale format processum.*

6 *Causæ criminales minores Episcoporum cognoscuntur per deputatum Concilij Prouincialis, etiam finito Concilio.*

ARGVMENTVM.

De causis criminalibus contra Episcopos, quas tractare potest Concilium Prouinciale.

CAP. LVI.

1 HAbet quoque facultatẽ Concilium Prouinciale cognoscendi causas criminales minores Episcoporum, & non solùm cognoscendi, & terminandi, sed etiam deputandi alium ad id; grauiores verò causæ eorundem, Summi Pontificis iudicio reseruantur, prout latius in *Concil. Trid. sess. 24. de refor. generał. cap. 5. & sess. 13. cap. 8. de refor.* refert *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale nu. 13. vers. minores*, de hac materia *Archiep. Bononien. par. 1. fol. 268. & seqq. Nauar. cõsil. 1. in antiq. aliàs 2. in nou. de for. cõpet. Sayr. in flor. decis. eod. cit. titul. decis. 1. Henriq. in summ. lib. 13. cap. 55. §. 2. Salz. ad Diaz in pract. cap. 124. lit. A. Sbroz. de off. Vicar. lib. 2. q. 59. nu. 1. & 2. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. 10. num. 40. Steph. Grat. discep. for. cap. 169. num. 15. Vgol. de off. Episcopi cap. 2. §. 2. num. 4. vers. vndec. Galganet. de iure publ. lib. 3. titul. 10. n. 5. & seqq. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gl. 41. num. 5.*

2 Quæ verò dicantur causæ minores, habetur ex *Menoch. de arbitr. cas. 265.* remitti iudicis arbitrio, & hæc est opinio magis communis; licèt sit, qui dicat, causas minores dici illas, quæ non sunt dignæ depositione, ita *Segur. in direct. iud. par. 1. cap. 13. num. 8.*

3 Declara supradicta, vt non solùm possit Concilium Prouinciale, vel eius deputatus cognoscere causas ciuiles Episcoporum; sed etiam criminales leues, prout post *Henriq. in summ. lib. 13. cap. 55. §. 2. lit. P. Armendoriz in addit. ad recapil. leg. Nauar. lib. 1. titul. 18. lib. 7. de Episcop. nu. 80.* tenet *Nouar. in singul. Canon. tit. causa Episcoporum coram quo sint tractandæ conclus. 1.* aliàs 90. *num. 5.* vbi cum alijs refert sic voluisse *Sacr. Congr.* & affirmat etiam, quod non existentibus in Cõcilio Prouinciali duodecim Episcopis requisitis de iure communi possunt præfatæ causæ criminales minores in Cõcilijs Prouincialibus tractari, quia dicta Concilia, vt plurimum constant ex minori numero.

4 Causas verò grauiores Episcoporum non potest Concilium Prouinciale cognoscere, prout in *Trid. cit. loc.* quæ autem sint causæ huiusmodi, habetur ex eodem *Menoch. cit. loc. & Lel. Iordan. tract. de Episcoporum causis maiorib. & rerum capitalium ad Papam deferendis cap. 1. & 2. & ex Concil. ipso Trident. eod. cap. 5.* nempè, quod sunt illæ, quæ depositione, aut priuatione dignæ sunt, explicat etiã *Nauar. cit. loc. nu. 1.* dictum est latius *cap. 39.*

5 Idque ampliatur, vt nec possit Cõcilium Prouinciale in causis prædictis grauioribus criminalibus contra Episcopos formare processum, ad effectum illum transferendi Sũmo Pontifici, docet *Ricc. in prax. 4. par. resol. 491. & decis. Cur. Archiep. Neapol. par. 4. decis. 142. num. 5.*

6 Supradictis adde, quod deputati prædicti, quibus à Concilio Prouinciali data est facultas cognoscendi causas minores Episcoporum, potestatem habent procedendi, & terminandi causas prædictas, tractari ceptas tempore Concilij, etiam finito, & peracto Concilio, vt per *gl. in sũm. 3. q. 8.* vbi *Gemin. & Prepos.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale corrigit Episcopos conferentes beneficia indignis.*

Episcopi conferentes beneficia indignis, post secundam correctionem Concilij Prouincialis, *suspenduntur à collatione.*

Concilium Prouinciale post secundam correctionem Episcopi *conferentis beneficia indignis alium collaterem eligere potest.*

Metropolitanus non potest ob collationem factam indignè suspendi à Concil. Prouinciali, sed denunciãdus est superiori.

2 In-

2 *Indignus beneficio quis dicatur.*
3 *Indigno si conferatur beneficiũ scienter, incurritur priuatio pro ea vice conferendi digno.*
Indigno si conferatur beneficiũ ignoranter, potest pro ea vice collator alteri beneficium conferre.
4 *Concilium Prouinciale qualiter procedat contra Episcopos, & Capitula conferentia beneficia indignis.*
Concilium Prouinciale procedit contra conferentes beneficia indignis, etiam non pracedente fama.
Concilium Prouinciale celebratur ad morum correctionem.
5 *Episcopo suspenso ob collationem factam indigno, substituenda est idonea persona.*
Capitulum succedit Prælato in potestate conferendi, & quando.
6 *Concilium Prouinciale non punit delicta Metropolitani.*

ARGVMENTVM.

De ijs, quæ Concilium Prouinciale agere potest contra conferentes beneficia indignis, & qui sint tales.

CAP. LVII.

1 PRosequẽdo materiam negotiorum in Concilio Prouinciali tractandorum; dicendũ est hic, quod Concilium prædictum debet facere diligentem inquisitionem, num Episcopi Comprouinciales contulerint beneficia personis indignis, & quem inuenerit culpabilem, post primam, & secundam correctionem, potest à collatione beneficiorum suspendere, & instituere personam prouidã, & honestam, quæ beneficia loco suspensi valeat conferre, prout latius disponitur in *Cap. graue nimis de preben.* vbi *DD.* omnes, & aduertit in his terminis *Quarant summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale num. 13. vers. debet à Concilio*; id etiam seruandum est cum Capitulis conferentibus beneficia indignis, vt in eodem *tex. cap. graue*, vbi secus deciditur cum Metropolitano, qui non potest à Concilio in tali casu suspẽdi, sed tantùm superiori denunciandum est.

2 Ad intelligentiam notandum est, quod indignus in his terminis is dicitur, qui habet defectus personæ, expressos in *Cap. cum in cunctis de elect.* vbi *Panormitan. §. Clerici nu. 6. & in cap. cum inter, il primo, num. 15. eod. tit. titul. Garz. de benef. par. 7. cap. 12. nu. 84.* Differunt tamen indignus, & nõ idoneus, prout probat *Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. q. princip. 10. art. 4. num. 3. & 32.*

3 Conferens autem beneficium Ecclesiasticum indigno, multas incurrit pęnas, de quibus per *Thes. in prax. Ecclesiast. 2.* verbo *beneficium cap. 10.* præcipuè priuatus est eo ipso facultate illud conferendi alteri idoneo, si collatio fuit facta indigno scienter; si verò ignoranter, vt quia inhabilitas prouisi erat occulta, non priuatur iure suo, & proinde poterit in eadem vacatione alteri idoneo idẽ beneficium conferre, *Cap. si electio de elect. in 6. Abb. in cap. 2. num. 16. de postul. Prælat. Rebuff. in prax. par. 1. cap. 16 num. 1. Buras. decis. 162. nu. 7. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 19. nu. 75.* Quam pęnam obligare in conscientiæ foro, etiam ante sententiam declaratoriam, refert *Thes. cit. loc. vers. vltim.*

4 Nota primò, quod licet in *tex. cit. cap. graue* dicatur, quod an Episcopi, vel capitula contulerint beneficia indignis, sit facienda diligens inquisitio, non tamen necessariũ est, quod istam inquisitionem præcedat fama, & seruentur solennia, de quibus in *Cap. qualiter, & quando de accusat.*; nam potest hæc inquisitio fieri, etiam sine fama, quia non agitur specialiter, vt de crimine pęna ordinaria imponatur, sed vt reddat subditus rationem de tali delicto, ac etiam quia

quia Concilium celebratur principaliter ad morum correctionem, ita docet *Goffr. & Innoc. in eod. cap. graue*, & latius *Anchar. num.* 13.

5 Nota secundò, quod Episcopo suspenso à collatione beneficiorũ ex causa supradicta, debet per Cõciliũ Prouinciale substitui idonea persona in collatione, vt in *cit. tex. cap graue*, vndè est, quod licèt Capitulum succedat in potestate conferendi, Prælato priuato per negligentiam, *Cap. 2. de concess. præb.* non tamen succedit Prælato suspenso à collatione propter delictum, nisi aliud in iure caueatur, facit *tex. in Cap. quia diuersitatem de concess. præb. & cap. 1. de supplen. negl. Prælat. in 6.* notat *Imol. in cit. cap. graue num.* 8.

6 Nota tertiò ex *eod. cit. tex. cap. graue*, quod Concilium Prouinciale habet potestatem puniendi delicta Prælatorum Prouinciæ, excepto Metropolitano, quia non habet potestatem illum corrigendi, sed tantùm eius delictum superiori denunciandi, quia Metropolitanus præest in Concilio, notant in *eod. tex. cap. graue Innoc. & Imol. num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale punit creantes Iudæos publicos officiales.*
Iudæi non creandi sũt officiales publici.
Iudæi vnde dicti sint.

2 *Officium publicum quodnam sit.*
Officium priuati hominis, cuius commodum ad singulos, & vniuersos pertinet, dicitur etiam publicum.
Officium publicum, & ciuile est idem.

3 *Iudæi nullum officium, aut dignitatem habere possunt, per quod Christianis molestia inferri possit.*
Iudæus non potest esse Aduocatus, neq; simplex Doctor.

4 *Iudæi non possunt esse Tabelliones, nec Tutores Christianorum, & alia ipsis prohibentur.*
Iudæi possunt esse medici priuatorum sine gradu.
Iudæi non possunt esse officiales inter Christianos, secus inter ipsosmet Iudæos.

ARGVMENTVM.

Iudæi officia publica habere nequeunt, & Concilium Prouinciale punit promouentes illos ad hæc.

CAP. LVIII.

1 INter alias Concilij Prouincialis potestates connumeratur illa, quod possit corripere eum, qui Iudæum publicis officis præponit, iuxta dispositionem *Cap. cum sit de Iudæis*, vbi *DD.* cõmuniter, notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Conciliũ Prouinciale num. 13. in fin. vers. per Concilium*, pro intelligentia præmittendũ est, quod Iudæi à Iuda filio Iacob dicti sunt, qui fuit vnus ex duodecim Patriarchis, quia de stirpe eius regnum veniebat Iudæis, de quibus in *rub. C. de Iud.* refert *Scard. in suo lexic iurid. lit. I.* verbo *Iudæi fol.* 502.

2 Dicitur officium publicum, quod propter publicam vtilitatem introductum est, non solùm illud, quod in administratione Reipublicæ consistit iuxta *l. honor municipalis §. munus publ. ff. de munerib.* Sed etiam illud priuati hominis, ex quo commodum ad singulos, vniuersosq; ciues pertinet, ita scribit *Pomponius in l. pupillus. §. munus ff. de verb. signif.* Nec differt munus publicum à ciuili, iuxta veriorem sententiam deductã ex verbis *Aur. Arcady in l. final. cit. titul. de numerib. & honorib.* Vndè apparet *Vlp. in l. 2. de regul. iur.* non discriminis, sed magis declarandi causa dixisse fęminas remoueri ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis.

3 Iudæi igitur priuati sunt omnibus dignitatibus, & officijs publicis, deducitur non solùm ex *cit. tex. cap. cum sit,*

sit, sed deciditur in *l. vltima C. de Iudæis*; imo & quocunq; commercio, & officio, per quod Christianis posset aliquod grauamen inferri, *Cap. vltimo eod. titul. de Iudæ.* vbi *Abb. not. ab.* 1. Hinc non possunt esse Aduocati, neque Publicani, *Ioan. de Platea in l. probatorias C. de diuers. off. lib.* 12. *& in l. omnes* 3. *C. de decur. lib.* 10. Nec Doctores, ita *Bart. in l. vltima in fin. C. de postul. Fel. in cap.* 1. *col.* 2. *vers.* 2. *limita de Iudæ.* quod procedit etiam, si vellet esse tantùm aduocatus, vel simplex Doctor, & nollet legere, *Abb. in cap. proposuisti col. vltim.* de *probat.*

4 Item Iudæi non possunt esse Tabelliones, ita *Ias. in rub. ff. de iust. & iur. col.* 1. *vers. similiter*; quod intelligendum est inter Christianos, secus inter ipsos Iudæos: Nec secundum aliquos possunt esse tutores Christianorum, *Ias. in rub. de iust.* & *iur.* Nec etiam possunt esse Medici graduati, aut Principis, quia dicerentur habere dignitatem secundum *Bart. in l.* 1. *C. de Comit. & Arch. lib.* 12. Possunt tamen esse Medici priuatorum, & sine gradu, ita *Ana. in rub. de Iudæ.* Vulterius dicit *Host. in cap. cum sit nimis nu.* 2. *de Iudæ.* quod Iudæis prohibetur officium publicum, sicut est balliuia, ministralia, gastaldionatus, vicedominatus, vel leuare pedagiũ; sed prædicta intellige, vt non possint Iudæi habere officia publica, & dignitates inter Christianos, secus inter ipsos Iudæos, & ita intelligitur *l. generaliter* §. *final. ff. de decur.* & docet *Abb. in eod. cit. cap. cum sit num.* 1. ratio huius prohibitionis adducitur *eod. tex.* nempè quia Iudæi Christianis plurimum sunt infesti, vbi *Mar. Socin. num.* 4. addit aliam rationem, ne filijs liberæ, filijs famulentur ancillæ.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale potest excommunicare.*

2 *Censuram reseruatam non absoluit, nisi is, cui est reseruata.*

3 *Censuram Concilij Prouincialis non reseruatam, Metropolitanus, et quilibet Ordinarius absoluere potest.*

Censura Concilij Prouincialis per modum statuti absoluitur à quolibet Ordinario, non sic, si per modum sententia.

4 *Censura lata à Concilio Prouinciali non reseruata, etiam à quolibet Parocho absolui potest in foro conscientia.*

5 *Censura lata à Concilio Prouinciali absoluitur à Sacerdote approbato in actu Sacerdotalis absolutionis, & respectu quorum.*

6 *Suspensio lata à Concilio Prouinciali, à quibus absolui possit.*

7 *Suspensio lata à Concilio Prouinciali, an absoluibilis à Parocho sit, vel alio Sacerdote approbato.*

8 *Interdictum latum à Concilio Prouinciali, à quo auferibile sit.*

ARGVMENTVM.

Excommunicatio, suspensio, & interdictum à Concilio Prouinciali inferibilia, à quo nam auferri possint.

CAP. LIX.

1 Concilium Prouinciale potest ferre censuras, prout communiter notant *DD. ad tex. in cap. graue de prabend.* aduertit *Vgol. de censur. tab.* 1. *cap.* 6. *num.* 2.

2 Quæritur hic quis possit absoluere à censuris à Concilio Prouinciali latis; respondeo, quando censuræ fuerunt reseruatæ, certum est nõ posse absolui, nisi ab eo, cui fuerunt reseruatæ; quando verò non fuerunt reseruatæ, & tunc

3 Dicendum est primò de excommunicatione; à qua potest quando non est reseruata absoluere in foro

fori

fori, nō solùm Archiepiscopus caput Concilij, sed quilibet alius Ordinarius, & ita concludunt communiter in *cit. cap. graue*, aduertit *Henriq. Bot. de Synod. Episcopi par. 2. art. 5. concl. vnica num. 2. Quarãt. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale nu. 15.* qui post *Card. Alex in cap. propter il 2. 18. dist. num. 2.* dicit, quod si excommunicatio est lata per Concilium per modum statuti, procedit posita opinio, quod possit absolui; secus tamen est, si fuit lata per modum sententiæ; tunc enim non potest absolui, nisi de mandato ipsius Concilij: Ratio supra firmatæ sententiæ est, quia quod cōditor Canonis sibi specialiter non reseruat, eo ipso concessisse videtur alijs facultatem relaxandi, *Cap. nuper §. in secundò verò de sentent. excomm.*

4 Ampliatur primò eadem conclusio, quod ab excommunicatione lata à Concilio Prouinciali, & non reseruata possit in foro cōscientiæ absoluere non solùm Metropolitanus, vel suffraganeus, vt supra, sed etiam Parochus suos Parochianos, *cit. cap. nuper*, vbi *Barbos. in suis collect. num. 12. Gutt. canon. qq. q. 1. lib. 1. cap. 6. nu. 1. Mart. de iurisd. par. 3. cap. 19. nu. 7. & seqq.* quod vlterius ampliatur, etiam extra Sacramentum confessionis, & etiam si Parochus Sacerdos, adhuc non sit, *Vgol. de censur. titul. de excomm. minor. tab. 3. cap. 3. §. 2. num. 2. Barbos. cit. cap. nuper num. 13.*

5 Ampliatur secundò, vt possit absoluere in eodem foro ab excōmunicatione non reseruata, etiam simplex Sacerdos confessarius approbatus eos, quorum respectu est approbatus, *cit. cap. nuper*, vbi *Barbos. n. 13. in fin.* quod verum est in actu Sacramentalis confessionis, cùm hæc iurisdictio illi competat in ordine ad Sacramentum pœnitentiæ, ita *Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. pūct. 6. n. 7. cum alleg.* licèt sint, qui teneant, quod confessarius habens priuilegium à Sede Apostolica absoluendi quoscunque à censuris, & casibus, & cæt. pro foro conscientiæ, possit absoluere etiam extra Sacramentalem cōfessionem in eodem foro, quia opinio contraria est tutior, & in praxi receptior, prout testatur *Thes. in prax. Eccles. par. 1. cap. 24. ampl. 2. in fin.*

6 Dicendum est secundò de suspēsione, quod suspensio lata per Concilium Prouinciale, & non reseruata potest absolui, nō solùm à Metropolitano, sed etiam ab Episcopo, seù Prælato, vel eius Vicario in vtroque foro, maximè si lata sit ob contumaciam, probatur ex *cit. cap. nuper*, vbi DD. omnes magis communiter, *Sanchez de matrim. disp. 52. num. 2. lib. 3. Sbroz. de off. Vic. q. 184. num. 4.*

7 Dubitatur, an possit Parochus, vel alius Sacerdos approbatus absoluere à suspensione non reseruata. Et respondent nonnulli affirmatiuè, ita *Vival. titul. de susp. nu. 31. Bonac. disp. 1. q. 3. punct. 1. num. 9. Coninch. disp. 13. num. 30. Filiuc. tract. 17. nu. 68. & 70.* & hæc sententia est probabilis: Alij verò, & magis communiter tenent, id posse Parochum, vel alium confessarium approbatum, nisi id ei cōpetat aliundè ex priuilegio, quia absolutio à suspensione non pertinet necessariò ad forum Sacramentale, ita *Suar. de censur. disp. 29. sect. 2. Sayr. lib. 5. cap. 15. num. 22. Laym. lib. 1. tract. de susp. cap. 4. num. 2. Tanner, tom. 4. disp. 6. num. 142.*

8 Dicendum est tertiò de Interdicto, quod si non sit reseruatum, nec per sententiam latam, nec ad tempus, possit ab Episcopo, seù alio Prælato, vel Vicario absolui in vtroque foro, prout de communi testatur *Sayr. de censur. lib. 5. cap. 15. num. 14. Sbroz. de off. Vicar. q. 185. nu. 2.* quod verum est, tam in interdicto locali, quam personali, vel particulari, siuè generali, vt probatur in *cit. cap. nuper*, docent *Auila par. 5. disp. 4. dub. 1. cōcl. 8. Laym. lib. 1. tract. de interd. cap. 5. num. 1.* & alij.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale recusari potest vti suspectum, & quando.*

2 *Concilium Prouinciale recusari potest vti suspectum, etsi solum caput sit tale, & quando.*

3 *Concilium Prouinciale suspectum allegari potest si præsidentes sint tales, etsi vti assessores nō Iudices existāt. Index dicitur suspectus, non amoto suspecto assessore.*

4 *Concilium Prouinciale allegatur suspectum accedēte iusta causa; et quanam sint causæ.*

ARGVMENTVM.

Concilium Prouinciale vti suspectum recusabile est, & quando.

CAP. LX.

1 HIc obseruandum est, quod Cōcilium Prouinciale ob iustam suspicionis causam recusari, & allegari potest suspectum; & probatur per *tex.in cap.quod suspect.3.q.5.* in quo totum Conciliū fuit recusatum, docent Panormitan. *Fel. Rip.* & alij communiter contra *gl in cap. 1. de iud.Specul.titul.de requisit. consil.num. 3.in princip.Cald.consil. 6. de appellat. Franc.in cap.postremò vers.8. & vltimo, & in cap.cum speciali vers. decimò quaritur de appellat.* probat *Menoch. consil.94.num.5.Nauar.consil.1.de appellat.tom.1.Quarant.summ.Bull.*verbo *Concil. Prouinciale num. 12. vers. trigesimoquintò quaro, Boer. q. 269.* Quod quidem verū est, quando manifestè constat de iusta causa recusationis, aliàs præsumeretur contra allegātem tot iudices suspectos, iuxta doctrinam *Bal.in l. hoc modo ff. de condit.& demonstr. Ias.in l. apertissimi num.10.C.de iud.Ripa cit.cap.1. num. 40.vers. intellige istam, Capyc. decis. 138.num.6.& 7.Scacc.de appellat. lib. 3.cap.2.q.16.limit.1.num.16.*

2 Ampliatur primò proposita conclusio, vt possit Concilium Prouinciale suspectum recusari, etiam si solum caput Concilij esset suspectum; quia tunc totum Concilium potest dici suspectum: probant communiter DD.per sententiam *Bal.in l.1.C. si rector Prouin.DD.in cit.cap. 1. de iud.*præsertim *Ripa num.41. & Boer. num.113.Alex.consil.40.num. 2.lib.2.* Sed hæc ampliatio verius declaratur, quod aut caput Concilij ab illo amoueri non potest, quin totum Cōcilium amoueatur, & tunc proposita conclusio vera est, aut caput Concilij amoueri potest Concilio ipso subsistente, & tunc si caput est suspectū, non tamen suspectum reddit totum Concilium; quandoquidem potest illud caput amoueri, & illius loco aliud subrogari, docet *Rip.cit.nu.41. in fin.*& sequitur *Prosp. de August. ad Quarant.cit.loc.vers.de qua.*

3 Ampliatur secundò, vt allegari possit suspectum Concilium Prouinciale, etiam si soli Præsidentes suspecti essent, docet *Rip.cit.loc.nu.42.* Quod quidem verum intelligunt, quando Præsidentes prædicti sunt in Concilio, tanquam Iudices, seù Coniudices, secus si vt assessores: Sed verius dicendum est etiā, quod Præsidentes sint in Concilio, tanquam assessores, adhuc si suspecti sunt, totum Concilium suspectum redditur; & probatur apertè, quia iudex dicitur suspectus non amoto suspecto assessore, ita *Abb.in cap.1.num. 14. de ind.*vbi etiam *Dec.1.lect.nu.15. vers. item dum Abbas,Rip.cit. loc. num. 43.* qui testatur de cōmuni, *Genuēs.*verò in hoc casu *in prax.cap.71.n.7.* dicit in tribus casibus Cōcilium Prouinciale posse allegari suspectum.

4 Diximus Concilium Prouinciale posse allegari suspectum concurrente iusta causa, Causæ verò iustæ suspicionis multæ sunt, quas recēsent *Specul.titul.de iudic.deleg. §. superest vers.item,Marāt.in prax.par. 6.de appellat.num.27.& seqq.*& alij.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est interponibilis à sententia Concilij Prouincialis ad S. Pontificem.*

2 *Appellatio à sententia Concilij Prouincialis interponibilis est ad Concilium Generale.*

3 *Appellatio à Concilio Prouinciali interponibilis est ad S. Pontificem omisso medio.*

4 *Appellatio interponibilis est à Concilij Prouincialis sententia, et à quali.*

ARGVMENTVM.

A Concilij Prouincialis sententia appellabilis est, & qualis, & ad quem.

CAP. LXI.

1 A Sententia Concilij Prouincialis dari appellationem, certum est apud omnes, & appellatur ad Summum Pontificem, *Cap. sicut excellẽtiam* 13.q.4. *Card. Alex. in rub. de appellat sub num.* 34. *vers. sed quid in fin.* & alij, quos refert, & sequitur *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concil. Prouinciale num.* 12. *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 8. *num.* 100.

2 Appellari etiam potest à Concilij Prouincialis sententia ad Concilium Generale, probat *Nauar. consil.* 3. *de appellat. nu.* 2. *arg. totius titul. ff. à quibus appellari non licet, & tit. quis, et à quo appelletur, & arg. gl. singularis*, quæ vltima est *l. qui restituere ff. de rei vend.*

3 Ampliatur suprapposita conclusio, vt .s. possit à Cõcilio Prouinciali ad Papam appellari, procedere etiam omisso medio, communis enim est regula, ad Papam appellari posse omisso medio, *Scacc. cis. loc. ampliat.* 1. *& q.* 7. *lim.* 4. *num.* 46.

4 Declara supradicta, dari .s. appellationem à sententia Concilij Prouincialis ad Papam, vel Concilium Generale, procedere dummodo appelletur à sententia diffinitiua, vel ab habente vim diffinitiuæ, vel cuius grauamen per diffinitiuam reparari non potest, iuxta terminos *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 20. *Nouar. cit. consil.* 3. *num.* 2. quæ dicatur sententia diffinitiua, quæ Interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, & quæ illa, quæ continet grauamen, quod per diffinitiuam reparari non potest, dicendum est inferius hic, cùm de appellatione à suffraganeo ad Metropolitanum, & dixi in *prax. annot.* 8. *S.* 1. *num.* 2. *& seqq.* declarat quoq; *Nouar. in suis concl. nou. iur. Pont. f. titul. de appellat. concl.* 1, aliàs 31. *num.* 2. *& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Concilij Prouincialis tempus durationis est vna hebdomada, protrahibilis tamen.*

2 *Concilij Prouincialis constitutiones nõ obligant extra Prouinciam.*

3 *Cõcilij Prouincialis constitutiones, nisi publicentur non obligant, & intra quantum tempus publicandæ sint, & quomodo.*

ARGVMENTVM.

Tempus intra quod finiri debeat, & publicari Concilium Prouinciale, & de obligatione obseruandi illud.

CAP. LXII.

1 NOtari solet in hac materia de tempore, quo durare debet Concilium Prouinciale, & publicãdarum constitutionum, illarumque obseruantia; & quidem dicunt DD. quod finiri debeat infra vnam hebdomadam, tanto enim tẽpore durare debere, probãt DD. ex *Cap. propter Ecclesiasticas* 3. *dist.* 18. vbi *Praeposit. Me-*

Mediolan.num. 2. *Quarãt.summ.* Bull. verbo *Concil.Prouinciale nu.* 14. qui etiam addunt, quod propter iustam causã potest vlterius differri propter imminentia negotia, *Genuens.in prax.cap.* 71.*num.* 6.

2 Constitutiones autem Cõcilij Prouincialis non obligant extra Prouinciam, nec extra eam faciunt legem, prout declarasse *Sacr. Congreg. Concil.* referunt *Sell.select.canon. cap.* 80.*num.*16.*& Barbos.summ.Apost.decis.* verbo *Concilium Prouinciale nu.* 3.

3 Immò nec obligant ante publicationem, prout regulare est in qualiber constitutione: renentur tamen singuli Episcopi publicare constitutiones prædictas in suis Diœcesibus infra sex menses, *Quarant. cit. loc. vers.trigesimononò quæro*, *Genuens.in prax cap.* mihi 71.*num.* 5. Et hæc publicatio debet fieri de totali constitutione, & illa plenissimè proferri; non enim sufficeret partem eius legi, seù summarium ipsius, sed tota legenda est, prout notat *Prepos. Mediolan.in cap.vltimo num.*3. 18.*dist.*

SVMMARIVM.

1 *Visitare potest Metropolitanus totam Prouinciam.*

2 *Visitat Metropolitanus Prouinciam plenè visitata Diœcesi ex Tridentino.*

3 *Visitata plenè quando dicatur Diœcesis Metropolitani.*

Visitata plenè dicitur Diœcesis, etsi aliqua pars inuisitata rationabiliter remaneat.

4 *Visitanda est Prouincia causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali.*

5 *Visitatione Prouinciæ incœpta, an sit explebilis visitatio Diœcesis.*

Visitatio propria Diœcesis explebilis est, etiam incœpta visitatione Prouinciæ, & quando.

6 *Visitatio partis Prouincia non est reiterabilis.*

7 *Visitatione totius Prouincia non completa, an Archiepiscopus ad partem inuisitatã intermissam redire possit.*

8 *Visitata tota Diœcesi, Archiepiscopus visitat Prouinciam, & quando dicatur tota Ecclesia visitata &c.*

ARGVMENTVM.

De visitatione Prouinciæ faciẽda per Archiepiscopum causa cognita in Concilio Prouinciali, deq; ordine visitandi.

CAP. LXIII.

1 Inter iura, & iurisdictiones Archiepiscopi habentur hæc communiter, quod Archiepiscopus Metropolitanus possit totam suam Prouinciam visitare, deciditur in *tex.in cap. cum Apostolicus*, vbi *gl.* verbo *Archiepiscopi cap.sopita, & cap.super eo de cẽsib.cap cum ex officys de præscript. cap.* 1.*& fin.de censib.in* 6.*Concil.Trident. sess.*24.*de ref.cap.*3. notant *Pauin.de visitation.*1.*par.q.*2.*Fusc.eod.tract. de visit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.*11.*Quarant. summ.Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.*33.*auctoritas*, *Genuens. in prax.cap.*70.*num.*9. *Henriq. in summ. lib.* 11. *cap.* 3. §. 5.*Merol.*3.*par disp.* 8. *cap.*5.*dub.*22.*nu.*16.*Barbos. de iure Eccles.lib.*1.*cap.*7.*nu.*88. & alij communiter.

2 Sed hæc auctoritas concessa Archiepiscopo visitandi Prouinciam à iure communi simpliciter, moderatur per *Concil.Trid.cit.cap.*3. vt nõ possit Archiepiscopus id facere, nisi postquam plenè visitauerit propriã Diœcesim, & non nisi causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, ita *Concil.Trid.* notant communiter DD.

3 Quæri hìc potest, quando dicatur Archiepiscopus plenè visitasse suam Diœcesim.

Respondetur considerando particulam illam, plenè; plenum enim

dicitur, in quo nihil desideratur, *arg. Lex facto in princip. ff. vulg. & pupill.* vndè est, quod quando nulla Ecclesia remanet non visitata in Diœcesi, dicitur illa plenè visitata, quod intellige, dummodo omnes commodè visitari potuerint, quia si aliqua Ecclesia secure visitari non potuit, adhuc dicitur tota Diœcesis plenè visitata, quia ad impossibile nemo tenetur, *Pauin. de visit. 1. par. q. 7. nu. 9.* vbi post *Host.* addit, quod etsi duæ, vel tres Ecclesiæ remaneant visitandæ, adhuc dicitur Diœcesis plenè visitata, ac etiam in his inspiciendū esse modum regionis per *tex. in l. 1. §. personaliter ff. de ventr. inspic.* & melius post *Innoc.* id totum remitti iudicis arbitrio, *gl. in cap. Romana* verbo *plenè de censib.*

4 Quæri etiam potest, quando dicatur causa cognita, & probata in Cōcilio Prouinciali: Et respondetur tunc dici, quando proposita causa, idest, an expediat Prouinciam visitare, in Concilio, fuit per idem Concilium deliberatum, ac iudicatum, esse visitandā, *arg. l. ... ff. de in integr. restit. & l. si ex plagis §. in cliuo ff. ad leg. Aquil.*

5 Dubitatur, si Archiepiscopus non plenè visitata sua propria Diœcesi transiuit ad visitandam Prouinciam, quam visitare cepit, an non finita visitatione Prouinciæ possit redire ad finiēdam visitationem suæ Diœcesis: Et quidem dicendum est posse, dummodo tamen infra eundem annum non redeat, deinde ad visitandam Prouinciam, & illam partem, quam prius visitauerat, ne pars visitata iterum grauetur contra disposita in *tex. in cap. Romana vers. ex quo de censib. in 6.*

6 Similiter ex quo Archiepiscopus aliquam de Diœcesi suffraganeorum visitare cepit, antequam postea, siuè totam, siuè partem eius visitauerit, reuerti non potest causa visitationis ad illam priusq; omnes reliquiæ ipsius Prouinciæ in toto, vel in parte, quas statim visitare poterit, fuerint visitatæ ad *tex. in cit. cap. Romana vers. ex quo*, ne illa Diœcesis grauetur, & ne aliorum visitatio negligatur, & cùm quæ cepta sint finiri debeāt *l. Cordi. C. de emend. inst. Cod. l. vltima §. final. ad Syllan. cap. super litteris de rescript.*

7 Item si Archiepiscopus non compleuit visitationem omnium Diœcesum suffraganearum suarum, non potest redire ad visitandum partem alicuius Diœcesis intermissam, nisi fortè illa pars intermissa indigeret plus alijs visitari aliquo casu superueniente, vel ex antiquo, prout latius post *Ioan. Monach. in cap. Romana num. 11. de censib. in 6.* notat *Pauin. de visitationib. 1. par. q. 7. nu. 14.*

8 Visitata igitur per Archiepiscopū tota sua Diœcesi, idest capitulo Ciuitatis, & Diœcesis, Ecclesijs maioribus, & minoribus locis pijs, clericisq; potest Prouincia visitari, iuxta decisa in *cit. cap. Romana*, vbi omnes.

SVMMARIVM.

1 *Visitare debet Archiepiscopus quascunque Prouinciæ Ecclesias.*
2 *Visitare debet Archiepiscopus Hospitalia, & alia loca pia Prouinciæ solita visitari per Ordinarium.*
3 *Visitare debet Archiepiscopus Monasteria monialium Prouinciæ.*
4 *Visitare debet Archiepiscopus Clerum Prouinciæ, & Populum.*
Visitare, quæ debeat Archiepiscopus in Prouincia, ad tex. in Cap. Romana §. sanè de censibus.
5 *Visitando prædicat Archiepiscopus per se, vel per alium.*
6 *Visitare debet Archiepiscopus spectātia ad mores, vitam, & officium ministrantium.*
7 *Visitando Archiepiscopus non debet testes examinare cum iuramento.*
8 *Visitando Archiepiscopus punire potest, & quando.*
9 *Notorium crimen quodnam dicatur.*
10 *Notorium triplex, præsumptionis, Iuris, & facti.*

No-

Notorium præsumptionis est, quod præsumitur absq; probatione.

11 *Notorium iuris sit aliquod, quod per confessionem, vel sententiam Iudicis patefit.*

12 *Notorium facti quodnam sit.*
Notorium facti triplex.

13 *Notorium crimen punibile per Archiepiscopū in visitatione Prouinciæ, dicitur, quod probatione non indiget.*

14 *Notorium crimen, si dubitetur esse tale, an in visitatione cognoscatur per Archiepiscopum.*
Notorium non est necessè, quod toti populo sit notum.

15 *Crimina non notoria non punit Archiepiscopus in visitatione Prouinciæ, sed denunciat Ordinario.*

16 *Crimina non notoria, si Ordinarius certioratus ab Archiepiscopo non puniat, an iurisdictio deuoluatur ad Archiepiscopum.*

ARGVMENTVM.

Visitare quæ debeat Archiepiscopus in Prouincia, & de criminibus notorijs, & non notorijs punibilibus necnè.

CAP. LXIV.

1 Archiepiscopus visitando Prouinciam, vt supra, visitat omnes Ecclesias Prouinciæ, & suffraganeorum, non solùm maiores, sed etiā minores, & quamlibet Parochiam, etiam minutam, prout aduertit *Pauin. de visit. 1. par. q. 3. num. 30.*

2 Item Archiepiscopus visitat hospitalia, & alia pia loca Prouinciæ, quæ Ordinarius visitare solet, iuxta determinationem *Clem. quia contigit de relig. domib.* exceptis tamen grancijs, de quibus in *Cap. fin. de censib.* & exceptis hospitalibus militantium omnium ordinum, aut religiosorum aliorum, qui solùm per superiores eorum cogi possunt, *cit. clem quia cōtingit §. præmisso*, ac exceptis etiam locis specialiter exceptis per priuilegium, *Cap. cum instantia de censib.*

3 Item visitat Monasteria monialiū suæ Prouinciæ, *Clem. 2. de stat. regul. Pauin.* vbi supra *num. 31. & seqq.* vbi multa circa quę debeat Prelatus visitans in monialibus attendere.

4 Similiter Archiepiscopus visitat omnem populum, & Clerum sibi subiectum in Prouincia, prout idem *Pauin.* aduertit *cit. loc. num. 25.* latius *Felic. de visit. lib. 1. titul. 1. vers. personæ*, vbi omnes personas visitationi subiectas enumerat, & *titul. 2* obseruat, quæ visitanda sunt in personis ecclesiasticis: Prædicta omnia, quæ visitat Archiepiscopus habentur in *cit. cap. Romana §. deinde de censib. in 6.* ibi, *Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum capitula, & monasteria Ecclesias, et alia religiosa, & pia loca, Cleros, & populos liberè visitando*, ita tex. quę debeat obseruare Archiepiscopus in visitatione capituli Cathedralis, vide *Fusc. de visit. lib. 1. cap. 15.* per totum: quæ in visitatione Monasteriorum vide apud eundem *eod. tract. lib. 2. cap. 15. & 18.* & quæ in visitatione locorum, & personarum vide apud *Felician. cit. tract. de visit. lib. 1.* de his etiam apud *Pauin. in simili tractatu*, & quia prædicta sunt generalia de Episcopis, & Archiepiscopis, possunt liberè prætermitti, cùm peculiaria in materia Archiepiscoporū inquiramus. Peculiaria quæ debet Archiepiscopus in sua visitationē inquirere habes in *d. cap Romana §. sane de censib. in 6.* his verbis. *Sane huiusmodi impensurus officium proposito verbo Dei, quærat de vita, & conuersatione ministrantium in Ecclesijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cæteris, quæ ad officium ipsum spectant absque coactione, & exactione qualibet iuramenti, ad ipsorum emendationem, per salubria monita, nunc leuia, nunc aspera, iuxta datam sibi à Deo prudentiam diligenter intendens. Quod si de aliquibus orta fuerit infamia contra eos, ordinarys ipsorum, vt super his solenni-*

 ter

ter inquirat, denunciet, si viderit expedire. Notoria verò crimina, quæ examinatione non egeant, cùm super his meritò notari possit ordinariorum negligentia eorundem, liberè corrigat pœnam pro illis debitam infligenda, ita tex. pro cuius intelligentia.

5 Nota primò ad verba illa, *proposito verbo Dei*, quod Archiepiscopus visitans debet prædicare populo, & hoc potest per se ipsum, vel per aliũ facere secundum *Ioan. And.* quem refert, & sequitur *Franc. in cap. Romana cit. §. sane in princip.*

6 Nota secundò, quod Archiepiscopus visitans Prouinciam, in visitatione inquirit de vita, & conuersatione ministrantium, idest de vita, & moribus Ecclesiasticorum: quæ in hoc obseruari debeât, vide latè adducta per *Felician. de visit. lib. 2.* per totum, *Pauin. simili tract. 2. par. q. 7. & seqq.* & alios: Et non solùm mores, & vitam Ecclesiasticorum, sed etiam ea, quæ ad eorundem officium spectant visitat Archiepiscopus, vt in propositis verbis *tex. cap. Romana §. sane.*

7 Nota tertiò ad illa verba, *absque exactione, & exactione qualibet iuramenti*, quod Archiepiscopus visitans, ac inquirens de vita, & moribus ministrantium, vt supra, non debet testes examinare cum iuramento, prout sonant dicta verba *tex.* vbi DD. omnes, licèt aliàs testis non iuratus, minimè fidem faciat.

8 Nota quartò ad illa verba, *ad ipsorum emendationem, per salubria monita, & cæt.* quod Archiepiscopus visitans, non solùm admonet, sed etiam quandoque cogit, & punit: aliàs enim delusoria esset potestas, vel iurisdictio visitandi, si nullam coercitionem haberet, *Cap. ex litteris de off. deleg.* quod quidem intelligendum est de criminibus notorijs, hæc enim tantùm punit, & corrigit Archiepiscopus visitans, iuxta disposita in *cit. §. sane*, ibi, *notoria verò, & c.*

9 Ad intelligentiam prædictorum, videndum est, quando crimina dicatur notoria: Et quidem notorium, vt *Alciat.* dicit *lib. 1. de verb. signif.* voce insolenti, & minus proba nostrates vocant id, quod palam constat, cùm veteres notorium pro denunciatione facinoris acceperint.

10 Notorium autem hoc triplex est, præsumptionis, iuris, & facti: notorium præsumptionis dicitur, quod est de euidentia iuris vehemẽtis præsumptum, vt paternitas filiatio, vbi non requiritur alia probatio, *Cap. quoniam de fil. presb.* nam hoc, quod quis sit alicuius filius, non potest verè probari *l. Lucius ff. de cõd. dem.* vndè filius est, quem nuptiæ demonstrant *l. quia semper ff. de in ius vocãd.* nam si vir, & vxor aliquem infantem nutriunt, & dicunt eum filium eorum esse, tunc præsumitur eorum filius; est ergo notorium, præsumptionis euidentia rei euidenter à iure præsumpta.

11 Notorium iuris, est clara iudicialis cõfessio, inconuincibilis probatio, & irretractabilis diffinitio, de quo, scilicèt, notorio quis damnatus est, vel in iure confessus, & sic illud est duplex, videlicet per confessionem factam in iure, & per sententiã iudicis, vt in *Cap. vestra de cohabit. Cler. & mul.*

12 Notorium facti, scilicet quod cõmissum, vel factum non dubitatur à populo, vel maiori parte populi, & per euidentiam rei nulla potest tergiuersatione celari, nec oportet omnes circumstantias facti esse notorias, vt in *Cap. vltimo de cohab. Cler. & mul. Cap. cum dilectus de purgat. Canon. in fin. Cap. de manifesta 2. q. 1.* Et hoc est triplex secundum triplicem distinctionem facti: quoddam .n. est facti permanentis, & continui, aliud facti transeuntis, tertium est facti interpellati.

13 In his terminis dicunt DD. notorium dici, quod non indiget probatione ex verbis eiusdem *tex.* dicẽtis, *notoria verò crimina, quæ examinatione*

tione non egeant, &c. Franc. in eod. §. *sane num.* 3. vbi *Add. lit. A.* aduertit, quod notorium plus in se habet, quam publicum ex *Cor. consil.* 44. *lib.* 4. Crimina enim, quæ ita sūt notoria, vt probatione non indigeāt, Archiepiscopus visitans punit, ea ratione, quia in his imputari potest Ordinarij negligentia, vt in *cit.* §. *sane.*

14 Quæro si dubitetur, an crimen sit notorium, vtrum possit Archiepiscopus cognoscere. Et respondetur affirmatiuè; potest enim Archiepiscopus in tali casu cognoscere, an crimen sit notorium, & an sua sit iurisdictio puniendi, & pronunciare, vt post *Ioan. And.* notat *Franc. cit. nu.* 3. Ad quod aduertendum est, quod cū notorium sit, cuius testis est populus, vt benè aduertit *Io. Andr. in cit. cap. Romana num.* 5. non requiritur, quod notorium sit toti populo, sed sufficit, si maiori parti populi notorium sit, vt benè *Io. And. cit. loc.*

15 Crimina verò non notoria, sed de quibus orta est aliqua infamia contra aliquos, Archiepiscopus visitando nō cognoscit, & punit, sed solùm denunciat Ordinario, vt super illis solenniter inquirat, si id expedire videbitur, ita *tex. in cit.* §. *sane*, vbi *gl.* verbo *de aliquibus*, ad cuius Archiepiscopi denunciationem debet Ordinarius inquirere, prout notat in *eod.* § *sane sub num.* 2. *Franch.* Panin. *de visit. q.* 5. *par.* 2. *num.* 5.

16 Dubitatur, si Ordinarius, cui ab Archiepiscopo facta est talis denunciatio nollet inquirere, an propter negligentiam Ordinarij deuoluatur iurisdictio, & cognitio ad ipsum Archiepiscopum.

Respondetur duplicem esse in hoc casu sententiam DD. in *eod.* §. *sane*, vnam negatiuā, non deuolui s. iurisdictionem, & cognitionem, ea ratione, quod talis casus non sit expressus in iure, ita *Arch. & Innoc.* Alteram affirmatiuam, & probabiliorem, eadē ratione, de qua in eodem §. *sane*, vbi ideo datur Archiepiscopo visitanti facultas, & iurisdictio cognoscēdi de delictis notorijs, quia in his conuincitur negligentia Ordinarij; sed in casu proposito militat eadem ratio negligentiæ, quia Ordinarius interpellatus notatur negligens, ergo militat eadem iuris dispositio, nempè posse Archiepiscopum cognoscere, ita probat *Franch. in eod.* §. *sane sub num.* 2. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Visitare Prouinciam competit Archiepiscopo, etsi suffraganei non sint negligentes.*
Archiepiscopus non datur visitator in defectum suffraganeorum.
Particula, liberè, indicat aliquid posse fieri absq; negligentia alterius.

2 *Archiepiscopum non posse visitare, vel iterare visitationem, an possit fieri ex pacto, vel consuetudine.*

3 *Visitare potest Archiepiscopus* Prouin*ciam in concursu cum suffraganeo.*
Visitante Prouinciam *Archiepiscopo, & Episcopo, cuius sententia sit standum.*

4 *Visitans Archiepiscopus, an Episcopus sit recipiendus, si pro viribus vterq; non sit receptibilis, & quid si simul accedant.*

ARGVMENTVM.

Visitatio Prouinciæ competit Archiepiscopo, etiam non negligentibus Prælatis, & quid concurrentibus vtrisq;

CAP. LXV.

1 Archiepiscopo adeo competit cura, & sollicitudo Prouinciæ *Cap. Cleros* 21. *dist. cap. per singulas* 9. *q.* 3. vt ex sui debito possit illam visitare liberè, licèt in visitando eius suffraganei non sint negligentes, & nō solùm semel, sed pluries, deciditur

expressè in *Cap. perpetuò de censib. in 6.* in illis verbis *suam Prouinciam visitare liberè, licèt non sint eius suffraganei negligentes, & iterare visitationem eandem*, ita tex. vbi DD. communiter notant, Archiepiscopum nō dari visitatorem Prouinciæ in defectum suffraganeorum, sed accumulari, & probant cum particula illa *tex. liberè*, nā illud dicitur posse liberè exerceri, quod potest fieri negligentia alterius non expectata, ita *Franch. in cit. cap. perpetuò num. 1.*

2 Quæro, an pacto, vel consuetudine introduci possit, vt Archiepiscopus non possit visitare, vel iterare visitationem Prouinciæ.

Respondetur negatiuè, quia ius de visitando, vel visitatione iteranda est publicum auctoritate, & vtilitate, *Cap. si diligenti de for. compet.* aduertit *Io. And. in cit. cap. perpetuò nu. 2. de censib. in 6.* quicquid sit de procuratione, de qua infra; nisi in tali consuetudine inducēda Interueniat cōsensus Principis tacitus, vel expressus, vt ibidem dicit *Franch. n. 1. in fin.*

3 Dictum est, posse Archiepiscopū visitare Prouinciam, etiam si suffraganei negligentes non fuerint in visitando proprias Diœceses, ex quo etiam deducunt DD. posse Archiepiscopū simul cum suffraganeo concurrere in visitando, aduertit *Io. Monach. in cit. cap. Romana de censib. num. 3.* vbi aduertit, quod si Archiepiscopus, & Ordinarius discordāt in sententiando, standum est sententiæ, quæ reo est fauorabilior, *Franch. in cit. cap. Romana num. 3. Pauin. de visit. q. 4. prim. part. num. 14.*

4 Dubitatur quisnam sit recipiendus, si Ecclesia non possit simul recipere Archiepiscopum, & suffraganeum Ordinarium.

Respondetur, recipiendum esse primò venientem *l. 1. ff. de off. consul. cap. proposuisti de for. compet. arg. l. qui prior ff. de iud. cap. cùm autem de iurepatr. & cap. 1. de maior. & obed.* & optimè notat *Io. Monach. cit. loc. num. 5.* vbi *uers. quid si*, aduertit, quod si non appareat quis primò venit, tunc in dubio, præferendus sit Archiepiscopus, quia habet quandam specialitatem, quæ naturali iure præfertur, *arg. l. 1. ff. de regul. iur.* ita *Io. Monach.* testans alios contrarium sentire *Franch.* ibidem *cit. num. 3. Pauin. cit. loc. num. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Visitatio semel in anno facienda est de iure.*
Visitationem, si aliquando dicitur pluries in anno esse faciendam, quomodo intelligatur.

2 *Visitatio per Archiepiscopum iterabilis est in eodem anno tribus concurrentibus.*

3 *Visitare potest Archiepiscopus Prouinciam causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali ex Tridentino.*

4 *Visitationem Prouinciæ Archiepiscopus reiterās potest undelibet incipere.*

5 *Visitatio Prouinciæ explenda est infra annum.*

ARGVMENTVM.

Visitatio Prouinciæ semel in anno facienda, & quibus concurrentibus.

CAP. LXVI.

1 Generale est in visitatione, vt illa singulis annis semel tantùm fieri debeat, *Cap. conquerente de off. ordin. cap. Episcopum, & cap placuit 10. q. 1. cap. venerabilis de censib.* notat *Pauin. de visit. 1. par. q. 4. num. 1.* sic disponere omnia iura, tam antiqua, quam moderna, & vlterius addit, quod licèt videatur dispositum in diuersis locis, pluries in anno visitādum, id tamen intelligi verum, quādo emergit aliqua necessitas, prout intelligūtur *Cap. mādamus de off. Archiep. cap. regenda 10. q. 1. cap. si semel*

28.

28. q. 2. disponitur generaliter in Concil. Trident. sess. 24. de ref. general. cap. 3.

2 Dictum est Cap. praeced. in princip. Archiepiscopum posse iterare visitationem Prouinciae, quod intellige etiam in eodem anno, dummodo tria concurrant, primò, quod prius plenè visitauerit propriam Dioecesim; secundò causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, vt deciditur in cit. loc. Concil Trident. tertiò vt accedat consensus suffraganeorum, vt ex cit. cap. Romana.

3 Sed aduertendum est, quod in Cap. Romana §. postquam autem de censib. in 6. habetur, quod ad hoc, vt valeat Archiepiscopus visitationem Prouinciae reiterare, sufficit, quod adhibeat cõsilium suffraganeorum, nec requiritur, an ipsi consentiant, prout etiam id aduertunt DD. omnes, ibidem, & Pauin. de visitat. cit. q. 4. prim. par. num. 7. Verùm quoad hoc hodie post Concil. Trid. aliter dicendum est, cùm cit. cap. 3. disponat, quod ad hoc, vt Archiepiscopus valeat Prouinciã visitare concurrere debet causa nõ solùm cognita, sed etiam probata in Concilio Prouinciali; vnde non sufficit solùm consilium suffraganeorum.

4 Aduertendum est etiã, quod Archiepiscopus visitationem reiterãs, illas Ecclesias, eosq; Cleros, & populos prius visitat, qui non fuerant ab eo in prioribus visitati, nisi magis sit alijs visitationis officium opportunum, ita tex. in cit. §. postquam autem in fin. vbi gl. vers. visitati allegat rationem; quia isti praesumuntur magis indigere, ideo sunt primitus visitandi, & super tali opportunitate statur dicto Archiepiscopi, nec super hoc quaestio eidem referri potest, ita Pauin. cit. q. 4. num. 9.

5 Ex suprafirmatis, quod Archiepiscopus possit singulis annis Prouinciam visitare, deducitur visitationem absoluendam esse infra annum, sed id procedit quando commodè fieri potest; nam si Prouincia est ampla, Metropolitani iudicio remittitur tẽpus intra quod visitatio finiri debeat, faciunt dicta per Fusc. de visit. lib. 1. cap. 1. num. 12. & aliorum communiter.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio per Archiepiscopum est denũcianda loco Prouinciae visitandae.*

2 *Visitans Archiepiscopus non de facili laicis contra Clericos credere debet.*
Laici clericis semper infesti.

3 *Visitationem Prouinciae concedere debet Conc. Prouinciale.*

4 *Visitans Metropolitanus Prouinciam, ex praecedentium visitationum libris se instruere debet.*

5 *Visitans Metropolitanus, saltem duos secum habere debet probos viros ecclesiasticos.*

ARGVMENTVM.

Visitatio Prouinciae est denuncianda loco visitando, & eam praecedere debet Concilium Prouinciale, & est faciẽda per Archiepiscopum associatum.

CAP. LXVII.

1 Hic aduertendum est primò, quod Metropolitanus non debet accedere ad locum, & ad visitandos ex improuiso, sed exemplo Christi, qui perituri mundi mala denunciauit, vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint praescita l. obseruare ff. de off. procons. debet significare diem eius aduentus subditis, quos intendit visitare, notat Pauin. de visit. q. 5. prim. part. num. 1. & seq. qui post Spec. in titul. de inquis. §. quãdo autem vers. si verè aliquid, redarguit Praelatos contrarium facientes.

2 Inquirendo Metropolitanus visitator

tator non debet de facili credere laicis contra Clericos, nam sunt laici Clericis semper infesti, *Cap. laicos 2. q. 8. Cap. Clericis laicos de immut. Eccles. lib. 6.* Sed secretò cum aliquibus de Parochia fide dignis inquirere debet, nec debet passim recipere cartulas, quas quandoque rustici contra suos Rectores offerunt, *Cap. Sacerdotibus 11. q. 1. Pauin. loc. cit. nu. 6. & seq.*

3 Ante visitationem debet Metropolitanus conuocare Synodum Prouincialem de iure communi, quia sic disponunt generaliter in omnibus alijs visitatoribus, *Cap. sicut olim de accusat. Auth. de Sanctiss. Episcopis §. vt autem, Cap. cum sit nimis de iud.* notat *Pauin. cit. loc. nu. 7.* & habemus apertè ex *Concil. Trid sess. 24. de ref. cap. 3.* disponenre, non posse Metropolitanum Ptouinciam visitare, nisi causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, quod clarè indicat, prouincialem Synodum debere præcedere.

4 Aduertendum est secundò, quod Metropolitanus visitãs Prouinciam, debet prius perquirere, & examinare libros præteritarum visitationum, tàm per se factarum, quàm per prædecessores suos, vt ex illis valeat informari, si quid notatum est, quod indigeat emẽdatione, *arg. Cap. in singulis §. porrò de stat. monac. & cap. fin. vers. sequentes*, notat *Pauin. de visit. cit. q. 5. num. 29.*

5 Aduertendum est tertiò, quod Metropolitanus visitãs Prouinciam debet secum habere duos saltem probos viros ecclesiasticos expertos in huiusmodi visitationibus faciendis, *Cap. in singulis de stat. monac. Pauin.* vbi supra *nu. 31. & seqq.* vbi plura notat, qui visitatores in visitationes præparare debent.

SVMMARIVM.

1 *Visitans Archiepiscopus Prouinciam personaliter accedere debet. Oculus est arbiter certior aure.*
Visitans Archiepiscopus Prouinciam, ad aliquem locum personaliter non accedere permittitur ex causa.

2 *Visitans Metropolitanus, clerum vnius in alterius Diœcesi conuocare potest.*

3 *Visitans Metropolitanus potest in loco tuto vocare Clerum, si ad locum peculiarem accedere non valet.*

4 *Visitans Metropolitanus non excusatur accedere ad locum peculiarem ex causa paupertatis illius.*

ARGVMENTVM.

Metropolitanus visitãs Prouinciam personaliter accedere debet, nisi excusetur, & tunc vbi conuocet visitandos.

CAP. LXVIII.

1 Metropolitanus Prouinciam visitans debet sicut, & cæteri visitatores ad loca visitandorum accedere, & illic se personaliter conferre, *Cap. cum I, et A. de re iud. ibi, vt ad Ecclesiam personaliter accedentes*, quia res oculis subijcienda est, quoniam certior aure arbiter est oculus; *l. si irruptione ff. fin. regun. l. si quis C. eodem, cap. quia indicante de præscrip.* multùm enim operatur præsenria, *Cap. vltimo de off. deleg.* quod si id commodè, vel absque difficultate fieri non potest, quia locus visitationis non est de substãtia, sicut nec locus electionis, prout notat *Io. And. in Cap. Romana nu. 11. de censib. in 6.* tunc Metropolitanum ad vnum locũ congruum de pluribus locis, visitãdos vocare posse, deciditur expressis verbis in *cit. cap. Romana*, vbi DD. communiter.

2 Hinc posse Metropolitanum visitantem Prouinciam conuocare visitandos vnius Diœcesis in Diœcesi alterius suffraganei, quia quoad officium

ficium visitationis tota Prouincia fungitur, seu dicitur esse vna Diœcesis, defendit *Pauin. de visit. q. 6. prim. par. num.* 12. *&* 13. post *Host. Io. Monac. Io. And.* & alios, quos citat: quod intelligit idem *Pauin. eod. loc. num.* 4. dummodo locus sit honestus.

3 Hinc etiam posse Metropolitanũ visitantem conuocare visitandos in casu quo ad locum peculiarem accedere non valet, ad cameram, vel ad villam, vel aulam, vel aliam Ecclesiam Ciuitatis, vel locum, dummodo sit non solùm honestus, sed etiam tutus, & sufficiens ad omnes recipiendos, prout idem *Pauin. vbi supra* notat post *gl.* verbo *congruum in cit. cap. Romana.*

4 Nota, quod tenetur Metropolitanus quãdo potest, accedere ad loca visitanda, nec excusatur ex eo, quod locus sit pauper; paupertas enim non excusat ab accessu, sed proprijs stipendijs tenetur accedere, quia ad hoc ei fructus suæ Ecclesiæ dati sunt, vt suo muneri satisfaciat, prout aduertit *Io. And. in cit. cap. Romana num.* 11. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Visitans Archiepiscopus Prouinciam, confessiones subditorum suffraganei audire potest.*

2 *Visitans Archiepiscopus Prouinciam, licentiam audiendi confessiones alijs concedere potest.*
Visitans Archiepiscopus potest dare licentiam eligendi confessarium.

3 *Visitans Archiepiscopus potest absoluere à reseruatis suffraganeo.*

4 *Visitans Archiepiscopus potest suffraganei subditum absoluere à casibus concessis Episcopo à Tridentino.*

5 *Visitans Archiepiscopus, an dispenset cum subditis suffraganei, vbi duplex opinio.*

6 *Visitans Archiepiscopus non dispensat in foro exteriori cum subdito suffraganei.*
Metropolitanus dispensat cum subdito suffraganei, si is recusat, vel negligat, & ad eum prius remittitur.
Metropolitanus dispensat cum subdito suffraganei, si is amittat ius, vel sit suspectus, & quare.

7 *Visitans Archiepiscopus potest vota commutare.*

8 *Pœnitentiæ non debent esse nimis austera.*

ARGVMENTVM.

De potestate Archiepiscopi visitantis Prouinciam in absoluendo, & dispensando cum subdito suffraganei.

CAP. LXIX.

1 Potest Archiepiscopus dum visitat Prouinciam confessiones subditorum suffraganeorum audire, absoluere confitentes, eisq; pœnitentias iniungere salutares, prout deciditur in *Cap. vltimo* circa finem *de censib. in* 6. vbi DD. communiter, & notant etiam moderni, *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 33. *auctoritas, Genuens. in prax. cap.* 70. *num.* 9. *Pauin. de visit. q.* 3. 2. *part. num.* 1. *& seqq. Henriq. in summ. lib.* 2. *cap.* 3. §. 5. *Meroll.* 3. *part. disp.* 7. *cap.* 5. *dub.* 22. *num.* 568. *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 88.

2 Ampliatur primò proposita conclusio, posse Archiepiscopum visitãtem Prouinciam confessiones subditorum suffraganeorum audire, & absoluere; non solùm per se ipsum, sed etiam per alios, & sic posse licẽtiam dare prædictis eligendi confessarium, prout notat *Pauin. cit. loc. nu.* 1. *in fin. Valer. Reginal. in prax. for. pœnit. lib.* 1. *cap.* 34. *Molf. in summ. tract.* 7. *cap.* 14. *num.* 75. *Suar. tom.* 4. *disp* 25. *sect.* 1. *num.* 14. cum alijs, quos refert, & sequitur *Barb. cit. loc. num* 89.

3 Ampliatur secundò, posse Archiepiscopum, dum visitat absoluere sub-

subditos suffraganeorum, etiam à casibus,& censuris Episcopo reseruatis,prout benè obseruat *Pauin.ubi supra nu.2.Quarant.Genuens. & Merol.cit.loc.*

4 Ampliatur tertiò,posse Archiepiscopum in prædicto casu prædictos absoluere ab hæresi, & casibus Episcopo concessis in Decreto *Concil. Trid.sess. 24.de ref.cap.6.*ea ratione, quia dum Archiepiscopus visitat,cẽsetur Diœcesis suffraganei, tãquam sua, & habet in illa iurisdictionem, quasi Episcopalem, Episcopo superiorẽm,*Suar.cit tom.4.disp.33.sect.2. num.8.& tom.5.disp. 14.sect. 2. num. 12.Barbos.cit.loc,num.* 89. aduertens post *Suar.*id esse verum quoad forũ pœnitentiæ, & sic quoad absolutionem reseruatam.

5 Hic dubitari potest, an possit Archiepiscopus visitans Prouinciam dispensare cum subditis suffraganeorum:Et quidem DD.respondent dubitationi pro vtraque sententia; & affirmatiuam partem defendunt *Gambar.de off.leg.lib.2.titul. de varys ordin.nomin.nu.33.Genuens. in prax. cap.70.num.9.Borgos.de irregul.par.3. titul.de disp.Archiep.Henriq. in summ. lib.14.cap.18.num.3.Barbos.de potest. Episcopi par.2.alleg.39.nu.19.* & alij, quos refert *Merol.tom.2.cap. 6. num.* 142. partem verò negatiuam, non posse .s. Archiepiscopum dispensare in hoc casu, defendunt alij probabilius;quia certum est, Archiepiscopum ea solùm posse in Diœcesibus suffraganeorum, quæ specialiter reperiuntur ei in iure concessa; Sed hæc facultas dispensandi non reperitur in iure ipsi cõcessa ergo.vt post *Suar.Sanch.Basil.Pont. Sayr.* & alios firmat *Meroll.cit.loc.* & hæc secunda sententia non potest negari quin sit validiori ratione roborata; tamen prima habet classicos auctores insequentes, *Abb. in cap.extirpandas de fil.presb.*

6 In foro exteriori multò minus potest Archiepiscopus dispensare cum subditis suffraganeorum, etiam in visitatione,nisi in casu, quo Episcopus suffraganeus negligeret,vel recusaret dispensare,dũmodo dispensatio esset debita ratione causæ, & personæ, & dummodo prius subditus remittatur ad suffraganeum pro dispensatione,& adhuc recuset, vel negligat: Item potest Metropolitanus dispensare vbicunque suffraganeus sua culpa ius dispensandi perdidisset, & quando suffraganeus est suspensus ad tempus, & dispensatio celeritatem desiderat ad consequẽdum magnum bonum,vel vitandum graue scandalum, *Borgos.de irregul, par.3.titul.de dispẽsat.Archiep. Prosp. de August. ad Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiep. auctor.* post *vers.* 40. quos refert,& sequitur *Barbos. de iure Eccles.lib.1.cap.7.num* 90.

7 Ampliatur principalis conclusio, vt Archiepiscopus visitãs possit vota commutare subditorum suffraganeorum,iuxta *tex.in cap.1.de vot.*aduertit *Pauin.de visit.q.3. 2.part.n.2.*

8 In his terminis ex illis verbis *tex. cap. vltim. de censib. in 6. & ipsis pœnitentias iniungere salutares*, aduertit *gl.* in verbo *salutares*,penitentias prædictas non debere esse nimiũ austeras,sed de his remitto me ad summistas,

SVMMARIVM.

1 *Procuratio exigi potest ab Archiepiscopo visitante Prouinciam.*
Procuratio visitantis, in quibus consistat.
2 *Procuratio est annexa visitationi.*
3 *Procurationem non grauem, sed secundum facultates Ecclesiæ in visitatione Prouinciæ Archiepiscopus exigere debet.*
4 *Procuratio recipitur per Archiepiscopum in victualibus moderatis.*
Victualium appellatione, quæ veniant.
Procuratio recipitur in cibo,& potu.
5 *Victualia Archiepiscopo visitanti debere*

bere exhiberi moderata, quid significet.

6 *Procuratio in victualibus quare debeatur Archiepiscopo, & Episcopo visitanti.*

7 *Procuratio nō recipienda est ab Ecclesia, per quam transit Archiepiscopus, sed ab Ecclesia visitata.*

8 *Procuratio pro itinere Archiepiscopi visitantis, an debeatur.*

Procuratio pro itinere visitatoris Apostolici debetur.

9 *Procuratio pro vecturis equorum, an debeatur Archiepiscopo visitanti.*

Procurationē dari pro vecturis equorum, ex cōsuetudine non reprobatur.

10 *Visitatori Apostolico debetur pro vecturis equorum procuratio.*

Visitare incumbit ratione officij Archiepiscopo, & Episcopo.

11 *Visitans, an possit exigere ferraturas equorum.*

12 *Visitans non potest exigere aliquid pro amissione equi in itinere.*

13 *Visitans non potest exigere à visitatis medicinam.*

14 *Procuratio visitantis pretio est redimibilis.*

ARGVMENTVM.

Procuratio visitationis, in quibus consistat, à quibus recipiatur, & quod sit redimibilis.

CAP. LXX.

1 Archiepiscopus visitans Prouinciam, procurationem exigere potest, iuxta dispósita in *Cap. Romana §. procurationem de censib. in 6.* his verbis. *Procurationes autem recipiat, secundum quod est in Canonibus constitutum, nullam tamen pecuniam ipse, vel aliquis de sua familia, occasione alicuius officij, aut consuetudinis, seu quolibet alio modo eorum nomine, sed in victualibus expensas tantùm recipiat moderatas: Caueat insuper ne ipse, vel aliquis suorum aliquid munus quodcunque sit, & qualitercunque offeratur præsumat recipere: vt non quæ sua sunt videatur quærere, sed quæ Iesu Christi: Quod si fuerit contra præsumptum, recipiens maledictionem incurrat, à qua nunquam, nisi duplum restituat liberetur: volumus enim in his fraudem quālibet penitus euitari.* Hæc *tex.* ad cuius intelligentiam: Præmittendum est

2 Primò, quod procuratio est annexa visitationi, *Cap. cum venerabilis de censib.* & omnis visitatus tenetur visitantem procurare, *Cap. cum instātia de censib.* nemo enim cogitur suis stipendijs militare, *Cap. cum ex officio de præscript. Cap. cum secundū de præb.* & proinde illa omninò Archiepiscopo visitanti debetur, vt in adducto *tex.* & notant DD. communiter, *Barbos. de iure Ecclesi. lib. 1. cap. 7. num. 88. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 22. num. 568. Surd. de alim. titul. 1. q. 64. n. 13.* & alij communiter.

3 Secundò, quod Archiepiscopus visitans Prouinciam, non debet in procurationibus esse grauis, quodq; generaliter dicitur de omnibus visitatoribus; faciunt proposita verba *tex. num. 1.* obseruat *Panin. de visitat. q. 9. prim. par. num. 2.* & alij indistinctè, qui benè obseruant, quod Archiepiscopus visitans, recipere tenetur procurationem secundùm facultates Ecclesiæ, ne eam, vel rectorem indebitè grauet, *Cap. cum conquerente de offic. ordin.* vbi quod non exigit vltra quam Rectores Ecclesiarum, pensionis facultatibus poterunt exhibere, *Archid. in adducto §. procurationes col. 2. in princip.* vbi etiā *Io. And.*

4 Tertiò, quod Archiepiscopus visitans Prouinciam, procurationem tantùm recipit in victualibus expēsis moderatis, prout probant proposita verba *tex. num. 1.* & quia secundum communem vsum loquendi, victum accipimus tantùm pro cibarijs, prout testatur *Surd. de aliment. titul. 4. q. 2. num. 12.* & cibi appellatione venit potus *l. diarijs ff. de alim. & cib.*

tib.leg.l.in rebus §. possunt ff. commod. Surd.cit.loc.quæst. 3. num. 1. debetur visitatori esus,& potus, & licèt sint, qui probent, quod victualium appellatione veniat,non solùm esus,& potus,sed etiam vestis, & instratum vt per *Io. And. in cit.§. procurationes*; tamen secũdum nostram materiam visitatori debentur tantùm diaria, quæ cibum, & potum concernunt non alia, notat post *Butr.* & alios *Surd.de alim.cit.titul.4.q.22.nu.3.*

5 Hæc autem victualia,quæ Archiepiscopo visitanti Prouinciam debẽtur,debent esse moderata,prout in adductis verbis *tex.num.*1.ibi,*in victualibus,expensas tantùm recipiat moderatas*,& dicuntur victualia moderata,idest non delicata,*Cap.*1. *de sequestr.poss.*& quę Archiepiscopus facere consueuit in domo sua *l. sed si hareditas* §.1.*ff.ad exhib.Surd. cit. loc. q.22.num.*14.*&* 15.*& ex Concil.Trid. sess.24.de ref.cap.*3. nõ solùm debent esse moderata,sed frugaliter data.

6 Quartò Archiepiscopo visitanti Prouinciam,sicut Episcopo visitanti Diœcesim debetur procuratio in victualibus moderatis,non ratione necessitatis,cùm regulariter Archiepiscopus, & Episcopus suos redditus habeant,quibus debent esse cõtenti, sed debetur in signum subiectionis,& ratione hospitalitatis, *Innoc.in cap.* 1.*nu.*4 *de censib.in* 6,quem refert,& sequitur *Surd.de alim. titul.* 1.*q.*64.*num.*6.post *Pauin.de visitat.q.* 9.*prim. par. num.*17.

7 Hinc inferunt DD.quod visitator recipit victualia prædicta tantùm ab ipsa Ecclesia visitata,& si Archiepiscopus accedens ad vnam Diœcesim visitandam, transeat per aliam Diœcesim non sũt procuranda iure visitationis,*Pauin.cit.loc.num.* 22. *& Surd.vbi supra num.*7.

8 Inferunt etiam, nec ipsam Ecclesiam visitatam teneri pro expensa, quæ fit in itinere ab Archiepiscopo, vel Episcopo,docet post *Abb.in cap. procurationes nu.*4.*de censib. Surd. cit. loc.num.*8.quicquid sit de visitatoribus Apostolicis, quibus deberi expensas pro itinere concludunt communiter DD. quos refert *eod. loc. Surd.*

9 Inferunt quoque, Archiepiscopo visitanti Prouinciam,sicut Episcopo Diœcesim,nõ deberi vecturas equorum,vel similes expensas; quia hæc non veniunt nomine victualiũ DD. in *Cap.si Episcopus,vbi But.num.* 7.*de off.ordin.in* 6.*Franch. in cap. Romana* §.*procurationes nu.*1.*de censib.eod.lib.* 6.*Surd. de alim. titul.* 4.*q.* 22.*num.*3. quod intellige verum, vbi contrarium ex consuetudine non seruatur; hæc enim consuetudo recipiendi vecturam equorum à visitatis non est reprobata, eamque defendit *Manriq.quæst.moral.*1.*par.q.*16.*num.*7.

10 Fallit quoque hæc sentẽtia,vt diximus, cum visitatoribus Apostolicis, vel Nuncijs,quibus prouidendũ est de aquis,& eorum vectura:Et ratio diuersitatis est, quia Archiepiscopus, & Episcopus habent proprios redditus eis assignatos cum tali onere, & visitando exequuntur munus proprium iniunctum ratione officij,sed visitator Apostolicus, vel Nuncius alienum munus exequitur,ideo suum officium non debet ei esse damnosum, *Abb.in cap. cum ab omni num.* 13. *de vit. & honest. Cler. Surd.cit.loc.num.*10.

11 Nec minus potest exigere Archiepiscopus visitans ferraturas,aut salmas mulorum,*gl.in cap exigit de censib.lib.*6.*vers.pecuniaria, Innoc.in cap. procurationes de censib.* nisi esset talis indigentia, per quam impediretur visitatio,ita *Pauin.de visit. q.* 9.*prim. par. num.* 30.

12 Et multo quoq; minus potest Archiepiscopus visitans Prouinciam aliquid exigere, ex quo perdit eum in itinere, nec etiam procurationis nomine, vt post *Innoc. Arch.* & alios,firmat *Pauin.cit.loc. num.* 15.

13 Minus etiã recipere potest Archiepiscopus visitator Prouinciæ à visita-

sitatis medicinam, notant *Gemin. in cap. 1. §. procurationes num. 7. de censib. in 6. Piasec. in prax. par. 3. cap. 3. num. 14. §. non epulæ*, *Zerol.* etiam *in prax.* verbo *visitatio 1. par. §. ad sextũ*, *Grat. discep. for. cap. 57. num.* 19. cum alijs adductis per *Manriq. qq. moral. q. 16. num. 6.*

34 Dictum est, Archiepiscopum Prouinciam visitantem non posse recipere procurationem, nisi in victualibus, quod indubitatum est de iure communi; verùm ex *Concil. Trident. sess. 24. de ref. cap. 3.* datur optio visitatis, non tamen visitanti, si velint pecunia redimere procurationem. Imò visitatorem teneri recipere in ea specie, defendit *Piasec. cit. cap. 3. num. 64. in fin. & Barbos. in collect. ad adductum loc. Concil. Trid. nu. 36.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratio recipienda est per visitatorem pro temporis necessitate.*
Visitator, an vltra dietam morari debeat in loco.

2 *Visitans vnam procurationem recipit, si plures eodem die Ecclesias visitet.*

3 *Visitans Archiepiscopus, an recipiat procurationem à pauperibus.*
Procurationem ipsam plures Clerici pauperes soluunt.

4 *Procurationem non soluunt Hospitalia Archiepiscopo visitanti.*

5 *Visitator, aut quisquã suorum aliquid vltra procurationem non recipiunt.*

6 *Visitante Archiepiscopo, notarius nihil recipere debet, nisi pro copia actorum.*

7 *Visitationem annuncians, an aliquid recipere possit.*
Visitatores, quibus pœnis plectantur, si aliquid vltra procurationem recipiant remissiuè.

ARGVMENTVM.

De mora protrahenda in visitatione, & procuratione recipienda, vel non recipienda à pauperibus, & de prohibitione acceptionis munerum.

CAP. LXXI.

1 PRosequendo eandem materiam procurationis in victualibus: Nota primò, quod visitator non potest victualia recipere, nisi frugaliter, moderateque pro temporis tantùm necessitate, & non vltra, ita disponit *Trid. sess. 24 de ref. cap. 3.* & licèt sint, qui doceant, visitatorem non debere moram trahere in vno loco vltra vnam dietam, per *tex. in cap. inter cætera 10. q. 3. Abb. in cap. cum Apostolicus num. 6. & in cap. procurationes nu. 3. de censib. Archid. in cap. felicis de censib. in 6. Surd. de alim. titul 4. q. 22. num. 8. Belle. disq. Clerical. 1. par. tit. de Cler. debit. §. 11. num. 9.* tamen id intelligũt ipsimet DD. nisi aliud necessitas exposcat, & proinde est procurandus etiam vltra vnam dietam, quando id necessitas exposcit, & pro hac sententia faciunt verba *Cõcil. Trid. supra adducta*, ibi *pro temporis tantùm necessitate.*

2 Et si Archiepiscopus, vel alius visitator vnico die duas, vel plures Ecclesias visitauerit, vnicam procurationem, vt supra ab omnibus visitatis recipere debet, *Piasec. in prax. par. 2. cap. 3. num. 64. in fin.* post *gl.* in verbo *vna in clem. 2. de censib. Panin. de visit. q. 9. prim. partis num. 32.*

3 Nota secundò, Archiepiscopum visitantem Prouinciam nõ esse procurandum ab Ecclesijs, & Clericis pauperibus, *Panin. vbi supra nu. 27.* tenetur enim visitator in tali casu erogare de proprio, *Host. in cap. procurationes in fin.* vbi *Abb. Archid. cap. 1. col. 2. de censib. in 6.* & est commune, Quod fallit primò, quando plures pauperes Ecclesiæ colligi possint simul ad vnicam procurationem soluendum, vt per *Panin. loc. cit.* Secundò quando in sequenti anno Eccle-

sia pauper esset potens ad soluendas duas procurationes; tunc enim erit ad id compellenda, vt post alios firmat *Surd.de aliment.cit.loc.nu.*11.

4 Eadem ratione paupertatis Archiepiscopus visitans Prouinciam non potest exigere procurationem ab Hospitalibus,quæ visitat,*gl.fin.in cap.procurationes de censib.Lap.de Castillion.tract.de Hospital.nu.*98. & alij apud *Bellect.disq.Cler.*1.*par.titul.de Cler.debit.*§.11.*num.*10.

5 Nota tertiò, Archiepiscopum visitantem Prouinciam non posse aliquid recipere vltra procurationem in victualibus,vel aliàs iuxta dispositionem *Cōcil.Trid.cit.cap.*3. vbi expressè prohibetur quæcunq; pecunia, vel munus quomodocunque oblatum recipi,*Cap.exigit de censib.in* 6.Et non solùm ipse visitator,sed nec etiam quisquam suorum potest aliquid muneris,vel pecuniæ accipere, prout aduertunt omnes, & patet ex ipso *loc.Concilıari*, & clarius disponitur in *Cap.Romana* §.*procurationes de censib.in* 6.vbi DD.communiter.

6 Notarius quoque Archiepiscopi visitantis Prouinciam tenetur se abstinere ab omni munere,& pecunia, etiam spontè data, quam nullo modo recipere potest, nec occasione alicuius officij, aut consuetudinis, seù quolibet alio modo, prout deciditur apertis verbis in *cit.*§.*procurationes*,*Pauin.de visit.q* 4.2.*par.nu.*1. qui testatur, non posse recipi, nec ratione scripturæ,nec ratione sigilli, etiamsi notarius stipendium non reciperet de publico, *Nouar.singul. concl.titul.de visit.concl.* 5. aliàs 122. *nu.*10.vbi post *Nald.in summ.in vers. visitare num.*3. refert ita decretum in *Sacra Congr.* licèt vbi visitati petunt copiam actorum, tunc debeat solui salarium.

7 An nuncius, qui præmittitur ad annunciandam diem aduentus visitatoris possit aliquid salarium à visitatis recipere, discutit *Manriquez quæst.moral.*1.*par.q.*8o.per totum, & affirmatiuam sentētiam videtur tenere quando adest consuetudo, vel quando nunciatio non potest fieri cum litteris,& sine expensis.Quibus pœnis plectatur visitator aliquid pecuniæ,vel muneris recipiens vltra debitam procurationem, uel alius de sua familia, uide latè adducta per *Thesaur. in prax. Eccles.* 2. *par.* uerbo *visitatio cap.*2.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio danda est Archiepiscopo potius,quàm Episcopo,si simul concurrant in visitatione, quando paupertas Ecclesiæ non sufficiat ad dandum vtriq; procurationem.*

2 *Visitans Archiepiscopus non potest ordinare, vel dimissorias concedere subdito suffraganei.*

Visitans Archiepiscopus Prouinciam non potest chrismare.

Visitans Archiepiscopus non potest exercere iurisdictionem fori contentiosi,nisi in duobus casibus.

ARGVMENTVM.

De procuratione soluenda Archiepiscopo aduenienti cum Episcopo, & de ijs, quæ Archiepiscopus possit, vel non cum subdito suffraganei.

CAP. LXXII.

1 NOta, quod licèt dictum sit supra *Cap.*58. *in fin.* quod concurrentibus simul in uisitatione Archiepiscopo in Prouincia, & Ordinario suffraganeo, præferendus sit primò ueniens,si uterque recipi non possit, & si non appareat quisnam primò uenit præferēdus sit Archiepiscopus, tamen quoad procurationem,dicendū est,q quando in visitatione prædicti ambo concurrunt, si Ecclesia est pauper,itaut utriq; procurationē præstare non possit, tunc procurandus est Archiepiscopus,ita post

post *Gemin. et Franch. in cap. 1. de censib. in 6. et Genuens. in prax. cap. 70. nu. 9.* docet *Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. num.* 570.

2 Obseruāt DD. in his terminis nonnulla, quæ non potest facere Archiepiscopus visitans Prouinciam inter subditos suffraganei; & primò dicūt non posse ordinare, vel dimissorias concedere, quia non reperitur à iure ei permissum, *Gemin. & Franch. in cap. fin. de censib. in 6. Meroll. cit. loc. sub nu.* 368. *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num.* 92. Secundò non posse chrismare, ita post *Petr. Hubert. de cultura vineæ Dei par. 1. cap. 9. Machado en su perfetto confessor lib. 4. par. 7. tract. 1. docum. 4. nu. 6.* docent *cit. loc. Meroll. & Barbos.* Tertiò generaliter concludunt, non posse Archiepiscopum visitantem Prouinciam exercere iurisdictionem fori contentiosi in subditos suffraganei, nisi in duobus casibus, videlicet in criminibus notorijs, & contra impedientes eius visitationem, ita *Merol. et Barbos. vbi supra*, & de hoc vltimo, nempè de impedientibus Archiepiscopi iurisdictionem, quomodo cōtra eos possit procedere ipse Archiepiscopus dicemus infra, & latius.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis eligendus est infra octo dies.*
Vicarius Capitularis debet esse Doctor, vel licentiatus saltem in iure Canonico, vel alius idoneus, aliàs electio deuoluitur ad Metropolitanum.

2 *Cathedralis est reperibilis absq; Clero. Cathedralis res administrat Episcopo mortuo Clerus, si adsit, aliàs Archiepiscopus.*

3 *Cathedralis Episcopo mortuo, si Clerus sit inutilis Metropolitanus ministrat res illius.*

4 *Cathedralis Ecclesiæ res, si dolosè Clerus ministret mortuo Episcopo, quid agat Metropolitanus.*

5 *Capituli negligentia non conuincitur ex Tridentino, nisi post octo dies datos pro electione Vicarij Capitularis.*

ARGVMENTVM.

Quam negligentiam Capituli Cathedralis suppleat Metropolitanus de iure in electione Vicarij, & quam ex Tridentino.

CAP. LXXIII.

1 Inter alias Archiepiscopi Metropolitani iurisdictiones, ea principalis numeratur, quæ illi à *Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap.* 16. conceditur his verbis, *Capitulum sede vacante Officialem, seù Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omninò teneatur, qui saltem iure Canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel aliàs quantùm fieri poterit idoneus, si secus factum fuerit ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur*, ita *Trid.* cuius dispositio non multùm differt ab illa, quæ est de iure communi in *Cap. non liceat alicui 12. q. 2. & cap. finali de supplend. negl. Prælat. in 6.* quibus in iuribus dabatur facultas Archiepiscopo creandi administratorem Ecclesiæ Cathedrali vacanti propter negligētiam, vel dolosam Capituli administrationē cum causæ cognitione: Sed hodie in his terminis seruanda est *Concil. Trid.* dispositio, quæ disponit tantùm quando Capitulum est negligens in eligendo Vicariū infra dies octo dari hāc facultatē, de hac materia tractāt *Couar. in cap. relatū il 2. n. 3. de test. Sbroz. de off. Vic. lib. 1. q. 60. Guttier. Can. lib. 2. cap. 17. Eman. Sà in aphoris.* verbo *Vicarius Axor. instit. moral par. 2. lib. 3. cap. 37. quæst.* 18. & 19. *Quarant. summ. Bull.* verbo *Capitul. sed. vacant. Gallet. in Margar. cas. conscient.* verbo *Vicarius*

*rius sede vacante num.*5. *Leo in Thes. for.Eccles.par.*1.*cap.*10.*num.*7.*Raguc. de voce Canon.q.*37. *Narbona de appellat.à* Vicar.*ad Episcopũ par.*1.*n.*102. *Meroll.tom.*3.*disp.*7.*cap.*7.*Barbos. de potest.Episcopi par.*3.*alleg.*14.*nu.* 165. *& seqq.de Canonic.cap.*42.*num.*28.*& seqq.de iure Eccles.lib.*1.*cap.*7.*nu.* 99. *& seqq.& summ. Apostolicarum decis.* verbo *Capitulum sede vacante*,& alij communiter.

2 Præmittendum est in his terminis, dispositum fuisse in *Cap. non liceat alicui* 12.*q.*2.quod mortuo Episcopo non liceat Metropolitano bona, & Ecclesiam Episcopi suffraganei de mortui administrare, sed id ad Clerum Ecclesię vacantis pertinere;sed si Ecclesia Clerum non habeat,tunc id posse Metropolitanum: Ex cuius *tex.*decisione concedũt omnes DD. facultatem Archiepiscopo Metropolitano administrandi Ecclesiam suffraganeam vacantem,quãdo hęc non habet Clericos:Ex quo *tex* deducunt DD.dari aliquam Ecclesiam Cathedralem non habentem Clericos,refert *Gemin.ibidem.*

3 Ampliatur dispositio eiusdem *tex. in cit.cap.non liceat,* procedere etiam quãdo Ecclesia habet Clericos, sed inutiles,uel malos, seu suspectos de dilapidatione,aut imperitos,uel simplices,ita *Geminian.cit.loc.* qui rationem assignat;quia idem est, si non sunt idonei, ac si nulli essent in Ecclesia.

4 Præmittendum est etiam, dispositum esse in his terminis in *Cap.final. de supplen.negl.Prælat.in* 6. ob negligentiam, uel dolosam Capituli Ecclesiæ suffraganeæ uacantis administrationem, posse Archiepiscopum Metropolitanum in eadem Ecclesia administratorem deputare, uocato tamen Capitulo, & sic cum causæ cognitione;sed hæc dispositio uidetur immutata per *Trid.*

5 His præmissis, redeundum est ad *Tridentinum*, à quo pendet hodie hæc materia:habet enim tantùm iurisdictionem Archiepiscopus, quando Capitulum Ecclesiæ suffraganeę uacantis infra octo dies Vicarium non deputauit ex *Trid.* à quo uidetur immutatum,quod disponitur de iure communi in casu negligentiæ Capituli,& sic hæc negligentia non potest conuinci, nisi post octo dies; non tamen uidetur immutata iurisdictio Metropolitani,quando Ecclesia uacans Capitulũ non habet actu, uel habitu,aut quãdo nullus Canonicus est in sacris,ita *Pauin.de off.& potest.Cap.sed.vac.par.*1.*q.* 10.*sub nu.* 5.*Prosp.de August ad Quarant.*uerbo *Archiepiscopi auctoritas* post *vers.*40. quos refert, & sequitur *Barbos. de iure Canon.lib.*1.*cap.*7.*num.* 100.Alia reperiuntur statuta in hac materia sedis uacantis de bonis Ecclesiæ in *Clem.vltima de elect.*in quibus regulariter hodie in Regno succedit camera Apostolica.

SVMMARIVM.

1 *Capitulo negligente in electione Vicary,eligit Metropolitanus.*
Vicarij Capitularis eligẽdi tempus currit à die scientia.
Vacatio sedis quomodo habeatur.

2 *Vicarij Capitularis electio ad hoc, vt deuoluatur, probanda est per Metropolitanum scientia vacationis.*

3 *Vicarij Capitularis eligendi tempus continuum est.non vtile.*
Tempus continuum intelligitur esse in iure,nisi exprimatur vtile.

4 *Vicarij Capitularis eligendi tempus dierum octo, an numeretur inclusò die mortis.*
Dies termini, an computetur in termino.
Dies mortis Episcopi computatur in octo diebus datis pro eligendo Vicario Capitulari,& quare.
Terminus ab actu computatur de momento ad momentum.

5 *Vicary Capitularis tempus electionis computatur ab hora mortis Episcopi.*

AR-

ARGVMENTVM.

De electione Vicarij Capitularis facienda per Archiepiscopum negligēte Capitulo, quod habet tempus dierum octo, qui qualiter numerantur.

CAP. LXXIV.

1 DIximus, q̃ ad hoc, ut possit Archiepiscopus Metropolitanus sua uti iurisdictione in deputando Vicarium in Ecclesia uacāte ob negligentiam Capituli, expectandum esse terminum dierum octo ex *Trid. cit. cap. 16. sess. 24. de ref.* & hic terminus currere incipit à die scientię uacationis Ecclesiæ, mortis .s. quando Ecclesia uacat per mortem, & si uacat per translationem, hic terminus octo dierum currit Capitulo à die quo ipsi Capitulo innotuerit, Episcopum fuisse per Papam in consistorio absolutum à uinculo prioris Ecclesiæ, etiamsi pro illo litteræ expeditæ non fuerint, nec possessio capta, *Quarant. summ. Bull.* verbo *Capitulum sede vacante §. duodecimò quæro vers. terminum octo dierum, Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 42. nu. 32.* qui referunt sic declarasse *Sacram Congregationem*, ac voluisse *Rotam, Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 7. num.* 188. qui alios citat.

2 Et quia ignorantia semper præsumitur, nisi sciētia probetur, *Cap. præsumitur de regul. iur. lib. 6. l. verius in princ.* vbi *gl.* sup verbo *obligatam ff. de probat. l. vltima in fin. ff. pro soc.* cum alijs multis adductis per *Mascard. de probat. vol. 2. concl.* 879. *num. 1. & seq.* ideo ad Archiepiscopum spectat, tanquam fundamentum suæ intentionis probare scientiam vacationis Ecclesiæ, si de illa controuertatur.

3 Tempus hoc dierum octo continuum esse certum est; semper enim, quod in iure non exprimitur tempus vtile, continuum intelligitur ad *tex. in l. genero ff. de his, qui notant. inf.* vbi *Bart. num. 1. & l. fin. ff. de diuers. temp. præscript. & in l. fine pars C. de dilation. gl.* notabilis in *clem. vnica* in verbo *continuum de rest. in integr.* vbi DD. *Fel. in cap. venerabilis num. 7. de iud. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 11. sub num. 20. vers. alij, & nu. 21. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 12. num. 49. in fin.*

4 Quæstio potest esse in his terminis, an dies mortis Episcopi, vel sciētiæ vacationis computetur in termino octo dierum dato Capitulo ad eligendum Vicarium Capitularem; & hæc est illa famigerata quæstio, an dies termini computetur in termino, de qua per *Tiraq. cit. loc. Mil. in repert.* verbo *terminus, Vant. de nullit. rub. de nullit. ex defect. iurisd. num. 160. tom. 4. fol. 392. Petr. Pech. tract. de iur. sisten. cap. 37. num. 9. tom. 3. par. 2. fol. 174. Rot. diuers. par. 2. decis. 75.* & licèt in hac quæstione videatur magis frequens sententia, quod dies termini non computetur in termino, vt per *Tiraq. cit. loc.* tamen quia eadem sententia multis modis limitatur, quæ limitationes tangunt casum nostrum; ideo dicēdum est diem termini computari in hoc tempore dierũ octo: Et probatur primò, quia *Concilium Trid.* vtitur his verbis *infra octo dies post mortem Episcopi &c.* dictio enim illa, *infra*, regulariter solet sua extrema includere *l. 1. §. 1.* & ibi *Bart. num. 11. vers. & ad hoc facit Alber. num. 3.* & melius *Bal. num. 8. ff. de off. præf. vrb. l. 1. §. quod dicimus ff. de success. edict. l. si quis sic dixerit*, & ibi *Alciat. nu. 2. & Rebuff. ff. de verb. signif. Corn. consil. 53. num. 5.* post *med. lib. 2. Socc. in consil. 211. lib. 2. Rot. cit. decis. diuers. num. 19.* Secundò probatur, quia quotiescunque statuitur terminus ab actu, non à die actus, vt est in casu nostro, vbi *Concil. Trid.* dicit *infra octo dies post mortem Episcopi*, & sic statuit terminum ab actu vacationis non à die vacationis, tunc sē-

Digitized by Google

per tempus computatur de momento ad momentum, vt scilicet incipiat ab ipso actu, vel notificatione ipsius, seù scientiæ, *Cap. ex parte*, & ibi *Card. Alex. in 1. notab.* extra *de sponsal. gl. in cap. anteriorum in princip. 11. q. 6. & in clem. causam* in verbo *ab interpositione*, & ibi *Imol. col. 8. de elect. Bal. in l. cum anterioribus col. 2. vers. sed dubitatur C. de temp. appel.* & quia tempus in hoc casu dierum octo est positum ad faciendam electionem post mortem Episcopi, ergo dicendũ est tempus currere de momento ad momentum cõtinuò, postquam actus factus fuerit, voluit *Angel. consil. 404. col. 2. vers. hoc confirmatur*, per *tex. in l. si ita fuerit libertas vers. sed ita scriptum ff. de manumiss. testam. & in l. vsucapionibus cum l. sequent. ff. de vsucapion. Dominic. in cap. felicis §. vltimo col. 2. de pœnis lib. 6. gl. in cap. concertationi* in verbo *sciuerit de appellat. lib. 6.*

5 Posita regula, quod dies octo dati capitulo ad eligendum Vicarium capitularem sede vacante currere incipiant ab hora mortis Episcopi, seù scientiæ vacationis Ecclesiæ, facilè dignoscitur quando finiunt, & est in eadem hora post octauum diem, ita vt si scientia vacationis fuit die prima Maij hora 13. terminant octo dies, die 9. Maij hora 13. post quem terminum intrat iurisdictio Archiepiscopi immediatè.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis, an eligibilis sit p Capitulum re integra post octo dies. Vicarium Capitularem eligit Metropolitanus post octo dies concessos Capitulo secundum vnam opinionem.*

2 *Vicarium Capitularem eligit Capitulum post octo dies re integra secundũ alteram opinionem.*

3 *Vicarius Capitularis, si alter à Capitulo, alter à Metropolitano eligatur, quis præferendus sit.*

4 *Vicarius Capitularis electus per Metropolitanum, an reuocabilis sit per Capitulum.*

Vicarius Capitularis electus per Capitulum, non est recusabilis ab ipso sine iusta causa benè visa S. Congregationi.

5 *Vicarius Capitularis electus à Metropolitano, ad nutum ipsius est reuocabilis.*

ARGVMENTVM.

De Vicario Capitulari eligibili per Archiepiscopum negligente Capitulo, & quid vtrisq; concurrentibus re integra post octo dies.

CAP. LXXV.

1 DVbitari solet in his terminis, an elapsis diebus octo datis Capitulo ad eligendum Vicarium Capitularem per *Trid.* ita trãseat ad Metropolitanum facultas eligendi illum, vt non possit amplius Capitulum eligere, adhuc re integra, sed omninò ad Metropolitanum spectare electionem.

Respondent aliqui, minimè posse elapso termino prædicto Capitulũ, adhuc re integra eligere, sed facultatem spectare ad Metropolitanum ea ratione, quia *Trid.* videtur priuare Capitulum non eligens in termino facultate eligendi pro illa vice: quod confirmatur à simili de Prælato non conferente beneficium infra tempus à iure statutum sex mensiũ, quo in casu, ita deuoluitur facultas ad superiorem, vt nec re integra, & non facta collatione à superiore possit Prælatus conferre, *Cap. licèt de suppl. negl. Prælat.* vbi DD. & de patrono, qui si non præsentat infra tẽpus sibi à iure concessum ad præsẽtandum, non potest purgare moram, adhuc re integra, *Lamber. de iurepat. lib. 2. par. 2. art. 26.* defendunt hanc sen-

ſententiam *Suar. tom. 5. in 3. par. diſp. 28. ſect. 3. num. 2. Quarant ſumm. Bull.* verbo *Capitulum ſede vacante verſ. quartò dubitatur in fine.*

2 Alij verò defendunt contrariam ſentẽtiam, nempè adhuc elapſis diebus octo datis Capitulo ad eligendũ Vicarium ſede vacante, & non facta electione per Metropolitanum, poſſe re integra Capitulum eligere, & purgare moram, tenet *Garz. de benef. 5. par. cap. 7. num. 7.* probat *Meroll. tom. 3. diſp. 7. cap. 7. num. 235.* qui teſtatur hanc eſſe probabiliorem opinionem, *egoipſe in prax. 2. par. annot. 15. §. 2. num. 11.*

3 Quod ſi trãſactis diebus octo ſtatutis à *Concil. Trid.* ad faciendam electionẽ Vicarij Capitularis reperiãtur duo Vicarij electi, vnus à Capitulo . & alter ab Archiepiſcopo Metropolitano, is dicitur verus Vicarius, qui prior in tempore electus eſt: Quod ſi non appareat quis primò electus ſit, vt quia ambo apparent electi vnico die, nec apparet de hora diei, tunc præferendus eſt electus à Metropolitano, ita *Meroll. cit. loc. num. 238.*

4 Dubitari hic ſolet, an Vicarius electus per Metropolitanum ob negligentiam Capituli, ſede vacante poſſit reuocari.

Reſpondetur primò, controuerſũ fuiſſe, an poſſit reuocari ab ipſo Capitulo, nam poſſe reuocari, defendit *Meroll. loc. ſupra cit. num 284.* quia talis Vicarius nõ dicitur Vicarius Metropolitani, ſed Vicarius Capituli, ſed hæc opinio poſſet admitti, quãdo iuſta adeſſet cauſa, ſine tamen iuſta cauſa omninò dicẽdum eſt, Capitulum non poſſe illum reuocare, quæ cauſa debet eſſe bene viſa Sacræ Congregationi, & hoc probatur à fortiori; nam hodie certum eſt, non poſſe Capitulum reuocare Vicarium à ſe electum ſine iuſta cauſa dictæ Sacr. Congreg. bene viſa, prout referunt *Vulp. in prax. cap. 44. num. 24. & Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 42. n. 47.* fuiſſe declaratum per eãdem *Sacram Congregationem de anno 1631.* ac reſpõſum *Capitulo Neapolitano 1. Septembris 1603. Capitulo Acharuntino 24. Auguſti 1603. Nuncio Neapolitano 22. Septẽbris eiuſdem anni, Capitulo Tarraconen. 24. Nouembris, et Capitulo Aretino 26. Octobris 1603.* ergo multo minus poteſt reuocare Vicarium electum per Metropolitanum ob Capituli defectum.

5 Reſpondetur ſecundò, ab ipſomet Metropolitano poſſe ad ipſius nutũ amoueri Vicarium à ſe electum in defectum Capituli non eligentis infra octo dies ſede Epiſcopali vacante, ita teſtatur voluiſſe *Sacram Congregationem Concil. in Liman. 29. Septembris 1625. Barboſ. de Canon. & dignit. cit. cap. 42. num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis qualis eligendus ſit ex Tridentino.*

2 *Vicarius Capitularis, ſi eligatur non idoneus, electio deuoluitur ad Metropolitanum.*

3 *Vicarius Capitularis Doctor extra Capitulum non eſt eligendus exiſtente Doctore de corpore Capituli.*

4 *Vicarius Capitularis, ſi eligatur Theologus poſtpoſito Doctore iuris electio deuoluitur.*

5 *Vicarij Capitularis electio, tũc deuoluitur, cùm aliàs magis idoneus haberi poteſt.*

6 *Vicarius Capitularis, ſi eligatur in defectu non Doctor, eligendus tunc eſt magis idoneus.*

ARGVMENTVM.

Vicarius Capitularis eligendus eſt Doctor, vel alius magis idoneus, aliàs deputatio deuoluitur.

CAP.

CAP. LXXVI.

1 Deuoluitur iurisdictio, & facultas creandi Vicarium Capitularem in Ecclesia suffraganea vacãte ad Archiepiscopum Metropolitanum, non solùm quando Capitulum nullo modo eligit infra octo dies, sed etiam quando eligit Vicarium non habentem requisita à *Concil. Trid. cit. cap. 6. seß. 24. de refor.* prout apertè disponunt illa verba *Item officialem, seù Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omninò teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel aliàs quantùm fieri poterit idoneus, si secus factum fuerit ad Metropolitanum, &c.* quę verba clarè probant, Capitulum teneri eligere in Vicarium Capitularem Doctorem, vel licentiatum saltem in iure Canonico, aliàs electio est irrita, prout voluit *Sacra Cõgregatio in vna Maceren. & alia Argentina* relatis per *Garz. de benef. 5. par. cap. 7. nu. 10. Barbos.* qui alios *cit. de Canon. & Dignit. cap. 42. num. 49. egoipse in prax. 2. par. annot. 13. §. 2. num. 5. & seqq.* vbi plura ad matetiam.

2 Vndè est, quod si aliàs facta sit electio de non Doctore, vel licentiato saltem in iure Canonico per Capitulum, facultas eligendi deuoluitur ad Metropolitanum; immo generaliter semper fit talis deuolutio, quando Capitulum non eligit idoneum, probant dicta aperta verba Concilij, ibi, *si secus factum fuerit, etc.* notant *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num. 36. Genuens. in prax. cap. 70. num. 6. Barbos. dict. loc. num. 55. & seq.*

3 Ampliatur propositio, vt fiat deuolutio electionis ad Metropolitanum, etiam quãdo Capitulum elegit Doctorem extra Capitulum, postposito Doctore Canonico, refert *Vulp. in praxi cap. 44. num. 15.* declarasse *Sacram Congregationem* his verbis, *Congregatio Concilij censuit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessariò vnum ex illis esse eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui.*

4 Ampliatur etiam, vt fiat deuolutio deputationis Vicarij Capitularis ad Metropolitanum, quando Capitulum, postposito Doctore, vel licentiato saltem in iure Canonico, elegit Doctorem Theologum, quia talis electio dicitur contra Concilium, & consequenter irrita, testantur *Merol. tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 18. num. 186. Vulp. loc. cit. num. 15. egoipse cit. loc. nu. 6. & seqq.* vbi multa ad materiam contra *Dianam to. 8. tract. 4. resol. 56.*

5 Supradicta declarantur communiter vera, quando Capitulum potest inter Canonicos Doctorem saltem in iure Canonico habere, vt in prima ampliatione, & quando vt in secũda ampliatione, elegit Theologũ, dum poterat habere Doctorem, hęc enim deuolutio in casu electionis indigni, solùm admittitur quãdo dignus haberi potest, colligitur ab ipsis verbis *Concilij Trid.* ibi, *vel aliàs quantùm fieri poterit idoneus*, notant *Carz. vbi supra num. 12. & Barbos. cit. loc. nu. 52. egoipse dicto §. 2. num. 13.*

6 Obseruandum est hìc, teneri Capitulum in casu quo non adest Doctor eligere in Vicarium Capitularem alium idoneum, ita habetur ex adductis verbis, *vel aliàs quantùm fieri poterit idoneus*; vndè est, quod si Capitulum habẽs idoneum eligeret minus idoneum, diceretur eligere contra Concilium, & sic nulliter, & consequenter haberet locum deuolutio, faciunt dicta per *Garz. cit. cap. 7. nu. 13. Genuens. in prax. cap. 87. sub num. 1.* adducentes ad id declarationem *Sacræ Congregationis.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius capitularis Metropolitanus, si non eligatur à Capitulo, deuoluitur electio ad antiquiorem suffraganeũ. Antiquior præsumitur peritior.*

Ex-

Experientia est rerum magistra.

2 *Antiquior in collegio dicitur prius receptus, si caetera sint paria.*

3 *Episcopus antiquior dicitur, qui prius est consecratus, licèt sit in data posterior.*

4 *Episcopus antiquior ad effectum deputandi Vicarium Capitularem, dicitur prior consecratione, licèt post consecrationem pro alia Ecclesia, fuerit ad suffraganeam translatus.*

5 *Vicarius Capitularis electus, si non acceptet onus, deuoluitur deputatio.*

ARGVMENTVM.

De Episcopo suffraganeo, cui incumbat onus eligendi Vicarium Capitularem Metropolitanũ in defectu Capituli.

CAP. LXXVII.

1 Dictum est supra quod vacante Ecclesia Cathedrali suffraganea, si Capitulũ infra dies octo Vicarium Capitularẽ non elegerit, deuoluitur deputatio ad Archiepiscopum Metropolitanum: Hic notãdum est, quod si vacauerit Ecclesia Metropolitana, & Capitulum infra dictum tempus dierum octo Vicarium nõ elegerit, deuolutio fit ad Episcopum suffraganeum antiquiorem, qui Vicarium in Ecclesia vacante deputare potest iuxta citatã dispositionẽ *Cõcil. Trid. sess. 24. de refor. cap. 16.* cõueniens nãque rationi est, antiquiorem esse preferẽdum, quia antiquior praesumitur quouis alio de nouo recepto peritior, & vtilior, *Cap. 1. de maior. & obed.* item praesumitur magis expertus, quia per vsum tribuitur scientia, & experientia, quae rerum est magistra, *Cap. quã sit de elect. in 6 gl. in cap. 2.* in verbo *experientia de conceß. preb.* & in *clem. 1.* itidem in verbo *experientia de sent. excomm.*

2 Regulariter autem cum sermo fit de antiquiore in aliquo Collegio, metimur antiquitatem non ex aetate, sed ex tempore receptionis, notat *Fel. in cap. 1. sub num. 1. ad fin. vers. facit glosa de maior. & obed.* post *gl. in cap. vltimo in princip.* in verbo *antiquiores*, vbi *Gemin. in princip. num. 11. de consuet. in 6. Roman. in l. si verò §. de viro sub num. 87. versus finem vers. quod intellige ff. sol. matrim.* Quae generalis doctrina intelligitur cõmuniter vera quando omnes de Collegio sunt eiusdem ordinis, secus tamen si sunt diuersi ordinis, prout post alios multa ad id congerit *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 16. num. 42. & seqq.*

3 In nostris terminis ad cognoscendum quis sit Episcopus suffraganeus antiquior, ad quem spectat deputatio Vicarij in defectu Capituli Ecclesiae Metropolitanae vacantis, attenditur ordo prioritatis ordinationis, seu cõsecrationis; nã generale est inter Episcopos, praeferendum esse illum, qui prior ordinatus, seu consecratus est, *Caeremon. Roman. lib. 1. cap. 31. §. in sessione verò, Gamma decis. 1. num. 5 per tex. in cap. Episcopos 17. dist. Cassan. in catal. gl. mund. 4. par. consid. 23. Boer. tract. de auct. mag. cõs. num. 60. in fin. Put. decis. 105. nu. 2. lib. 3. Grat. discept. for. tom. 2. cap. 298. nu. 63.* per *tex. in cap. Episcoporũ 74. dist.* Hinc est, quod si vnus Episcopus sit prior in data, & consecratione posterior, alter autem consecratione prior, & data posterior, hic erit praeferendus, *Manriq. de praeced. quaest. 10. num. 10.*

4 Hic dubitari potest, si quis ordinatus, seu consecratus sit Episcopus vnius Ecclesiae, & deinde translatus ad aliam; & hic ratione primae ordinationis est antiquior, sed ratione translationis dicitur modernus suffraganeus, an sit praeferendus in hac deputatione Vicarij in defectu Capituli; & quidem adhuc dicendum est in his terminis talem Episcopum dici antiquiorem, & praeferendum quia

quia *Concilium Trid.cit.cap.16.* dicit, spectare hanc deputationem Vicarij ad antiquiorem Episcopum ex suffraganeis, minimè verò ad antiquiorem suffraganeum, sed is verè dicitur antiquior Episcopus per supradicta; ergo: ad hæc faciunt, quæ dicta sunt supra *cap.26.*

5 In hac materia dubitari potest, si Capitulum eligat infra octo dies Vicarium Capitularem habilem, sed electus non vult acceptare, ita vt labatur terminus, an fiat deuolutio deputationis ad Metropolitanum, vel ad antiquiorem, si vacet Ecclesia Metropolitana: Et quidem dicendum est adhuc locum esse deuolutioni in hoc casu; quia Capitulum non videtur fungi officio suo, & proinde negligens, nam dum *Trid.* obligat Capitulum ad electionem intra dictum terminum, illius verba intelligenda sunt cum effectu, probat *Host.in summ. titul. de elect.num. 34. vers.quid si bonum.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus habet de iure auctoritatem confirmandi electos Episcopos suffraganeos.*

2 *Confirmatio quid sit.*

3 *Confirmatio in quo differat ab electione.*

4 *Confirmatio est pars electionis.*
Confirmatio quando fit sollenniter habet uim diffinitiuæ, aliàs interlocutoriæ sententiæ.

5 *Confirmatio est nulla precedente electione nulla.*

6 *Confirmatio Episcopi electi per Capitulum, spectabat ad Archiepiscopum.*
Electio Episcopi, nisi infra tres menses fiebat à Capitulo, deuoluebatur ad Archiepiscopum.
Confirmatio Episcopi electi hodie spectat ad S.Pontificem.

ARGVMENTVM.

Episcopi electionem confirmabat de iure Archiepiscopus, & quid hodie, & in quo differat confirmatio ab electione.

CAP. LXXVIII.

1 HAbet Archiepiscopus de iure communi auctoritatem confirmandi suos suffraganeos Episcopos electos, *Cap.1. dist. 6. cap. innotuit, & cap.cum dilectus de elect.cap.inter corporalia de translat.Episc.cap.qua fronte de appellat. Quar.summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas nu. 3. Sbroz.de off.Vic.lib.2.q.70 nu.1. Meroll.3.par.disp.7.cap.5. dub. 22. num. 537.Barbos.de iure Eccles.lib.1.cap.7. num.18.*

2 Est autem confirmatio precedentis electionis conualidatio, seu ratificatio, *Gemin.consil. 128. num. 3. & seqq.vers.nam gratia, Tusc.concl. 704. num. 1. & seq.* sic dicta confirmatio, quasi firmum facio, *Alex. consil. 1.nu. 35.lib.5.& consil.219.num. 5.& vers. & in dicta commissione lib.6.*

3 Differt confirmatio ab electione, quia confirmatio nihil iuris confert electo, sed solam administrationem, seu exercitiũ administrationis, *Oldr. cõsil.146.vers.sed ad hoc respondetur, & consil.180.num. 14.vers.sicut in testamento, & consil.194. vers.sed contrarium.*

4 Dicitur confirmatio pars, & implementum electionis considerato affectu, sicut traditio dicitur implementum venditionis, licèt sine traditione perfecta sit, *Oldr. consil. 146. vers.& si aliquando num.5.* Et confirmatio confert ius, idem *Oldr.consil. 180.num.14. vers. sicut in testamento,* vel secundum *Lap.alleg.vltima vers. ad secundam num.2.& 3.* confirmatio electionis confert ius, vel saltem titulum iuris, quia est propriè decre-

tum,

tum, & sententia: quod declara, scilicet, quod aut confirmatio est facta solenniter, & in contradictorio, & habet vim sententiæ diffinitiuę, si verò fiat sine contradictore habet vim interlocutoriæ, si verò fiat non præmisso edicto est nulla, plenè *Franc. Marc. decis.* 1355. *num.* 4. *Tusc. concl.* 711. *num.* 3.

5 Aduerte, quod si electio est nulla defectu personæ, vel formæ, confirmatio est nulla ipso iure, *Fräc. Marc. cit. decis.* 1355. *num.* 8.

6 Confirmatio ergo de electione Episcopi facta per Capitulū, de iure communi ab Archiepiscopo confirmabatur, vt dictum est supra, & si fortè fuissent à Capitulo electi duo Episcopi, & hinc, inde omnia essent ęqualia, poterat Archiepiscopus gratificare, quem volebat, *Cap. fin.* 63. *dist. Host. in summ. titul. de off. ordin. sub nu.* 7. *vers. custos.* Imò si Capitulum non eligebat intra tres menses iusto impedimento cessante, electio deuoluebatur ad Archiepiscopum ipsum, *Cap. ne pro defectu de elect. & cap. quamquam eod. titul. lib.* 6. Sed hic non est immorandum, quia hodie electio, & confirmatio ad Papam spectat, interim multa, *Quar. summ. Bull. loc cit. num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus de iure interuenire debet consecrationi Episcopi suffraganei, vel eam committere, & num. sequenti.*

2 *Consecrationi Episcopi suffraganei interuenire debent etiam aly consuffraganei.*

3 *Consecratus non recipit executionem inconsulto primate.*

4 *Consecrationi suffraganei alij consuffraganei saltem per litteras interuenire debent.*

Consecrationem hodie Episcoporum, Episcopis Catholicis committit Summus Pontifex.

ARGVMENTVM.

De consecratione Episcoporū, in qua Archiepiscopus, & consuffraganei de iure interuenire debent; & quid hodie.

CAP. LXXIX.

1 SImilis alia auctoritas, quæ Archiepiscopo confertur, est consecratio electi in Episcopum suffraganeum; Archiepiscopus enim de iure interuenire debet, vel alteri cōmittere consecrationem suffraganei electi, & confirmari, nec alius fine tali commissione illum consecrare potest, habetur 64. & 65. *dist. cap. qui in aliquo* 51. *dist. cap. suffraganeis de elect. cap. si Archiepiscopus de tempor. ordinat. cap. inter corporalia de träslat. Episcopi cap. quod sedem de off. ordin.* notant *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num.* 3. *in fin. Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 19. *Meroll.* 3. *par. disp.* 7. *cap.* 5. *dub.* 22. *num.* 538.

2 Ad hanc suffraganei consecrationem per Archiepiscopum Metropolitanum faciendam, debent quoque adesse præsentes alij eiusdem Prouinciæ suffraganei, *Cap. ordinationes* 2. *dist.* 64. qui ad hoc à Metropolitano vocati, tenentur accedere, vt dicemus *Cap. sequenti*, & si Metropolitanus fuerit impeditus, potest eandē consecrationem alteri Episcopo cōmittere *Cap. quod sedem cit.* & consecratus ab alio ex commissione Metropolitani in casu impedimenti, debet infra duos menses ipsum Metropolitanum visitare, tenet *Prepos. sit.* per tex. ibi *in cap. si quis dist.* 65. vbi *Roder. à Cunha num.* 1.

3 Aduerte, quod prædicta adeo de iure procedunt, quod si consecratio suffraganei fiat inconsulto primate, seu Metropolitano, consecratus non reciperet executionem, *Cap. placuit* 65.

Digitized by Google

65.*dist.Innoc.in cap. nec Episcopi de tempor.ordinat.num.* 2. *Sebast. Cæsar. in relect.de Eccles.hierarch.par.1.disp.* 6.§.2.*num.*9.

4 Conclusum est, suffraganeum cõsecrãdũ esse à Metropolitano interuenientibus cõprouincialibus Episcopis; qui si adesse non possunt, proprijs litteris consensum suum exprimere debent per *tex.cap.cum non debet* 65.*dist.Azor.instit.moral.par.2.lib.* 3. *cap.* 30. *q.*3.*in princip.Paul. Comit. resp.moral.lib.*1.*q.*48.*nu.* 13. *Barbos. de potest.Episcopi par.1.titul.* 1. *cap.* 3. *nu.*5. Sed quia hodie Episcopi à Papa eliguntur, ab ipso quoq; Sanctissimo cõmittitur alijs Catholicis Episcopis consecratio, aduertit *Quarãt. summ.Bull.*verbo *Archiepiscopi auctoritas num.*3.*Castald.in prax.carem.lib.* 1.*sect.*10.*cap.*2.*num.*7. *Meroll.* 3.*part. disp.*7.*cap.*5.*dub.*22.*sub num.*538. meritò hìc non est immorandum, cùm Archiepiscopus ea auctoritate non vtatur.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiscopus de iure potest vocare consuffraganeos ad consecrationem Episcopi, qui tenentur venire, vel se excusare.*
2 *Consecrationem intra tres menses Episcopus electus suscipere tenetur.*
3 *Cõsecratio faciẽda est die Dominico.*
4 *Consecratio Episcopi à tribus Episcopis est facienda.*

ARGVMENTVM.

Cõsecratio Episcopi intra quod tempus, quo die, & à quibus facienda sit.

CAP. LXXX.

1 EX præcedenti auctoritate aduertunt communiter DD. & dicũt, quod Archiepiscopus Metropolitanus habet, & ẽt auctoritatem vocãdi Episcopos comprouinciales ad consecrationem suffraganei electi, & vocati tenentur accedere, *Cap. non debet cum seq.* 65. *dist. cap. si Archiepiscopus cum seq. de tempor. ordinat. Card.Alex.in cap.si Episcopus* 18. *dist. Quarant.summ.Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num.*4. *vers. septima, Genuens.in prax.cap.*70.*num.*17. et si fuerint impediti, possit proprijs litteris se excusare ad *tex. in cap. non debet* 65. *dist. Azor. Paul. Comit. & Barbos.loc.cit.cap.praced.num. vltimo, Henriq.in summ.lib.*10.*cap.*24.§.1. sed hæc auctoritas parum practicatur, cùm consecratio Episcoporum hodie à Papa committatur.

2 Sed hìc obiter notandum est primò, quod electus, & confirmatus canonicè in Episcopum, tenetur consecrationem suscipere infra menses tres à die confirmationis numerandos, prout de iure communi habetur in *Cap.quoniam* 75.*dist.& in cap. quoniam dist.*100. & nouissimè in *Cõcil.Trid.sess.*7.*de ref.cap.*9. *& sess.* 23. etiam *de ref.cap.*2. *Nouar.in manual. cap.*25.*num.* 118. *vers.* 8. *de Graff.in aureis decis.par.*1.*lib.*2.*cap.*97.*nu.* 52. *Campanil diuers.iur.Can rub.*6.*cap.*6. *Gonz ad* 8.*regul.cancell.gl.*24.*n.* 141. *Vgol.de off.Episcopi cap.*2.*in princip.n.* 2.*& seq.* Quod quidem tempus incipit currere à die scientiæ confirmationis, *Henriq.in summ.lib.*10.*cap.* 23. *num.*5.

3 Notandum est secundò, consecrationem Episcopi faciendam esse die Dominico, *Cap.qui in aliquo* 51. *dist. Cap.ordinationes, Cap.quod die Dominico* 75.*dist.Campanil. diuers. iur. canon.rub.*6.*cap.*4 *nu.*1.*Castald.in prax. caremon.lib.*1.*sect.*17.*cap.*3.*num.*1. & talem esse Ritum Ecclesiæ, docent *Campanil.cit.loc.num.*6.*& Sot. de iust. lib.* 10 *q.* 1.*art.*2.*cõcl.vlt.vers. accedit.* licèt Summus Pontifex possit dispẽsare, vt id fiat etiam in quolibet die festiuo, prout refert *Castald.cit.loc.*

4 Notandum est tertiò, quod consecratio Episcopi fieri debet à tribus

bus Episcopis, & non paucioribus, *Cap. 1. cap. comprouinciales, & cap. penult. 64. dist. cap. porro 66. dist. cap. Archiepiscopus, cap. nec Episcopi de tempor. ordin. Henriq. in summ. lib. 10. cap. 7. §. 3. & cap. 24. §. 1. Genuens. in prax. cap. 70. num. 26. Azor. inst. moral. par. 2. lib. 3. cap. 30. q. 3. vers. quarat item, Barbos. de potest. Episcopi par. 2. alleg. 1. nu. 45.* Alia de consecratione Episcopi, & eius forma vide apud DD. præsertim *Barbos. de iure Ecclesi. lib. 1. cap. 9. num. 34. & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanum posse cogere suffraganeos ad obseruantiam eorum, quæ in Metropolitana obseruantur, quomodo intelligatur, & num. 2.*

2 *Simoniacus diuerso modo punitur, si per inquisitionem, quàm si per accusationem contra ipsum procedatur.*

3 *Suffraganei tenentur obseruare consuetudines Metropolis.*

ARGVMENTVM.

Metropolitanus quomodo possit cogere suffraganeos ad obseruantiam eorum, quę in Metropoli obseruantur.

CAP. LXXXI.

1 Vlterius aduertunt DD. Archiepiscopum Metropolitanum habere facultatem, & iurisdictionem iniungendi, & compellendi suffraganeos, vt seruari faciant in eorum Ecclesijs, quod seruatur in Metropolitana, idque probant per *tex. in cap. dilectus il 2. de Simon.* ita *Quar. summ. Bullar.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num. 7. vers. decimum, Genuens. in prax. cap. 70. num. 21. Meroll. 3 par. disp. 7. cap. 5. dub. 22. num. 541. Barbos. de iure Ecclesi. lib. 1. cap. 7. num. 21:* qui explicando *tex. in cit. cap. dilectus*, dicit propositam conclusionem procedere, vt possit Metropolitanus iniungere suffraganeis seruari ea, quæ de iure seruanda sunt, nempè vt subditi caueant à labe simoniæ iuxta terminos illius *tex.*

2 Sed pro habenda veritate circa præmissa; obseruandum est in adducto *tex. cap. dilectus* disponi, quòd si simoniaci fuerint coram Ordinario accusati, & crimen iudiciario ordine fuerit probatum, sunt canonica pœna puniendi; si verò id cõstet per inquisitionem, receptus per simoniã in arctius Monasterium detraditur, recipienti verò à maioribus pœna condigna imponatur, & quia Papa id statuens rescribit in dicto *tex.* Archiepiscopo Cantuarien. eidem pręcipit, quod iniungat suis suffraganeis, vt eandem formam per suas Diœceses studeant obseruare. Ex quibus collige, in *tex.* nõ disponi generaliter, quod possit Archiepiscopus iniungere suffraganeis, vt seruent, quod seruatur in Metropoli, sed tantùm quod seruent dispositionem *Cap. dilectus cit.* & formam ibidem traditam circa puniendos simoniacos, *ego ipse in prax. 1. par. annot. 49. §. vnico num. 27.*

3 In alijs verò casibus peculiariter in iure communi dispositis, tenentur suffraganei seruare, quod seruat Metropolis; & primò tenentur seruare consuetudinem Metropolis in diuinis officijs, & modo psallendi, prout disponitur in *Cap. de ijs dist. 12. cap. altaria 1. de consecrat. dist. 1. cap. institutio de consecr. dist. 2.* vbi disponitur, quod sicut in Metropolitana Ecclesia, ita vbiq; Missarum solennia celebrentur, notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 22. auctoritas*, qui rationem affert, quia modus officiandi concernit totum statum Prouinciæ, & vlterius addit, quod cùm in his seruandæ sint constitutiones Pij V. per ipsum relatæ, meritò non est hic immorandum.

SVMMARIVM.

1 *Residentia abesse suffraganeus potest iusta causa per Archiepiscopum approbanda.*
Residentia materiam qui DD. exagitent.
2 *Residentia abesse iusta causa quæ sint.*
3 *Residentia abesse iusta est causa christiana charitas, & quæ hac sit.*
4 *Residentia abesse iusta est causa vrgens necessitas, & quæ.*
Residentia abesse iusta causa nulla datur, si detrimentum ouium immineat.
5 *Residentia abesse iusta causa est obedientia S. Pontificis.*
6 *Residentia abesse iusta est causa vtilitas Ecclesiæ, vel Reipublicæ.*

ARGVMENTVM.

A residẽtia abesse, quę causę per Archiepiscopũ sint approbandæ, & Episcopum excusent.

CAP. LXXXII.

1 INter alias Archiepiscopi Metropolitani auctoritates, dicitur, quod ipse approbat in scriptis iustas, & legitimas causas absentiæ suffraganei, & non residentem cum Concilio Prouinciali potest punire, prout latius disponitur in *Concil. Trid. sess. 23. de ref. cap.* 1. de hac materia residentiæ habent peculiares tractatus, *Anton. Pagan. Barthol. Corhanza, & Hieron. Gig.* tractant *Alphons. Aluarez Guerrero in specul. iuris Pontif. cap. 9. Salzed. ad Diaz in prax. cap. 54. lit. C. Leo in Thes. for. Eccles. par. 3. cap. 2. num. 4. & seqq. Genuens. in Manual. Pastor. cap. 31. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 4. Ceuall. commun. contra cõmun. q. 585. Valer. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 30. tract. 3. nu. 54. & seqq. Less. de iust. lib. 2. cap. 34. dub. 29. Vgol. de off. Episc. cap. 4. §. 13. & cap. 15. §. 3. & seqq. Armendor. in addit. ad recapil. leg. Nauarr. lib. 2. titul. 23. l. 2. §. 2. sub rubr. vtrum Episcopi possint se absentare à suis Episcopatibus, vel debeant in eis residere, Galganet. de iure publ. lib. 3. titul. 9. Ioann. Valer. de differ. inter vtrumque for.* verbo *Parochus diff.* 3. *Sanctorel. variar. resol. lib. 1. à q. 1. usq; ad 16. Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 53. Garz. de benef. par. 3. cap. 2. Emman. Sà* verbo *residentia*. De hac auctoritate Metropolitani circa residentiã suffraganei, vide *Quar. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas n. 7. vers. vndecimum ius est, Genuens. in prax. cap.* 88. *secundum vltim. impress. num. 27. Barbos. vbi supra nu. 5. in fin. & de iur.* Eccles. *lib. 3. cap. 7. nu. 23.*

2 Iustæ absentiæ causæ à Metropolitano comprobandæ ponuntur ab eodem *Trid. cit. cap.* 1. nempè christiana charitas, vrgens necessitas, & debita obedientia.

3 Christiana charitas, idest proximorum vtilitas, puta si Ecclesia aliqua versatur in magno periculo hęresis, & Episcopi prædicatione posset succurri, vel ob pacem magnorũ componendam; prædictæ enim, & similes causæ christianę charitatis cognitæ per Metropolitanum, possunt approbari pro absentia Episcopi, dummodo ex tali absentia non oriatur notabile detrimentum in propria Ecclesia Episcopi absentis, &c. in hoc enim casu ordo ipse charitatis alteraretur, *Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 4. num. 3. Marc. Anton. Genuens. in Manual. pastor. cap. 31. nu. 3. Molfes. in summ. Theol. moral. tract. 6. cap. 11. nu. 29. Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 53. num. 6. Sanctorel. variar. resol. q. 3. num.* 1.

4 Vrgens necessitas, quæ dicitur concurrere, quando Episcopus residendo graue malum vitæ incurreret, vel propter morbum, vel propter aliquam persecutionem, vel propter aeris intemperiem, vel ob inimicitias, aut ob Principis, vel populi furorem declinandum, notant *Tolet cit. loc. num. 4. Barthol. Carran. tract. de resid. Episc. cap. 12. vers. 2. Salzed,*

*zed.ad Diaz in prax.cap.*55.*lit.C.Gallet.Margarit.cas.conscien.*verbo *resid. Zerola in prax.par.* 1. verbo *priuatio* §.4.*dub.*1.*Azor.instit.moral.par.*2.*lib.* 7.*cap.*4.*q.*4.*Molf.cit.loc.num.*30.*Sanctorell.vbi supra num.* 2. in prædictis enim casibus dicitur, quod cócurrat vrgens necessitas,& sic iusta causa absentiæ Episcopi:sed hoc optimè declarat *D.Thom.*2.2. *q.* 181. *art.* 5.& colligunt *Caiet.Sot.& Mirãda*, quos refert,& sequitur *Vasq.in opusc.de benef.cap.*4.§.2.*art.*1.*dub.*2.*num.* 135. procedere quando non sequeretur detrimentum ouium in spiritualibus, nam tunc ex nulla causa posset abesse,quia bonus Pastor ponit animam suam pro ouibus suis,vt habetur *Ioan.*10. & refert *Molfes. cit. cap.* 11.*num.*31.

5 Debita obedientia,& est quando Summus Pontifex propter aliquod negotium vocaret ad se Episcopum; hanc enim iustam causam absentiæ comprobat Metropolitanus, *Tolet. cit.loc. num.* 7. *Salzed. vbi supra cap.* 54.*vers.tertius casus,Azor.d.cap.* 4. *q.* 4.*vers.ad tertium,Sanctorell. adducta q.*3.*num.*3.*Barbos.de potest.Episcopi* 3. *par.alleg.*53.*num.* 10.*cum seqq.*

6 Adde *vers.penultim.Concil.Triden.* numerare inter iustas causas absẽtiæ euidentem vtilitatem,non solùm Ecclesiæ,sed etiam Reipublicæ,quæ exemplificatur, non solùm quando Episcopus abest ob defendenda iura suæ Ecclesiæ,vel causa accedendi ad Concilium Generale,sed etiam quando Episcopus mittitur Legatus, vel Orator ad aliquem Principem sæcularem, quia dicitur inseruire euidenter in vtilitatem Reip. prout aduertunt adducti DD. *cit. loc. Tolet. num.* 3. *versic. quart. Salzed.vers.*4.*Genuens. cap.* 31. *num.* 5. *Vasq.dub.*2.*nu.*138.*& seq. Molf. cap.* 11.*num.*36.*Sanctorel.q.*3.*nu.* 5. *Barbos.num.*14.

SVMMARIVM.

1 *Residentia non facienda per Archiepiscopum iustam causam cognoscit antiquior ex suffraganeis.*
Residentia non facienda per suffraganeos iustam causam cognoscit antiquior suffraganeus absente Archiepiscopo.

2 *Residentia non facienda iustam causam approbat Metropolitanus in scriptis.*
Residentia non facienda causam,si suffraganeus corã Metropolitano proponere non potuerit,abesse sine ea.

3 *Residentia abesse sine licentia,ad quod tempus extendi possit.*
Residentia abesse Episcopo,quibus temporibus non liceat.

4 *Residentia abesse per tres menses iusta causa,etiam post Bullam Vrbani VIII.permittitur.*

5 *Residentia abessẽdi iustam causam hodie non approbat Metropolitanus, sed licentiam concedit S.Pontifex.*

ARGVMENTVM.

Absentiæ Episcopi, & Archiepiscopi à residentia iustam causam, qui cognoscant de iure;& quid hodie.

CAP. LXXXIII.

1 FAcultas cognoscendi de absentia suffraganei, de qua in superiori *Cap.* Metropolitano competẽs, si ipse Metropolitanus sit, qui abest, transit in Episcopum suffraganeum antiquiorem residentem,qui cognoscit de causis absentiæ, non solùm ipsius Metropolitani,sed etiam aliorum Episcoporum comprouincialiũ, disponunt aperta verba *Concil.Trid. cit.cap.*1. & referũt decisum *Armendor.in addit.ad recap. legum Nauarræ lib.*2.*titul.*23.*l.*2.§.2.*sub titul.vtrum Episcopi possint se absentare à suis Epi-*

scopatibus nu.5.& 6.Barbos. de potest. Episcopi par.3.alleg.53.num.5.in fin. Sanctorel.var.resol.q.4.num.7.

2 Metropolitanus cognoscens iustam causam absentiæ suffraganei, illam approbare tenetur in scriptis, iuxta verba *Concil.Trid.cit.loc.*ibi, *in scriptis esse approbãdas*: Verùm si occurrat vrgens necessitas, ob quam suffraganeus non possit adire Metropolitanum, posse illum abesse à sua Ecclesia sine alia superioris licentia, resoluit *Sanctorel.cit.loc.n.9.* sed an hoc verum sit post Bullam Vrbani VIII. vide infra *vers. aduertendum*.

3 Idque verificat per duos, aut ad summum tres mẽses, per quod tempus potest Episcopus suffraganeus à sua Ecclesia abesse sine Metropolitani, vel alterius superioris licentia, dummodo id æqua ex causa fiat, & absque vllo gregis detrimento, vt in eodem *tex.Cõcil.Trid.* vndè talem trium mensium absentiam non debere incidere in Aduentu, Quadragesima, Natiuitate Domini, Resurrectione, in festo Pẽtecostes, & Corporis Christi, colligunt ex eodem *tex.Trid.Valent.tom.3.disp.10.quæst.3.punct.5.vers.secundò certum est, Less. de iust.lib.2.cap.34.dub.29.num.155. Sanctorel.cit.loc.num.5.* vbi in fine testatur, talem trium mensium absentiam concedi Episcopis animum relaxandi causa, *Azor.instit.moral.par.2.lib.7.cap.4.q.1.*

4 Hic est aduertendum super residentia Episcoporum, etiam Cardinalium, nuper editam fuisse constitutionem ab Vrbano VIII. per quã constitutionem non fuisse sublatam facultatem à *Concil.Triden.cit.cap.1. de refor. sess.23.* concessam, iusta ex causa abessendi aliquantisper à residentia, dummodo absentiæ spatium duos, vel ad summũ tres menses nõ excedat, refert voluisse *Sacr. Congr. Concil.die 3.Februarij 1635. Barbos. de potest.Episcopi cit.par.3.alleg.53.n.21.in fin.secund.vltim.impress.*

5 Aduertendum est etiam, quod licèt possit Archiepiscopus cognoscere de causis absentiæ suffraganeorum, illosq; ad residentiam reuocare, & iustas absentiæ causas approbare, etiam in terminis *Concil.Trid.* vt dictum est supra; tamen post *Bullam Vrbani VIII.* incip. *sancta Synodus sub die 7. Decembris 1634.* non sufficit causam absentiæ esse approbatam à Metropolitano, sed ad hoc, vt Episcopus, Archiepiscopus, seù Primas, etiam S.R.E. Cardinalis valeat recedere à sua Ecclesia, tenetur obtinere licentiam Romani Pontificis per Breue, seù litteras missiuas.

SVMMARIVM.

1 *Absentia Episcopi à residentia per sex menses, pœna qua imponatur.*
Absentia Episcopi à residentia per annum, pœna quæ statuatur.
Absentia suffraganei à residentia, si vltra annum extendatur quid agendum, & quid si Metropolitanus absit à residentia.

2 *Absentes Episcopi à residentia non faciunt fructus suos, & quid de eis agendum.*

3 *Absentes Episcopi intra trimestre, an faciant fructus suos.*

4 *Absens Episcopus à residentia potest aliquos fructus sibi retinere, et quare*

5 *Absentes Episcopi, & alij etiam Cardinales sine licentia, ex Bulla Vrbani quas pœnas incurrant.*

6 *Absentes Episcopi à residentia priuantur gratia alternatiuæ quoad collationem beneficiorum.*

7 *Absens Episcopus à Diœcesi sua in loco parum distanti nõ incurrit pœnas.*
Parochus parum distans à Parochia dicitur residere.

ARGVMENTVM.

Absentiæ à residentia, quę pęna, & qui parum abest residere dicitur.

CAP.

CAP. LXXXIV.

1 Adde hìc pœnas, quibus Episcopi non residentes mulctãtur; & primò ex *Concil. Triden. sess. 6. cap. 1.* si per sex menses cõtinuos extra Diœcesim abfuerint non accedẽte iusta, & rationabili causa, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci per superiorem Ecclesiasticum applicãdorum pœnam ipso iure incurrunt, & si per alios sex menses perseuerauerint in absentia, amittunt aliam quartam partem fructuum ipso facto eodem modo applicãdam. Crescente verò contumacia teneturMetropolitanus suffraganeos absentes, & suffraganeus Episcopus antiquior residens Metropolitanum sub pęna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda, intra tres menses per litteras, vel nuntium Papæ denunciare, confirmatur per *Bullam Pij IV.* 17. incip. *de salute gregis de anno* 1560.

2 Secundò Episcopi absentes à residentia contra formam, & dispositionem *Concil. Trid. sess. 23. de refor. cap. 1.* præter pęnas supradictas peccant mortaliter, & non faciunt fructus suos pro rata temporis absentiæ, nec illos retinere possunt tuta conscientia, etiam declaratione non secuta, sed tenentur per se ipsos, aut ipsis cessantibus per superiores Ecclesiasticos condemnari ad illos fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci erogandos, non obstante quauis cõpositione, aut priuilegio cuicunque collegio, aut fabricæ concesso.

3 Controuertunt DD. in terminis *Concilij Trid.* si Episcopus abfuerit intra spatium trium mensium sine tamen causa, an faciat fructus suos pro eadem rata temporis; & partem negatiuã defendit *Garz. de benef. 3. par. cap. 2. n. 28. et seq.* etiãsi id contingerit sine vllo gregis detrimẽto; cõtrariam sententiam sequuntur alij, quod .s. faciat fructus suos, nec teneatur illos restituere, ea ratione, quia Episcopus in tali casu nõ videtur moraliter abesse ob paruitatem materię, dummodo officiũ suum per idoneum Vicariũ præstiterit, ita defendunt multi, quos refert, & sequitur *Bonac. de obligat. beneficiat. disp. 5. punct. 4. num. 8. & 9.*

4 Aduertunt hìc DD. Episcopum absentem non teneri in foro conscientiæ præcisè restituere omnes fructus pro rata temporis absentiæ, sed posse sibi retinere partẽ ob alia onera, vt recitationis horarum, & alia, quibus absens pro grege suo functus est, *Bonac. cit. loc num 5. Barbos. de potest. Episcopi part. 3. alleg. 43. num. 101. Posseuin. de off. Parochi cap. 1. num. 35.*

5 Tertiò ex *Bulla Vrbani VIII.* edita *die 12. Decembris* 1634. Episcopi maiores Prelati, etiamsi Cardinales sint non residentes, & ab eorum Ecclesijs absentes sine licentia Papæ per Breue, vel litteras missiuas obtenta incurrunt ipso facto absque alia declaratione pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ, amissionis fructuum pro rata absentiæ, & facultatis testãdi, seu disponendi de bonis suis à Sede Apostolica concessæ, ita, & latius habemus ex *Bulla prædicta*.

6 Quartò Episcopi in pœnam absentiæ priuantur gratia alternatiuæ super prouisione beneficiorum, iuxta *regulam 9. Cancellariæ*: Item multis facultatibus concessis à *Concil. Trid.* & alibi in iure Episcopis residentibus.

7 Sed hìc aduertendum est, quod Episcopus absens à sua Diœcesi, sed residens propè illam in loco non distanti vltra vnum milliare excusatur à pœnis prædictis, quia parum distans moraliter dicitur pręsens *l. pro locis l. mediterraneæ C. de ann. & trib. lib. 10.* & ex tali absentia nullum præiudicium officio, & animarum saluti infertur, *Gonz. ad regul. 8. cancell. gl. 43. num. 10. & 43. vsq. ad 83. Beja 4. par. casu 21. col. pen. & vlt. Bonac.*

*nac.de resid.benefic.punct.*1.*num.* 2. *&* 4.*Garz.de benef.par.*3.*cap.*2.*nu.* 179. qui adducit declarationes *Sacr.Congreg.* quæ licèt loquantur de Parocho, multò tamen magis procedunt in Episcopo, cuius seruitium non est tàm frequens, & immediatum secũdum opinionem *Thes.in prax. Eccles. par.*2.verbo *residentia cap.*1.*vers. vltimo*.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest compellere suffraganeum ad iustitiam ministrandam.*

2 *Synodus Diœcesana facienda est per Episcopum, aliàs per Archiepiscopum ad id est compellendus.*

3 *Seminarij ad electionem compelli potest Episcopus per Archiepiscopum.*

4 *Vicarium sibi eligere, an compelli possit Episcopus per Archiepiscopum.*

5 *Oeconomum sibi eligere compelli potest Episcopus per Archiepiscopum.*

6 *Archipresbyterum ruralem eligere compelli potest Episcopus per Archiepiscopum.*

ARGVMENTVM.

Multa ad quæ de iure compelli possit Episcopus per Archiepiscopum.

CAP. LXXXV.

1 INter multas auctoritates Archiepiscopi, tradunt DD. illam, quod possit compellere suffraganeos ad ministrandam iustitiam subditis, & ad faciendum id, in quo ipse suffraganeus est negligẽs, docet magistraliter *Abb. in repet. cap. si quis contra n.* 40. *&* 41. *de for. compet.* aduertunt *Quarant. summ.Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. decimaquarta auctoritas*, *Genuens. in prax.cap.* 88. *secundum vltim.impress.nu.*3. *Barbos. de iure Eccles.lib.*1.*cap.*7.*nu.*24. Ampliat hanc sententiam, & auctoritatem *Fel. in cap pastoralis nu.* 6.*in fin. de off.ord.* quod si Episcopus non facit iustitiam, vt tenetur, Archiepiscopus potest adeo exagerare in eum pœnas, quod tandem inducatur ad iustitiam reddendam, refert *Quarant.cit.loc.*

2 Ex proposita conclusione colligunt DD. posse Archiepiscopum cõpellere suffraganeum ad faciendum Synodum quotannis, ad quod adducunt *tex.in cap.sicut de accusat.* ita *Genuens.* & *Barbos. loc. supracit.* verũ *tex. in dicto cap. sicut* non probat sententiam; tantùm enim disponit, quod Metropolitanus tenebatur facere de iure communi singulis annis Synodum Prouinciale: Sed licèt hoc corollarium non probetur ex adducto *tex.* est tamen verum, & confirmatur suprapsosita cõclusione, quod Archiepiscopus possit compellere suffraganeum ad faciendum, quod tenetur; sed suffraganeus tenetur quotannis Synodum Diœcesanam celebrare per *Concil.Trid.sess.*24. *de ref. cap.* 2. *in fin.* ergo ad id potest compelli per Metropolitanum in casu negligentiæ.

3 Colligunt secundò, posse Archiepiscopum compellere suffraganeum negligentem ad erectionem Seminarij, & id optimè colligitur ex proposita conclusione, & disponitur apertè in *Concil.Trid.sess.* 23. *de ref. cap.*18. in illis verbis, *quod si Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum Prælati in hac Seminarij erectione, eiusq; conseruatione negligentes fuerint, & cæt.* notant *Quarant.* *Genuens.* & *Barbos.cit.loc.*

4 Colligũt tertiò, Archiepiscopum posse compellere suffraganeum ad sibi constituẽdum Vicarium; est originalis opinio *Abbat. in cap. quoniam num.*3.*de off.ord.* refert *Genuens.cit.n.* 3. qui allegat *Sbroz. de off.Vic.lib.*1.*q.* 57. Sed hic aduertendum est corollarium non esse omninò verum, quia verior, & magis communis est opinio

nio Florum;qui tenent,Episcopum regulariter ex necessitate non teneri sibi constituere Vicarium, voluit *Rota apud Put.decis.43.lib.2. Mohed. decis.4.de off.Vicar.& in vna Calaguritana fructuum 18.Martij 1583.* coram *Barthol.* & apud *Caualer. decis.* 418. sicq; cùm regulariter suffraganeus non teneatur ex necessitate habere Vicarium, sequitur,non posse ad id compelli per Metropolitanũ, & quia suadente peculiari necessitate; tenetur in tali casu suffraganeus habere Vicarium,prout ex *Cap.quoniam de off. ordin.* probat *Meroll. 3. par.disp.7.cap.6.dub.9.num.* 74. tunc potest suffraganeus ad id cõpelli per Metropolitanum ex proposita regula,quod possit Metropolitanus compellere suffraganeum ad faciendum id ad quod tenetur.

5 Colligunt quartò,Archiepiscopũ posse compellere suffraganeum, vt constituat Oeconomum,*Cap.in noua 16.q.7.& cap.cũ simus 9.q.3. Genuens. & Barbos.cit.loc.*dicitur Oeconomus cui res Ecclesiæ gubernanda mãdatur *l.iubemus C.de sacros.Eccles.*ita *gl. in cit.cap.cum simus* verbo *Oeconomos.* Prædicta de iure vera sunt, sed in praxi non seruantur.

6 Colligunt quintò,posse Metropolitanum cogere suffraganeũ ad constituendum Archipresbyterum ruralem,de quo in *Cap.final.de off.Archipresb.*ita *Genuens.et Barbos.vbi supra*, & est verum de iure communi, licèt non seruetur in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Suffraganeo negligẽte,an deuoluatur Iurisdictio ad Archiepiscopum,et an compellendus sit per eum ad agendũ. Suffraganeo negligente,an ter appelletur à denegata iustitia.*

2 *Suffraganeo iniustè denegante institutionem,dispensationem,& similia,ea facit Metropolitanus.*

3 *Episcopi exempti negligentiam non supplet Metropolitanus.*

4 *Suffraganei consensum necessarium de necessitate actus non supplet Metropolitanus, sed cogit ad eum præstandum.*

ARGVMENTVM.

Suffraganeo negligente, quid facere possit Metropolitanus.

CAP. LXXXVI.

1 Dictum est *Cap.præcedenti*,posse Metropolitanum compellere suffraganeum ad faciẽdum id, quod facere debet. Hic dubitari potest,an possit Metropolitanus facere per se, quod negligit facere suffraganeus, & quidem defendit *Abb.in cap.si quis contra Clericum num.7.de for.compet. & in repetitione eiusdem nu.40.& seq.* propter negligentiam Episcopi non deuolui regulariter iurisdictionem ad Archiepiscopum Metropolitanũ, sed tantùm posse illum cogere ad iustitiam ministrandam, quicquid sit de Prælatis inferioribus. Cõtrariam sententiam, quam communem appellant DD. nempè quod propter negligentiam suffraganei deuoluatur iurisdictio ad Metropolitanum, qui per se ipsum facere potest, defendunt *Felin.in cap.Pastoralis nu.6. de off.ordin.*multa *Quar.summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas nu.21.* vbi *Prosp.de August.lit.M.Genuens.in prax. cap.* 88. *secundum vltimam impressionem num.* 4. *Barbos.de iure Eccles.lib.1.cap.7.num.31. Seraph. decis. 1212.nu.3.Grat discept.for.cap.169. num.1.& seqq. egoipse in prax. annot. 49.nu.5.*post *Afflict. in cap. Imperialem §.præterea nu.33.de prohib.feu. alien. per Feder.* hæc secunda sententia est communis, verùm practica non habet illam omninò pro secura,ex freti opinione illorum,qui dicũt, quod non cõuincitur suffraganeus de negligentia, nisi ter fuerit requisitus, *Gram.consil.crim.54.nu.8. Quarant.*

Digitized by Google

*cit.loc.sub nu.*21. *egoipse vbi supra sub num.*5.pòstquam ter institerunt coram suffraganeo tribus distintis petitionibus,& petierunt iustitiam ministrari,si adhuc suffraganeus negligens fuerit, appellant à denegata iustitia,prout latius *egoipse cit.annot.* 49.*num.*5.*& seq.*quæ praxis videtur admittere,non deuolui iurisdictionē ad Metropolitanum per solam negligentiam suffraganei, sed requiri etiam appellationem, nisi dicamus, dictam appellationem esse ad conuincendum suffraganeum de negligentia.

2 Ex dictis collige,quod si appelletur à suffraganeo ad Metropolitanū à denegata institutione,dispensatione,absolutione, licentia, ordinatione,& similibus, & constiterit,suffraganeum iniustè denegasse, tunc poterit Metropolitanus per se ipsum instituere, dispensare, absoluere, licentiam dare,ordinare, & similia, *Genuens.cit.cap.*88.*num.*3.*vers.quartò per negligentiam*,Barbos.*de iure Eccles.lib.*1.*cap.*7.31. *& seqq. egoipse cit. annot.*49 *n.*6. dicemus inferius,cùm de appellatione erit notandum.

3 Restringe supradicta, Archiepiscopum non posse supplere negligētiam Episcopi exempti, probant ex *Cap.nullus de iure patronat.Barbos. de iure Eccles.lib.*1.*cap.*7.*num.* 41. huius enim Episcopi negligentiam supplet solus Papa, *Lambert. de iure patron. lib.*1.*par.*2.*art.*20.*num.*9.*Steph. Quarant.summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num.*21.*in fin.Genuens. vbi supra num.*4.*in fin.*

4 Restringe etiam,nempè non posse Archiepiscopum supplere negligentiam suffraganei non præstantis consensum alicui actui, in quo ipse consensus ad validitatem necessariò desideratur,quia tunc ad validitatē actus consensus requiritur in forma specifica,& nō potest perę quipollēs adimpleri, ideo non potest per Metropolitanum suppleri, sed necessariò erit recurrendum ad Summum Pontificem,probat *Barbos.cit.loc.nu.* 42.*& de off.Episcopi par.*3.*alleg.* 126. *num.*35.qui vlterius notat,quod licèt Archiepiscopus non possit in tali casu per se consensum præstare, poterit nihilominus cogere suffraganeum ad consentiendum.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus est iudex ordinarius suffraganeorum,& qui DD.materiā exagitent.*
2 *Archiepiscopus an habeat Iurisdictionem in suffraganeos.*
3 *Archiepiscopus habet potestatem in vota,& iuramenta suffraganeorum.*
4 *Suffraganeus ob iniectionem manuum excommunicatus, absoluibilis est, si impeditus fuerit,à Metropolitano.*
5 *Suffraganeus, an conuenibilis sit in causa ciuili coram Metropolitano,& quid si ipse conueniat suum subditum.*
6 *Suffraganeus nullo modo conueniri potest per causam criminalem coram Metropolitano.*

ARGVMENTVM.

De aliquibus, quæ Metropolitanus potest, vel non potest quoad suffraganeos.

CAP. LXXXVII.

1 REgula est in iure,Archiepiscopum esse iudicem ordinarium suffraganeorum, *Cap quia cognouimus* 10.*q.*3.*cap.pastoralis in princip.* vbi *Abb.num.* 2. *de off.ord. cap. sollicitudinem de appellat. gl.in cap.Metropolitanum* 2.*q.*7. *& in cap.sicut vnire* in verbo *attentare de excess. Prælat. & in auth. Clericus* in verbo *Episcopale C. de sacros. Eccles. Abb.in cap.excommunicato sub nu.*13. *de rescrip.in cap.suffraganeis num.*1.*de elect.in cap.non potest num.*8.*de re iud. in cap.nullus nu.*2.*de iurepatr. Gemin.*

in

in cap. venerabilibus in princip. num. 4. de sent. excom. in 6. per tex. in cap. Cleros 21. dist. Zabar. in clem. abusionibus de pœnit. & remiss. Fel. in cap. cum inferior de maior. & obed. Sbrozz. de off. Vicar. lib. 2. q. 58. in princip. Botta de Synodo par. 3 art. 2. sub nu. 27. Gonz. ad regul. 8. cancell. gl. 42. num. 16. Genuens. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 88. *num.* . *secundum vltimam impress.* latè *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num.* 10. *vers. decimasexta auctoritas*, *Gamb. de off. & potest. Legat. à lat. lib.* 2. *titul. de varijs Ordinar. nominibus num.* 31.

2 Propositæ regulæ se opponunt nõnulli, & dicũt, Archiepiscopum nullam habere potestatem in ipsos suffraganeos, nisi quatenus expressum reperitur in iure, *gl. in clem. si vna* in verbo *mensæ suæ de reb. eccles. nõ alien. Dec. in cap. sollicitudinem num.* 11. *de appell.* post *Host. & Ioan. Andr. in cap. magnæ de voto, Ioan. And. in cap. nullus de iure patron. Fel. in cap. pastoralis in princip. & in cap. cum ex officij n.* 7. *de præscript.* testantur in hac materia esse prohibitum Metropolitanis quicquid in iure expresè nõ reperitur concessum per *tex. in cap. inter corporalia §. sed neque vers. & quod nõ est de translat. Epis. Host. in d. cap. magna, facit tex. in cap. dilectus de tempor. ordin. cap. duo simul de offic. ordin. gl. fin. in cap.* 1. *de suppl. negl. Prælat. in* 6. vbi *Host.* & secundum hanc opinionem, *Sacram Congregationem Episcoporum*, facta prius relatione Clemẽti VIII. ac de eiusdem mandato viuæ vocis oraculo desuper habito, declarasse *de anno* 1600. *die* 13. *Octobris* testatur *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 8. *num.* 98. *vers. declara* 4.

3 Notant DD. aliquos casus, in quibus Archiepiscopus potestatem habet in personam suffraganei; & primò dicunt, Archiepiscopum posse dispensare in votis, & iuramentis Episcoporum suffraganeorum, ita post *Palud. S. Anton. Henriq. Auil. Sayr.* & alios, resoluit *Sanch. in præcept. Decal. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 38. *nu.* 16. & sequitur *Molfes. in summ. Theol. moral. tract.* 11. *cap.* 15. *num.* 111. *& Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 48. contra *Suar.* qui dicit in hoc casu attendendam esse consuetudinẽ.

4 Dicunt secundò, quod si Episcopus suffraganeus manus violentas iniecit in Clericum, & est senex, vel debilis, vel impeditus, poterit absolui per Metropolitanum, ita *Specul. in titul. de diuers. sent. for. vers. quid si ipse Episcopus, Bertach. tract. de Episcopo in prælud. num.* 13. *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctor. sub n.* 10.

5 Dicunt tertiò DD. & de iure communi ponunt regulam generalem, posse Archiepiscopum Metropolitanum cognoscere de causa ciuili contra ipsum suffraganeum, qui indifferenter potest conueniri coram Metropolitano in causa ciuili, etiam absque petitione veniæ, ita *Abb. in cap. legebatur sub num.* 3. *de maior. & obed. & in cap. pastoralis de off. ordin.* per *tex. in cap. cognouimus* 10. *q.* 5. *Alber. Oliua super Ritu* 11. *Cur. Archiep. Neap. Quarant. summ. Bull sub cit. nu.* 10. *Genuẽs. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 88. *secundum vltimam impressionẽ num.* 1. *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 46. qui secus dicit quando Episcopus vult conuenire suum subditum; tunc enim non potest illum vocare coram Archiepiscopo, cùm Archiepiscopus non sit iudex subditorum Episcopi; tunc enim sunt eligẽdi arbitri auctoritate iuris, *Gemin. in cap. Romana* 3. *§. ab Archidiaconis sub nu.* 4. *de appellat. lib.* 6. vbi etiam *Frãc. num.* 4. *lim.* 4. Verùm licèt hæc sentẽtia vera sit, & recepta in iure, nihilominus in praxi aliud fuisse declaratum per *Sacr. Congreg. Cardinal. negotijs Episcoporum*, *& Regularium præposit.* scribendo *Episcopo Regien. sub die* 31. *Maij* 1588. testatur *Barbos. de iure Eccles. cit. loc. nu.* 46. *in fin.* ego ipse *in prax.* 1. *par. annot.* 49. *nu.* 31. probat *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q.* 22. *num.* 30. *& seqq.* ex quibus dicendum

est

est hodie, nec in causis ciuilibus posse Episcopum conueniri coram Metropolitano, nisi in casu à iure permisso.

6 In causis verò criminalibus, certissimum est, non posse Metropolitanum cognoscere de tali causa contra suffraganeum, etiamsi ex officio procedere vellet, vel per denunciationem, aut accusationem, indubitatum est apud omnes, & disponit *Cõcil. Trid. sess.* 13. *cap.* 6. *&* 7. *de refor. & sess.* 24. etiam *de ref. cap.* 5. notāt DD. omnes, latè *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 22. *num.* 49. *& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus an habeat iurisdictionem in Vicarium suffraganei.*
Vicarius suffraganei delinquens in officio est punibilis à Metropolitano.

2 *Vicarius suffraganei quando dicatur delinquens in officio.*

3 *Vicarius suffraganei dicitur delinquēs in officio ad effectum, vt sit punibilis à Metropolitano, si eius iurisdictionem offendat.*

4 *Vicarius suffraganei delinquens in praeiudicium partium punitur ab Episcopo.*

5 *Vicarius suffraganei punibilis est per Metropolitanum, si delinquat conniuente Episcopo.*

6 *Vicarius suffraganei quando punibilis est per Metropolitanum, est reducibilis etiam ad carceres.*

ARGVMENTVM.

De Vicario suffraganei punibili per Metropolitanum, & quando.

CAP. LXXXVIII.

1 Dictum est *Cap. praecedenti*, quam potestatē habeat Metropolitanus in personam suffraganei Episcopi, & quando sit illius iudex, hic videndum est, an Metropolitanus sit iudex ordinarius, vel habeat iurisdictionem in personam Vicarij generalis suffraganei: Et quidem constituenda est regula negatiua, nempè, regulariter Metropolitanum non habere iurisdictionem in Vicarium suffraganei, quæ regula fallit communiter apud omnes DD. quando Vicarius suffraganei deliquit in officio; tunc enim Metropolitanus dicitur iudex illius per *tex. in cap.* 1. *de off. Vicar. in* 6. docuerunt *Domin. & Franc. in cap.* 1. §. *final. de for. compet. eod. lib. Zabar. in clem. abusionibus sub num.* 8. *de paenit. & remiss.* Paris. *de puteo tract. de Synod. vers. officialis offensa sub nu.* 9. *Carauit. super rit.* 49. *Mag. Cur. Vicar. sub num.* 27. *Rota decis. diuers.* 754. *num.* 2. *&* 3. *vol.* 1. *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas nu.* 11. *Genuens. in prax. cap.* 88. *secundum vltimam impress. nu.* 2. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q* 22. *nu.* 100. *ego ipse in prax.* 1. *par. annot.* 49. *num.* 36. post *Barbos. de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 29. *Ricc. in prax.* 3. *par. resol.* 22. *n.* 7. qui refert alios multos, *Donat. Ant. de Marin. quotid. resol. cap.* 18 *num.* 3. *Grat. discep. for. cap.* 169. *nu.* 14. & alij, qui communiter docent, quod quādo Vicarius deliquit in officio, fit adeo subditus Metropolitano, vt possit ab ipso puniri, etiam censuris, & signanter excommunicatione.

2 Quærunt etiam DD. quando dicitur Vicarium delinquere in officio, & esse subiectum Metropolitani iurisdictioni; & quidem duplici modo loquuntur: dicunt nonnulli, tunc censeri Vicarium delinquere in officio, quando auctoritas officij est in causa, vt delinquat, vt quia fauoris prætextu, & officij colore aliquid contra ius facit, & quoties Metropolitani mandatis in casibus à iure permissis non obedit, ita *Donat. Ant. de Marin. cit. loc.* post *Sbrozz. Genuens. & Quarant. vbi supra.*

3 Alij verò, & melius dicunt, tunc dici Vicarium delinquere in officio,

&

& fieri subditũ Metropolitano, quãdo Vicarius suffraganeus deliquit offendendo iurisdictionem Metropolitani, vt si nolit deferre appellationi ad eum legitimè emissæ, vel illius inhibitionem spernat; tũc enim liberè potest Metropolitanus contra illum procedere, & dicitur eius subditus, & pro hac secunda sententia esse verum sensum *Cap. 1. de off. Vicar. in 6.* defendit *Lotter. cit. loc. vers. nam sunt, Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 23. nu. 157.* qui refert, sic declarasse Sacram Congregationem cõtra Archiepiscopum Salernitanũ ad fauorem Vicarij Acernensis, *ego ipse cit. loc. num. 36. in fin.*

4 Ex dictis, dicendum est, quod quãdo Vicarius suffraganei deliquit in officio præiudicãdo simpliciter partibus, & iustitiæ, & tunc nisi propter notorietatem, & grauitatem criminis facta sit deuolutio, cognitio, & punitio pertinet ad ipsum Episcopũ, qui habet facultatem à iure, prout alij magistratus, coercendi officialem suum appellatione remota, *l. nulli officialium C. quo. appell. non recip. cap. ei, qui appellat. §. nulli quoque 2. q. 6.* vbi *gl.* verbo *officialium*, docet *Lotter, cit. loc. num. 101.*

5 Referunt DD. nonnullas causas particulares, in quibus, etiam quod Vicarius suffraganeus delinquendo non offendat iurisdictionem Metropolitani sit subditus Metropolitano, & possit ab eo puniri, & sunt si Vicarius non seruet priuilegia Sedis Apostolicæ, vel si sententiam proferat per pecuniam, aut per gratiam, vel per sordes, ita *Ioa. Monach. in cit. cap. 1. num. 1.* verbo *& ideo Archiepiscopi de off. Vicar. in 6. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. nu. 30.* sed hanc doctrinam optimè explicat *Lotter. cit. loc. vers. & quamuis*, tunc procedere quando culpa reflectit in Episcopũ, qui conniueat, vel negligat officialẽ suum, ita delinquentem punire, aliàs non posset sustineri.

6 Cum igitur Metropolitanus potest procedere contra Vicarium suffraganei delinquentem in officio, vt supra, non solùm potest illum carcerari facere, & ad suas carceres Metropolitanas asportari, dummodo carceratio fiat circumspectè, & sine ignominia secundum *Donat. Ant. de Marin. loc. supracit. nu. 5.* qui testatur ita seruatum in Curia Archiepiscopali Capuana, sed etiam potest procedere contra illum censuris, prout post *Donat. Ant. de Marin.* volui *ego ipse in cit. prax. prima par. annot. 49. §. vnic. num. 37.* & probatur apertè in *cit. cap. 1. de off. Vicar. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest cogere subditos suffraganei, vt in diuinis officijs ritũ Metropolitanum seruent.*
Consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ seruanda est in omnibus Prouinciæ Ecclesijs.

2 *Suffraganei Ecclesia, si habeat specialem consuetudinem, non tenetur seruare consuetudines Metropolitanas.*

3 *Monachi celebrant officium secũdum eorum consuetudinem.*
Monachi, qui habent populum subiectum, debent in celebrando seruare consuetudinem Prouinciæ.

4 *Celebrandi, & recitandi officij modum præscribit constitutio Pij V.*

5 *Officij diuini recitandi formam, qui Pontificẽs instituerunt, quique immutarunt.*

ARGVMENTVM.

Metropolitanus quos cogere, vel non cogere possit ad seruandam consuetudinem recitandi officij, & celebrandi Diuina.

CAP.

CAP. LXXXIX.

1 INter Archiepiscopi auctoritates, enumerant DD. illam, nempè quod possit Archiepiscopus Metropolitanus compellere subditos suffraganei, vt in diuinis officijs Metropolitanæ Ecclesiæ ritum seruent ad *tex. in cap. de ijs dist.* 12. vbi *Concil. Toletanū* 11. *cap.* 3. ita disponit: *Omnes Prouinciæ eundem in psallendo modum teneant, quem Metropolitanam sedem habere cognouerint*, & deinde inf. *sic enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterij, vndè honorem consecrationis accipit, vt iuxta maiorum decreta, sedes, quæ vnicuique Sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiasticæ magistra rationis*, ita *tex.* ex quo communiter notāt DD. adeo Metropolitanū habere in subditos suffraganei auctoritatē in casu prædicto, vt possit liberè trāsgressores corrigere, ea ratione, quia consuetudo in celebrādis officijs, quam obtinet Metropolitana Ecclesia, debet obseruari in omnibus Ecclesijs Prouinciæ, *Archid. in dicto cap. de ijs num.* 1. & ibidem *Bellarm.* etiam *num.* 1. *& Turrecr. in princip. Silu. in summ.* verbo *Archiepiscopus sub nu.* 2. *Quar. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 22. *Scip. de Rubeis in aphorism. Episc.* verbo *Archiepiscopus nu.* 3. *vers.* 1. *Barbos. in collect. ad cap. Pastoralis num.* 6. *de off. ordin. & de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 71.

2 Limitant DD. dispositionem prædicti *tex. cap. de ijs*, quando Ecclesia Prouinciæ haberet specialem consuetudinem; tunc enim non tenentur suffraganei in diuinis officijs sequi dictam peculiarem consuetudinem Prouinciæ, ita post *Host.* tenet *Syl. in summ.* verbo *Archiepiscopus sub num.* 2.

3 Limitant etiam in Monachis; isti enim non tenentur sequi in diuinis officijs Ecclesiam Prouinciæ, nec illos potest Metropolitanus ad id cōpellere, quia monachi debent celebrare officia secundum regulam eorum, ita disponitur apertè in *cit. cap. de ijs*, vbi DD. omnes præsertim *Turrecr.* qui id dicit, non procedere in Monachis qui habent populum subiectum, quia isti debent etiam celebrare officia publica, in quibus populus debet interesse, secundum morem Prouinciæ, & Ecclesiæ Metropolitanæ, secus tamen de Monachis, qui celebrant corā populo non subiecto, quia hi celebrant etiam prout dictat regula eorum, ita *Turrecr. in cit. cap. de ijs num.* 1.

4 Prædicta licèt de iure communi vera sint, tamen hodie in hac materia officij seruandæ sunt *Constitutiones Pij V. super recitatione Romani Breuiarij, & Missalis*, prout obseruat *Quarant.* quem refert, & sequitur *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 71. *in fin. & in collect. ad cap. Pastoralis de off. ord. num.* 6.

5 Forma tamē diuini officij à *Gelasio* 1. *& Gregorio* 1 fuit instituta, *& à Gregorio VII.* reformata, multis postea modis immutata fuit, *Paulus IV.* emendare tentauit *Pius IV.* perfectionem commisit *Concil. Tridentino*, *Pius V.* Breuiarium absolui fecit, illudque approbauit *Constit.* 64. *incip. quod à nobis* 7. *Id. Iulij* 1568. apud *Laert. Cherub. in Bull. tom.* 2. *pag.* 260. aliàs *pag.* 196. *in nouiss. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus debet tollere consuetudinem Clericorum recipientium beneficia sine consensu Episcopi Diœcesani.*
2 *Consuetudo praua, & iniqua eadem.*
3 *Iniquitas quid sit.*
Iniquitas præcedit peccatum.
4 *Consuetudo praua Prouinciæ tollenda est per Archiepiscopum.*
5 *Archiepiscopi auctoritas in tollendis prauis consuetudinibus exemplificatur in iure.*

AR-

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus habet auctoritatem tollendi prauam consuetudinem Prouinciæ.

CAP. XC.

1 HAbet Archiepiscopus facultatem tollendi prauas consuetudines in concernentibus totam Prouinciam, prout optimè deciditur in *Cap. ex frequentioribus de institut.* vbi *Alex. 3.* scribens *Cantuarien. Archiepiscopo* prauam consuetudinem declarat, quod Clerici ecclesiastica beneficia sine consensu Episcopi Diœcesis, vel officialium suorum, qui hoc de iure possunt recipiunt; & proinde omninò mandat Archiepiscopo, quod illam extirpare procuret radicitus de Prouincia sua, DD. omnes in eodem *tex.*

2 Nota, quod idem est praua, ac iniqua consuetudo, prout habetur in *cit. tex. cap. ex frequentioribus*, vbi Sũmus Pontifex in principio vocat cõsuetudinem prædictam prauam, deinde in medio eandem appellat iniquam: fit etiã mẽtio de praua cõsuetudine in *5. dist. can. ad eius §. praua.*

3 Hinc aduerte, quod dicitur iniquitas habitudo mentis iniustę, *Cap. ille Rex de pęn. dist. 3.* & differt à peccato, prout dicit *Arch. in eod. cap. ille Rex*, quia opus iniquitatis ad mẽtis acerbitatem refertur; peccatum verò ad prolationem corporis; præcedit enim iniquitas, sequitur peccatum, sed grauior est iniquitas tanquam materia: iniquitatis autem tres sunt species secundum eundem *Archid. cit. loc.*

4 Dicimus autem in casu nostro, Archiepiscopum habere iurisdictionẽ tollendi prauam, siuè iniquam consuetudinem de Prouincia, vt in dicto *Cap. ex frequentioribus*, vbi DD. communiter, *Abbas in cap. pastoralis in princip. de off. ordin.* vbi etiam *Fel. num. 7. Genuens. in prax. cap.* mihi 88. *nu. 11.* vbi aduertit, dummodo peccatum sit vniuersale, non particulare, ex *Ost. in cap. 1. de supplen. neglig. Prælat. in 6. & in cap. ad extirpandas cit.* & ratio est, quia sollicitudo totius Prouinciæ Archiepiscopo commissa est, *Cap. Cleros 21. dist.* [illegible] *summ. Bull.* verbo *Archiep*[illegible]*opi auctoritas num. 23. vers. 10.* vbi multa, *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 72.*

5 Exemplificatam habemus in iure hanc auctoritatem Archiepiscopi in alijs duobus casibus; & primò in *Cap. ad extirpandas de filijs presb.* vbi Archiepiscopus amouere potest per totam Prouinciam filios presbyterorum, qui tenent Ecclesias, in quibus patres eorum, tanquam personę, vel Vicarij nulla persona media ministrarunt, siuè filij prædicti geniti sint in Sacerdotio, siuè non: Secundò in *Cap. final. eod. titul. de filijs presb.* vbi Archiepiscopus in tota Prouincia amouere potest illegitimè natos à personatibus, dignitatibus, & beneficijs curatis, eaque personis idoneis cõferri facere per illos, ad quos collatio illorum de iure pertinet, & vlterius potest inhibere, ne in posterum id fiat, ita voluit *Gregorius IX.* scribens *Turonen. Archiepiscopo in cit. cap. final.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus punire potest offensas sibi, vel suis illatas in exercitio iurisdictionis, & quid quando iurisdictio non impeditur.*

2 *Archiepiscopus punit sibi, suisque iniuriantes, & quando.*

3 *Iurisdictioni præsidens, neq; sibi, neque suis potest ius dicere.*

4 *Iniuriam sibi illatam quando iudex punire possit.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus quando possit iniuriantes sibi, suisq; punire.

CAP. XCI.

1 Potest Archiepiscopus punire manifestas, & notorias offensas illatas sibi, vel suis dum iurisdictionem exercet in Prouincias, etiã si ex inde impedimẽtum iurisdictioni suæ non sequatur, & ita si Archiepiscopus mittit suos nuncios per Prouinciã pro causa visitationis, cõuocandi Concilium, vel similem iurisdictionem exercendo, & illos aliquis de Prouincia iniuriauerit, potest Archiepiscopus Metropolitanus iniuriantem punire, deciditur in *Cap.* 1. *de pœnis in 6.* vbi *gl.* in verbo *Romana* aduertit, quod de iure antiquo poterat Archiepiscopus, cùm in Prouincia sua iurisdictionem suã exercet, punire notorios iniuriantes sibi, nuncijs, & familiæ suæ, quando per id sua iurisdictio impediebatur, sed hodie per *cit. tex. cap.* 1. tales iniurias punit, etiamsi iurisdictio non impediatur.

2 Ampliatur dispositio *cit. tex. cap.* 1. vt possit Archiepiscopus punire iniuriantes sibi, nuncijs, & familiæ suæ, non solùm notorios, sed etiam non notorios, & occultos, dummodo de illis concludenter constare possit, prout docet post *Genuens. in prax. cap.* mihi 88. *num.* 13. *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 73. *in fin.*

3 Obicies contra propositam regulam, in nullo casu posse Archiepiscopum punire iniuriam in se, vel in subditos irrogatam; quia qui iurisdictioni præest, neq; sibi, neq; suis potest ius dicere, *l. qui iurisdictioni ff. de iurisdict. omnium iud. l.* 1. *C. ne quis in causa sua, &c.*

4 Respondetur, aut iniuria est illata personæ, aut dignitati, aut iuribus dignitatis; si est illata personæ, & est notoria, & tunc potest iudex iniuriã passus cognoscere, & punire iniuriantem, si verò iniuria est occulta, & tunc iudex potest carcerare iniuriantem, & contra illum recipere probationes, donec notificetur iniuria: Si verò iniuria est illata dignitati, siuè sit occulta siuè manifesta potest iudex contra iniuriantem procedere, illumq; punire, *Cap. si quis erga* 2. *q.* 8. Sed si iniuria est illata iuribus dignitatis, & tunc subdistingue, aut sunt iura, quæ iudici spectant de iure communi, vt est procuratio in visitatore, & cæt. & tunc potest iudex contra denegantes procedere, & punire, *Cap. cum venerabilis de censib. cap. cum ex officij de præscript.* si verò dicta iura iudici non spectant de iure communi, & tunc si notorium est illa deberi, potest cognoscere, aliàs non: ita, & latius respõdet *Petr. de Anch. in cap.* 1. *num.* 2. *de pœnis in 6.* vbi etiam *Phil. Franc. num.* 3. latè disserit quando Prælatus, vel alius iudex potest iudicare in causa propria.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus tanquam Delegatus ad querelam Episcopi punit Canonicos suffraganei desistentes à diuinis, & qualiter.*
2 *Archiepiscopus punit tantùm Canonicos suffraganei desistentes à diuinis.*
3 *Archiepiscopus punit Canonicos desistentes à diuinis ad querelã Episcopi.*
4 *Cessatio à diuinis, in quibus indici possit.*
5 *Canonicos suffraganei cessantes à diuinis punit Metropolitanus censuris, vel etiam pœna pecuniaria.*
Pecuniaria pœna magis timeri solet, quam censura.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus an, & quomodo puniat Canonicos suffraganei cessantes à diuinis.

CAP.

CAP. XCII.

1 Habet etiam Archiepiscopus Metropolitanus iurisdictionem in subditos suffraganeorum in casu *Cap irrefragabili* §.*caterum de off.ordin.*vbi disponitur, quod si Canonici Ecclesiæ suffraganeę sine manifesta,& rationabili causa, maximè in contemptum Episcopi cessant à diuinis,Metropolitanus ad quęrelam eiusdem Episcopi,tanquam delegatus à sede Apostolica, taliter eos per censuram ecclesiasticam cognita veritate castiget, quod metu pœnę talia de cętero non prę́sumãt, ita *tex*.vbi DD.omnes,notant etiam moderni, *Genuens.in prax.cap.* mihi 88.*num*.15.*Quarant.summ.Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 23. *Barbos.de iure Eccles.lib.*1.*cap.*7.*num.* 74.*egoipse in praxi annot*.49.*num*.17. vbi cũ *gl*.ad eundẽ *tex*.aduerto,hanc iurisdictionem non videri competere Metropolitano iure Metropolitano,sed potius ex delegatione:Sed re vera,cùm illa sit à iure communi, nec expiret morte concedentis, videtur ordinaria,vel quasi iurisdictio à prædicto Canone Archiepiscopo concessa à sede Apostolica,ita *gl.* in verbo *super hoc in cit.*§.*caterum.*

2 Est tamen notandum, quod hæc iurisdictio Metropolitani consistit tantùm,quod possit punire excessus Canonicorum Ecclesiæ suffraganeę cessantium à diuinis, prout post *Sebast.Cæsar.*notat *Barbos.cit. num.* 74. *in fin.*& disponunt aperta verba *tex. in cit.*§.*caterum*,ibi,*cognita veritate castiget,& cat.*

3 Notandum est secũdò,quod Metropolitanus non potest in casu prædicto procedere contra Canonicos prædictos ex officio, sed tantùm id ei conceditur ad quærelam Episcopi suffraganei, & proprij, vt in *tex.* & notant DD.communiter.

4 Notandum est tertiò cessationem à diuinis non posse fieri à Capitulo, sed solùm ab Episcopo,ad quod cõmuniter allegatur *tex.in cit.*§.*caterũ* & ibidem Canonistæ, *Couar. in cap. alma mater par.*2.§.2.*num.*6.*Henriq. in summ.lib.*13.*cap.*54.*in princip.Suar. tom.*5.*disp.*39.*sect.*3.*num.* 2. supradicta intellige de cessatione sine rationabili causa, vel in conptemtum Episcopi, prout optimè notat *Barbos.in coll.ad cit.cap.irrefragabili* §.*caterum num.*13.*de off.ordin.*

5 Notandum est quartò,quod dicitur in *tex.cit.* §.*caterum*, in dicto casu posse Metropolitanum castigare Canonicos Ecclesiæ suffraganeæ cessantes à diuinis, vt supra per censuras ecclesiasticas,quę pœna non excludit pecuniariam;vndè DD.communiter in eodem *tex*.aduertũt,posse Metropolitanum imponere,etiam in dicto casu pœnam pecuniariam, si illa magis timeatur,ita *Anch.num.* 8.*Abb.num.*1.*Fel.nu.*5.& alij;cui autem sit applicanda hæc pœna pecuniaria,& an illam possit sibi retinere Metropolitanus,vide *Abb.& Fel. cit.loc.*

SVMMARIVM.

1 *Suffraganei subditos quoad notoria crimina punit Metropolitanus.*
Metropolitanus punit notoria crimina in visitatione.
Metropolitanus punit notoria crimina,etiam extra visitationem remota appellatione.

2 *Metropolitanus, tunc punit crimina notoria, quando suffraganeus non prauenit in puniendo.*

3 *Metropolitanus punit crimina notoria, quando suffraganeus est negligens.*

4 *Metropolitanus potest procedere contra notorios criminosos Prouincia ex officio.*

5 *Metropolitanus potest cogere suffraganeum,vt puniat subditi crimen.*

6 *Notoria crimina qua sint.*

7 *Metropolitanus punit crimina notoria Prouincia, etiamsi dubium sit,an sint notoria.*

ARGVMENTVM.

Metropolitanus crimina notoria Prouinciæ punire potest,& quando.

CAP. XCIII.

1 COnferunt cõmuniter DD. Archiepiscopo Metropolitano facultatem puniendi notoria crimina subditorum suffraganei, ita *Abb.in cap.ex frequentioribus nu.*10.*de instit.* qui testatur de communi, *Quarant. summ.Bull.*verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 24. *Genuens. in prax. cap.* mihi 80.*nu.*11. *Barbos. de iure Eccles. lib.*1.*cap.*7.*nu.*75.qui alios citat, hoc enim deducunt ex *Cap.*1.§.*fanè de censibus in* 6. vbi *Innocentius* 4. sic loquitur: *Notoria verò crimina, quæ examinatione non egeant, cùm super his meritò notari possit ordinariorum negligentia eorundem, liberè corrigat, pœnam pro illis debitam infligenda*; & licèt *textus* loquatur in visitatione,tunc enim clari iuris est, posse Metropolitanum punire notoria crimina in Prouincia per eundẽ *tex.* nihilominus DD. communiter extendũt eandem facultatem,etiam extra visitationem, & in omni tempore, ita *Abb. Genuens. & alij cit.*& etiam sine appellatione, *Barbos.vbi supra*.

2 Aduertunt tamen DD.posse Metropolitanum punire notoria crimina in Prouincia,vt supra,quãdo suffraganeus non præuenit in puniendo,prout post *Sylnest.in summ.* verbo *Archiepiscopus nu.*3.*in fin.*notant *Genuens.& Barbos.cit.loc.*

3 Aduertunt etiam, tunc posse Metropolitanum procedere in dicto casu, quando Episcopus suffraganeus est negligens,prout docent *Syl.Quarant.& Barbos.loc. cit.* Verùm in dubio hæc negligẽtia præsumitur cum crimina sunt notoria, prout post alios aduertit idem *Barbos.*

4 Hinc est, quod Metropolitanus potest in hoc casu procedere,etiamsi suffraganeus non fuit requisitus,vt procederet,vt benè cum alijs docet *Barbos. vbi supra in fin.*

5 Posset etiam in hoc casu Metropolitanus compellere Episcopum suffraganeum,vt inquirat, & puniat *Socin.de visit.sub nu.*29. quem refert, & sequitur *Quarãt summ.Bull.*verbo *Archiepiscopi auctoritas sub num.*24.

6 Et quia hęc iurisdictio conceditur Metropolitano in criminibus notorijs,ideo videndum erit, quæ dicantur crimina notoria, de quibus latè in eisdem terminis dictum est supra hic *cap.*64.

7 Quod si dubium sit, an crimina sint notoria, adhuc Archiepiscopus Metropolitanus cognoscere potest, an sua sit iurisdictio puniendi,& pronunciare,secundum *Ioan.And.in eodem cap.* 1. *de censibus in* 6.*num.*4. *in fin.* & *Franch. ibidem* §. *infra nu. vltimo*.

SVMMARIVM.

1 *Quæstores eleemosynas per Prouinciam mittere potest Metropolitanus pro fabrica Ecclesiæ.*

2 *Quæstores pro quolibet pio opere Metropolitanus mittere potest.*

3 *Quæstorum nomen aboleri per Tridẽtinum,quomodo intelligatur.*

Quæstorum eleemosynarum conditiones quæ debeant esse.

4 *Quæstores eleemosynarum mittit Archiepiscopus per Prouinciam cum suis litteris hortatorijs.*

Quæstores eleemosynarum per Prouinciam missi ab Archiepiscopo, litteras ostendere debent Ordinarijs locorum.

5 *Quæstores eleemosynarum si impediãtur à suffraganeis*, Metropolitanus *quid agat.*

6 *Metropolitanus non potest castigare suffraganei subditos non recipientes Quæstores eleemosynarum,& quarẽ, &c.*

AR-

ARGVMENTVM.

De quæstoribus eleemosynarũ, quos mittere potest Archiepiscopus per Prouinciam, & quare, & quid si non admittantur.

CAP. XCIV.

1 Metropolitanus potest mittere quæstores eleemosynarum per totam Prouinciam ad colligendas eleemosynas pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ, ita disponit *tex. in cap. 1. de pænit. & remiss. in 6.* vbi DD. communiter, *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 26. Genuens. in prax. cap.* mihi 88. *num. 14. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 78. egoipse in prax. annot. 49. num. 16.*

2 Ampliatur primò proposita conclusio, vt non solùm pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ possit Metropolitanus mittere quæstores eleemosynarum per totam Prouinciam, vt in *cit. tex.* sed etiam pro quolibet opere pio, quia eadẽ est ratio, & per consequens idem ius, & *tex.* loquitur de fabrica exempli gratia, ita, & latius *Franch. in cit. cap. 1. num. 3. Barbos. & egoipse vbi supra.*

3 Ampliatur secundò, vt dispositioni *cit. cap. 1.* non obstet decretum *Concil. Triden. sess. 21. de ref. cap. 9.* vbi quæstorum eleemosynarum nomen, & vsus penitus tollitur: quia Concilium loquitur de prauis quæstoribus, qui quærunt eleemosynas prædicando, vel indulgentias publicando, ita *Genuens. in prax. cit. cap. 88. nu. 14.* non tamen prohibetur collectores eleemosynarũ, quando sunt personæ bonæ extimationis, nec sunt participes ipsarum eleemosynarum, nec habent vllo modo nomen quæstoris, nullas indulgentias diuulgãt, nec concionantur, sua priuilegia, aut sacras reliquias circumferunt, non præcationibus, aut minis eleemosynas ab hominibus exprimunt, aut extorquent, nec campanas, aut alia instrumenta deferant, nõ quicquam tanquam debitum, aut vsitatum petant, nullo artificio, aut spe commemorandæ orationis alicuius sancti, aut alio peruerso more vtantur, sed simplicitèr, ac modestè eleemosynas petant, eosq; in pij loci vtilitatem transportent, hæc enim requisita habentes quæstores eleemosynarum, non prohibentur per *Concilium Trid. Zerol.* verbo *Quæstores*, *Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *eleemosyna num. 5.* nec prohibitio eiusdẽ Concilij habet locum in quæstoribus deputatis per Metropolitanum per Prouinciam ad præscriptum *cit. cap. 1.* prout voluit *Sacra Congregatio in vna Cosentina de anno 1581.*

4 Declara supradictam facultatem concessam Metropolitano mittendi quæstores eleemosynarum per totã Prouinciam, vt valeat illos mittere cum litteris ipsius Archiepiscopi, quæ erunt exhortatoriæ, non verò compulsoriæ, vt per *Imol. in clem. abusionibus num. 28. de pænit. & remiss.* & erunt præsentandæ, & ostendendæ Episcopo Diœcesano, qui debet illos examinare, *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 26. circa med.* vbi etiam refert, formã prædictarum litterarum haberi in *Cap. cum ex eo de pænit. & remiss.*

5 Ex dictis collige, quod Archiepiscopus Metropolitanus mittendo quæstores in casu proposito per Prouinciam, si subditi suffraganeorum illos impedirent, & nollent eos recipere, non potest ipse Metropolitanus contra tales impedientes, vel resistentes procedere, & citare, vt benè disponitur in *cit. cap. 1. de pænit. & remiss. in 6.* & notant DD. communiter, licèt possit coercere suffraganeos, & eorum officiales, vt permittant, illos recipi, aliàs potestas Metropolitani in hoc esset elusoria,

Quarant.cit. loc. quem etiam sequitur *Barbos.vbi supra num.78.in fin.*

6 Obicies:diximus supra *cap.*84.posse Metropolitanum procedere contra subditos suffraganei impedientes ipsum,vel eius officiales;ergo eodem modo potest procedere contra impedientes suos quæstores.

Respondetur facultatem,de qua in *cit. cap.* 82. procedere contra impedientes Metropolitanum,vel eius officialem exercētē iurisdictionem, secus tamen est in casu nostro, in quo non potest, nisi tantùm charitatiuè monere, faciunt dicta per *Barbos.de iure Eccles.lib.1.cap.7.num.*78. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Edicta affigenda per Prouinciam Metropolitanus mittere potest.*
Edicta Metropolitani ligant subditos suffraganei,& quando.
Edicta per Metropolitanum mittenda p Prouinciā quomodo sint publicāda.
2 *Edictum vndè dicatur.*
Edictum quotuplex sit.
3 *Edicta ponuntur in Ecclesia Cathedrali.*
Edicta affigenda per Prouinciā,sūt affigibilia in portis Ciuitatum,vel locis vicinis,si non pateat tutus accessus.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus edicta per Prouinciam mittere potest affigenda, quæ suffraganeorum subditos obligant.

CAP. XCV.

1 Potest Archiepiscopus Metropolitanus mittere sua edicta affigenda, & publicanda per totam Prouinciam, illisq; subditos suffraganeorum ligare,& obligare, prout optimè habetur ex *Cap.1.de supplem. negl.Prælat.in princip.*ibi, *edictum verò per Remensem Prouinciam publicatum,& cæt.*quod declarant DD.procedere in casibus tantùm,in quo ipse Metropolitanus iurisdictionem habet in Prouincia, prout à contrario sēsu colligitur ex eodem *tex.cap.* 1.vbi edicta proposita per Prouinciam Remensem à Metropolitano in casu non comprehenso in sua iurisdictione fuerunt per Innocentium Papam 4.reuocata, prout colligitur ex illis verbis *tex.ibi, cum id non inueniatur à iure concessum*, docent ad eundem *tex.cap.1.Gemin. & Franch. nu.1.Quarant summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.*27.*Genuēs. in prax.cap.*mihi 88.*num.*16. *Barbos. de iure Eccles.lib.1.cap.7.num.*79.*Merol.tom.3.disp.7.cap.5. infra nu.* 558. & licèt supradicta vera sint de iure; tamen refert *Quarant. cit. loc.* congruum esse scribere Episcopo,vel eo absente Vicario generali suffraganeo,vt affigi, & publicari faciat edictum Metropolitani in sua Ecclesia suffraganea,vel alibi, & testatur sic vidisse seruatū in publicatione edicti Concilij Prouincialis, quod quolibet triennio tenetur Archiepiscopus celebrare vigore *Concil.Triden. sess.24.de ref.cap.2.*

2 Hinc nota,quod dicitur edictum ab edicēdo,vt sciant ciues per eum, quius de quaq; re quisq; magistratus dicturus sit *l.2.§.eodem tempore ff. de orig. iur.Schard. in suo lexic.lit.ed.fol.* 337.Quot verò, & quæ sint edicta, vide *Specul.lib.2.titul.de action. §.postremò num.*3. Dicitur edictum aliud monitorium, aliud conuentionale, aliud citatorium, aliud peremptorium,de quibus vide *Scard.cit.loc.*

3 Ponuntur edicta inter nos ecclesiasticos in Ecclesia Cathedrali, vel alia:Quod si Archiepiscopus in casu prædicto mitteret edicta in ciuitatibus Prouinciæ,& ciues locorum hoc præsentientes claudunt portas,tunc edicta possunt affigi in portis Ciuitatum,vel oppidorum, & si ibi non est

est tutus accessus, possunt affigi in locis vicinioribus, vel Ecclesia magis vicina, *Bellanc. tract. de charit. subsid. q. 102.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicandi officium Archiepiscopus alicui interdicere potest per totam Prouinciam.*
2 *Prædicandi officium quibus interdici possit.*
3 *Prædicatorũ materiam qui DD. exagitent.*
4 *Prædicatio est præcipuum munus Episcopi.*
Prædicandi modum qui doceant remissiuè.
5 *Prædicandi munus est proprium Episcoporum, vel aliorum de licentia.*
Prædicandi licentia indistinctè omnibus non est concedenda.
6 *Prædicatores examinantur in Curia Neapolitana.*
7 *Prædicatoris munus Episcopus, si exercere cupiat in aliena Diœcesi, id faciendum est de licentia Ordinarij.*
Prædicationis munus exercere potest Ordinarius in quacunque Ecclesia sua Diœcesis.
8 *Prædicationis munus dũ exercet Episcopus, silere debent alij Concionatores.*
9 *Prædicatoris electio in dubio spectat ad Ordinarium, nisi obstet consuetudo.*
Prædicatoris in Cathedrali electio spectat omninò ad Episcopum non obstante consuetudine.
10 *Prædicatoris electio, si alteri, quã Episcopo de consuetudine spectet, quid si eam sibi assumere velit.*
11 *Prædicatores Regulares quam attestationem habere debeant.*
Prædicatores Regulares, si extra Ecclesiam ordinis prædicent, licentiam Episcopi habere debent.
Prædicatores Regulares in Ecclesijs nõ suorum ordinum inquirit Episcopus vti Delegatus.
12 *Prædicatori Regulari potest Episcopus interdicere munus prædicationis, etiam non reddendo causam.*
Prædicatio interdici nequit in Parochiali, vt in Cathedrali populus frequentior accedat.
Prædicationem non solitam extra Cathedralem interdici potest tempore Aduentus, & Quadragesimæ.

ARGVMENTVM.

De Prædicatoris munere exercendo, concedendo, vel interdicendo per Archiepiscopum.

CAP. XCVI.

1 Conferunt DD. facultatem Archiepiscopo Metropolitano interdicendi alicui officium prædicationis per totam suam Prouinciam, per *tex. in cap. tuarum de priuileg.* ibi, *per totam* Prouinciam *tuam exortationis officium interdicas, Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 34. Genuẽs. in prax. cap.* mihi 88. *nu. 21. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num.* 81. *egoipse in prax. annot. 49. num. 19.*

2 Aduerte, quod licèt DD. afferant ex dicto *tex.* Metropolitanum habere hanc facultatem interdicendi officium prędicationis generaliter per totam Prouinciam; nihilominus *tex.* loquitur in casu particulari, nempè, posse Metropolitanum interdicere munus prędicationis ijs, qui mittuntur pro colligẽdis eleemosynis, cruce falsò signati; vndè cum simus in pœnalibus, non esse faciendam extensionem extra casum, de quo in *tex.* tenui *egoipse cit. loc. nu. 19. in fin. Genuens.* tamen *in cit. num. 21.* tenet, *textum* extendendum esse ad similes personas.

3 De Prædicatore tractarunt, *Lal. Zech. de repub. Eccl. Idoch. Lorichi. in Thesauro nouo Theolog. Iacob. Peres. in lib. de sacra concionandi ratione, Ludou. Lopez in epithome concionatorum,* Ni-

Nicolaus de Nisa in gemma Prædicatorum, Paulus Aretius in suo modo benè concionandi, Ioan. à Iesu Maria de cõcionandi arte, Petrus Rodulfus à Tassignano in concionatorum rudimẽtis, Petrus Crespetus in summa Catholica Fidei verbo *Concio, Zerol. in prax.* verbo *prædicatio, Galet. in Margar. cas. consc.* verbo *Prædicatores, Gauãt. in manual.* verbo *Conciò, Lezan. in summ. qq. Regul.* verbo *concionari*, *Barbos. summ. Apostolicar. decis.* verbo *prædicare, & prædicator, Bellect. disq. Cleric. par. 2. titul. de pœnis Clericorum* §. 29. *Fusc. de visit. lib.* 1. *cap.* 18.

4 Prædicatio autem est præcipuum munus Episcopi; ad ipsum enim id spectat ex *Concil. 4. Carthag. cap.* 20. *ex Concil. Trid sess. 24. de ref. cap.* 4. & ex eius consecratione, in qua consecrator tradendo librum, consecrando sic ei alloquitur: *accipe Euangelium, & vade prædica populo tibi commisso*. De modo prædicandi, & conditionibus prædicatoris, vide *Fusc. cit. loc.*

5 Hoc autem munus prædicandi Episcopis competens, nemo sibi vsurpare potest sine licentia sedis Apostolicæ, vel Episcopi ordinarij, *Cap. excommunicamus* §. *quia verò de hæret.* vbi *gl.* & DD. communiter, *Zerol. in prax.* verbo *prædicatio in principio*, vbi asserit, quod ex indifferenti licentia, quæ datur vnicuiq; concionandi, ortæ sunt multæ hæreses.

6 Hinc optimè seruari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testatur *Genuens. in prax. cap.* mihi 58. quod prædicatores antequam prædicent examinantur super doctrina.

7 Quæri hic potest, an Episcopus prædicare possit extra suam Diœcesim sine licentia Ordinarij: Et quidẽ quicquid sit de iure, testatur *Genuẽs. cit. loc. in fin.* Clementem VIII. mandasse, quod si Episcopus prædicare intendit in aliena Diœcesi, licentiam petat ab Ordinario, *Grat. discept. for. cap.* 393. *num.* 9. *& seqq. Lezan. in sũm.* verbo *concionari num.* 3. In propria verò Diœcesi in quacunq; Ecclesia, etiam Regulari liberè prędicare potest Episcopus, prout testatur voluisse Sacrã Cõgregationem, *Lezan. cit. loc. & Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *prædicare num.* 1.

8 Aduerte, quod dum prędicat Episcopus, silere debent alij Prædicatores, illisq; potest inhiberi, vt dum Episcopus prædicat, ipsi eodem tempore à prædicatione abstineant, ita voluisse *Sacram Congregationem in vna Bitütina* 17. *Februarij, &* 2. *Martij* 1629. testatur *Sell. select. Canon. cap.* 8. *num.* 16. *Barbos. summ. Apostolicarum decis.* verbo *Prædicator n.* 18.

9 Electio autem prædicatorum in dubio ad Episcopum ordinarium spectat, nisi in contrarium sit cõsuetudo ab immemorabili tempore, *Zard. in prax. par.* 1. verbo *prædicatio* §. 7. *Barbos. de potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 76. *num.* 5. *& in summ. Apostolicarum decis.* verbo *Prædicator num.* 12. vbi post *Sell.* testatur sic voluisse Sacram Congregationẽ. Quod indubitatum est in Ecclesia Cathedrali; in ea enim ad Episcopum pertinet deputatio prædicatoris nulla habita ratione consuetudinis in contrariũ, etiam immemorabilis, quæ hãc electionem spectare ad Capitulum, seù ad Episcopum cum Capitulo, vel de consilio Capituli disponeret, *Laur. de Franch. de controuers. inter Episcopum, & Regular. pag.* 149. *in resp. ad* 9. testatur post *Armendor.* sic voluisse *Sacram Congreg. in Abulen.* 3. *Augusti* 1586. *Barbos. vbi supra num.* 11.

10 Verùm si ab immemorabili nominatio prædicatoris ad alium, quàm ad Ordinarium spectaret in Ecclesia Cathedrali, tunc si Episcopus vellet huiusmodi electionẽ sibi assumere, populus, aliusuè ad solitas impensas, atque eleemosynas prædicatori erogandas non potest compelli, prout voluisse etiam *Sacram Congregationẽ in Cæsaraugustana*, testatur *Sell. select. Canon. cap.* 8. *num.* 9. *& Barbos. cit. loc. num.* 7.

11 Re-

11 Regulares prædicatores non nisi à suis superioribus de vita, moribus, & sciētia examinati, & approbati fuerint, ac de approbatione ordinarijs fidem legitimè faciant in scriptis superiores, cum qua corā eodem ordinario personaliter præsentare, & ab eo petere benedictionem tenentur antequam prædicare incipiant, alioquin non possunt prædicare in Ecclesijs suorum ordinum contradicente Episcopo: At in Ecclesijs non suorum ordinum habere debent facultatem Episcopi præter licentiam suorum superiorum, aliter prædicare nequeunt, *Concil. Trid. sess. 5. cap. 2. & sess. 24. de ref. cap. 4. & Greg. XV. in constit. incip. de exemptorum priuilegijs* edita *de anno* 1622. voluit, quod Episcopus tanquam sedis Apostolicæ delegatus habeat auctoritatem coercendi, & puniendi quoscunque exemptos, tàm seculares, quàm regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum ordinum non sunt, absq; Episcopi licētia, & in Ecclesijs suis, aut suorum ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint.

12 Vlterius potest Episcopus interdicere regulari prædicationem virtute decreti *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 4. etiam non reddita causa, prout voluisse Sacram Cōgregationem, testantur *Francisc. Leo in Thes. for. Eccles. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 9 *Piasec. in prax. Episc. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 41. *vers. si item*, Barbos. *de potest.* Episcopi *par.* 3. *alleg.* 79. *num.* 28. *& in summ. Apostolicarum decis.* verbo *prædicare num.* 9. & verbo *prædicator num.* 19. *& seqq.* refert, prædicatoribus regularibus prohibere posse Episcopum, ne aliquo die concionentur, vt totus populus conueniat ad Cathedralem, similiter prohibere posse cōcionem non solitā extra Cathedralem tempore Aduentus, & Quadragesimæ; non tamen posse prohibere in Parochiali conciones quadragesimales eo titulo, vt frequentior sit populus in Cathedrali, ita testatur Barbos. post *Gauant. & Lezon.* per ipsum citatos, voluisse Sacram Congregationem.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus habet auctoritatem faciendi exules à tota Prouincia.*
Prouincia territorium totum dicitur Archiepiscopi ad effectum exules mittendi.
2 *Iudex non potest aliquem exulem facere extra suum territorium de iure, secus de consuetudine.*
3 *Exilium computatur inter pœnas capitales.*
Exilium reputabatur à Romanis maximum supplicium.
4 *Exily fines non esse seruatos quis probare debeat.*

ARGVMENTVM.

Metropolitanus potest per totam Prouinciam exules facere delinquentes; & de exilio extra territorium, quodque illud sit.

CAP. XCVII.

1 Habet Archiepiscopus Metropolitanus etiam facultatem faciendi exules delinquentes in sua Diœcesi à tota Prouincia, prout habetur in *Cap.* 2. *de arbitr.* in illis verbis: *Cum autē idem presbyter extra Prouinciam exulans, &c.* vbi DD. omnes, *Quar. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 39. *Genuens. in prax. cap.* mihi 80. *num.* 22. vbi testatur sic seruatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 82. *ego ipse in prax. annot.* 49. *n.* 20. certum est enim iudicem, imò neque principem posse in rigore bannire, & exulem facere extra territorium suum, & à loco sibi

sibi nõ subiecto, sed quia in hac Prouincia totũ territorium dicitur esse de iurisdictione Archiepiscopi, vt deducunt DD. ex *cit. tex. cap. 2.* ergo benè potest Archiepiscopus in casibus sibi permissis reum exulare extra Prouinciam.

2 Dubitari tamen potest, an valeat Archiepiscopus Metropolitanus relegare extra Prouinciam, vel Episcopus extra suam Diœcesim.

Respondetur negatiuè, nam de iure est, non posse iudicem, nec Principem relegare, vel confinare suum subditum in loco sibi non subiecto, per *tex. in l. relegatorum §. in insulam, & §. seq. et § interdicere ff. de interdict. & relegat. Marsil. in tract. de bandit.* in verbo *confinatus num.* 10. *Fel. in cap. postulasti sub nu. 2. de for. compet. Ant. Gomez. titul. de delict. cap.* 8. *sub nu.* 3. vbi etiam de communi *Clar. q.* 61. *n.* 4. vbi *Baiard. nu.* 11. & licèt sententia vera sit de iure, tamẽ de consuetudine seruatur contrarium, *Bal. in l. executorem nu.* 29. *C. de execut. rei iud.* vbi testatur de generali consuetudine locorum, *Bart. in d. l. relegatorum §. est quoddam genus n.* 1. *in fin. Franc. Marsil. decis.* 359. *num.* 6. *par.* 1. *Clar. q.* 71. *sub nu.* 4. *Caualcan. de Brach. Reg. par.* 4. *nu.* 29. *Farinac. in frag. crimin. in lit.* B. *num.* 70.

3 Hinc nota, quod exilium rigorosè desumptum deportationẽ significat, & inter capitales pœnas connumeratur, *l.* 2. *ff. de publ. iudic. Menoch. de arbitr. q.* 80. *num.* 84. *l. exilium*, vbi *gl ff. de interdict. relegat.* & inter pœnas corporis afflictiuas connumeratur per *Boll. in titul. de carcerat. fideiussor.* hæc enim pœna apud Romanos maximum supplicium reputabatur, & apud Athenienses pro non leui habebatur, vt refert post multos *Magon. decis. Lucens.* 36. *num.* 27. In quibus casibus imponi possit pœna exilij de iure, adducit *Salicet. in loco relato per Iul. Clar. q.* 71. *num.* 1. *et seq.* vbi *Baiard. sub num.* 1. commemorat quinque species exilij.

4 In his terminis pœnæ exilij, ad quam Metropolitanus condemnare potest extra Prouinciã: Dubitari potest quis teneatur probare intentionem, Fiscus ne super contrauentionem exilij, vel reus super obseruantia; Et quidem si condemnatus dicat se obseruasse, & tunc ipse ad fundãdam suam intentionem tenetur probare obseruantiam; si verò Fiscus dicat illum rupisse, tenetur talem contrauentionem probare, ita *Bart. in l. relegati nu.* 3. *ff. de pœnis Marsil. tract. de bannit.* verbo *confinatus num.* 16. *Ant. Gomez. titul. de delict. cap.* 8. *sub num.* 2. *vers. item adde, quod transacto tempore.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus habet auctoritatem puniendi subditum suffraganei delinquentem in sua Diœcesi.*
Delicti commissi ratione loci quisque fit subditus.

2 *Delinquens ratione delicti à quinque iudicibus puniri potest, licèt præferatur iudex loci delicti.*

3 *Delinquens, si puniatur à iudice loci delicti, non est punibilis ab alijs.*

4 *Delinquens licèt sit clarissima persona fit subditus ratione loci delicti.*
Delictum excludit omnem honorem.

5 *Iudex loci delicti inquirit contra subditum alienum.*

6 *Metropolitanus habet iurisdictionem in contrahentem in sua Diœcesi.*
Contractus est modus, quo quis fit subditus.
Contrahentes quando possint trahi ad forum loci contractus.

7 *Contractus ratione viator non fit subditus.*

8 *Contractus ratione quis sortitur forũ, & si sit quasi contractus.*

9 *Forus Metropolitani sortiri potest ratione rei sitæ, & quando.*

10 *Forus, an sortiatur ratione rei mobilis.*

A R.

ARGVMENTVM.

Ratione loci, delicti, & contractus quis sortitur forum.

CAP. XCVIII.

1 TRibuunt DD. Archiepiscopo Metropolitano facultatem, & iurisdictionem puniendi subditum suffraganei quando deliquit in territorio ipsius Metropolitani, ita *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 83.* Verùm propriè loquendo hæc non est peculiaris iurisdictio Metropolitani, cùm illa competat omnibus ordinarijs iudicibus, qui acquirunt iurisdictionem in subditũ alterius ratione commissi delicti; semper enim causa agitur, vbi crimen committitur, dicit *Fabianus Papa* scribens *Hilario Episcopo in cap. 1. 3. q. 6.* & est indubitatum apud omnes, *Oldrad. consil. 154. vers. præterea, Ant. Gomez. titul. de delict. cap. 1. n. 87. Iul. Clar. §. fin. q. 39. nu. 1.* qui testatur de communi, *Farin. q. 7. nu. 1. Pet. Caball. in qq. crim. cas. 129. Tusch. tom. 4. concl. 440. nu. 1. de Franch. decis. 37. num. 1. par. 1.*

2 Ampliatur primò proposita conclusio, quod licèt quis contrahat forum, & puniri possit per quatuor iudices, scilicèt originis, domicilij, delicti, & loci, in quo vt plurimum cõuersatur, & in clerico, vbi habet beneficium, vt per *Vincentiũ de Franch. cit. loc.* tamen semper præfertur iudex loci delicti alijs iudicibus etiam originis, & domicilij, *Clar. cit. loc. num. 1. vers. iudex loci, Gomez. vbi supra num. 87. Tusc. alleg. conclus. 440. num. 1. de Franch. eadem decis. 37. sub num. 1. & decis. 505. num. 1. Thes. decis. 90. col. 2. Deciam. tract. crimin. lib. 4. tom. 1. cap. 17. num. 9. vers. sed notandum, & cap. 17. num. 1.* vbi probat in tali casu esse remittendum reum à iudice domicilij, vel originis ad iudicem loci delicti, multa *Guazz. lib. 1. defens. 1. num. 17.*

3 Amplia secundò, quod adeo quis sortitur forum iudicis loci delicti, vt ab eodem semel punitus non possit ab alijs iudicibus pro eodem delicto amplius puniri, *Bal. consil. 28. Tusch. cit. concl. 440. num. 6.*

4 Amplia tertiò conclusionem propositam in quacunq; persona, etiam clarissima, & alia quacunq; dignitate insigni, nam reatus excludit omnem honorem, *l. 1. C. vbi senator. vel Clariss. Decian. cit. loc. nu. 4. & 22.* vbi id etiam dicit, si delinquens esset superior iudicis loci, in quo delictum fuit commissum, quia ratione criminis quis perdit suum priuilegium, *auth. qua in Prouincia*, & *l. 1. C. vbi de crim. agi oport. cap. placuit 6. q. 3.*

5 Amplia quartò, vt possit iudex loci delicti procedere contra subditũ aliorum, etiam per inquisitionem, *Decian. cit. cap. 17. num. 2.* cætera ad hanc materiam vide apud *Deci. eodem cap. 17. & Guaz. lib. 1. cap. 25.*

6 Eadem supraposita ratione loci, in ciuilibus dicitur, Metropolitanum habere iurisdictionem in subditum suffraganei, qui contraxit in loco iurisdictionis, & Diœcesis Archiepiscopi; inter modos enim, quibus quis efficitur subditus, est cõtractus, *Cap. final. de for. compet. & cap. 1. §. contrahentes eod. titul. in 6.* quod procedit, si contrahentes reperti fuerint in loco contractus, tunc enim possunt citari, & trahi inuiti ad iudicium, non solùm verbaliter, sed etiam realiter; si verò contrahentes non reperiuntur in loco contractus, non possunt inuiti trahi ad illum locum personaliter, licèt possit postquam fuerint legitimè citati contra bona eorum reperta in loco contractus fieri immissio, prout est casus in *cit. §. contrahentes*, vbi DD. præsertim *Franch.*

7 Fallit hæc sententia, quando quis subditus suffraganei, tanquam viator contrahit in Diœcesi Metropolitani, tunc enim non potest ratione contractus conueniri coram Metropolitano, prout docet *Abb. in cit. cap. final.*

Digitized by Google

final. num. 34. *circa med. de for. compet.*

8 Aduerte, quod contractus ratione, cuius quis sortitur forum, sumitur largissimè, siuè sit verus contractus, siuè quasi contractus, vel aliud vndè obligatio oriatur, *l. hæres absens* §. 1. *ff. de iud.* cum alijs adductis per *Abb. in cit. cap. fin. num.* 29. vbi dicit, quod sufficit, quod ex parte vnius sortiatur obligatio, vt est in tutela, potest enim conueniri tutor in loco, in quo tutelam exercuit, dicta *l. hæres absens* §. 1.

9 Potest etiam subditus suffraganei conueniri coram Metropolitano ratione rei sitæ; si enim res immobilis sita est in Diœcesi Metropolitani, potest actor conuenire subditum suffraganei coram Metropolitano, *l. final. C. vbi in rem actio*, quod procedit, siuè agatur actione reali, vt in *d. l. final.* siuè agatur actione mixta, idest actione in rem scripta, vt quia petitur restitutio rei subtractæ per violentiam, potest enim in hoc casu peti restitutio in loco, vbi fuit illata violētia, & in loco, vbi res est, prout probatur *ex l.* 1. *C. vbi de crimin. agi aport. Abb in cit. cap. fin. nu.* 43. vbi benè aduertit, secus dici, si ageretur actione personali pro re alibi sita; tunc enim non potest agi, vbi res est, *l. forma ff. de censib. Bart. in l. final. C. vbi in rem actio.*

10 Quæro, an ratione rei mobilis possit quis conueniri in loco, vbi reperitur.

Respondetur, si res mobilis est permāsura in loco, ratione illius potest quis conueniri in eodem loco, in quo est permansura, *gl. in cit. cap. final. & in cap. ex parte eod. cit. titul.* Si verò res mobilis non est permansura in loco, vt quia reperitur causa custodiæ, vel est transitura, & tunc non potest quis ratione talis rei conueniri in tali loco, quia non videtur quis in loco, ex quo est in transitu, *arg. clem. ne Romani* §. *sanè de election.* ita post *Ioan. And. & Specul. Abbas in cit. cap. final. sub num.* 43. *de for. compet.* vbi *num. seq.* dicit, quod res in tali loco, in quo non est permansura, potest sequestrari.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus habet auctoritatem vti delegatus in parochiales Abbatum, uel Regularium, nullius existentes in Prouincia.*

2 *Parochi munus quodnam sit.*

Parochi munus, quod perficiatur in Diœcesi est cura Episcopo, & Archiepiscopo in Prouincia quoad exēptos.

3 *Metropolitanus habet iurisdictionem in Regulares non subditos Capitulis generalibus, & quam.*

ARGVMENTVM.

De auctoritate Metropolitani in Parochiales exemptas, & Regulares non subditos Capitulis generalibus.

CAP. XCIX.

1 IN Archiepiscopi Metropolitani iurisdictionem continetur facultas illi concessa per *Concil. Trid. sess.* 5. *de ref. cap.* 2. *vers. si quæ verò*, cōpellendi Abbates, & Regulares Prælatos negligentes, vt prædicatio Euangelij fiat in Ecclesijs Parochialibus subiectis Monasterijs in nulla Diœcesi sistentibus, in cuius Prouincia Diœceses ipsæ sitæ sunt, ita *Concil. Trid. cit. loc.* in illis verbis. *Si quæ verò Parochiales Ecclesiæ reperiātur subiectæ Monasterijs in nulla Diœcesi existentibus, si Abbates, & Regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint, à Metropolitanis, in quorum Prouincijs Diœceses ipsæ sitæ sunt, tanquam quoad hoc sedis Apostolicæ delegatis cōpellantur.* aduertit *Quar. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 37. *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 84.

2 Oc-

2 Occasione sumpta, aduerte, quod principale parochi munus est studio diuinarum litterarum incumbere, & diebus dominicis, & festiuis, & quadragesimæ, & legitimè impeditus per alium idoneum, debet plebem sibi commissam salutaribus medijs pascere, verbum Dei prædicando, explanando, & declarando sacras scripturas, vt sic suæ obligationi satisfaciat, vt in *cit. loc. Concil. Trid.* §. *Archipresbyteri, & sess. 24. de ref. cap.* 4. Item in diebus, quibus populo administrat Sacramenta, ipsorum vim, & effectum exponere ipsis fidelibus, etiam vulgari sermone, iuxta Catechismum editum, & translatum: Similiter pueros ipsis diebus docere fidei rudimenta, & debitam reuerẽtiam, & obedientiam exibere Deo, & parentibus ex præcepto eiusdem *Concil. Trid. cit. cap.* 4. §. *ijdem*; Vlterius inter Missarum sollennia exponere, quæ in Missa leguntur in Epistola, & in Euangelio, docendo populum, quæ vitia declinare, & quas virtutes sectari oporteat, vt pęnam æternam euadere, & cęlestem gloriam consequi valeat, vt latius in *Trid. cit. cap. 2. sess. 5. de ref.* Sic quoq; Symbolum Fidei docere, & exponere iuxta doctrinam sanctæ Ecclesiæ, ita *Fusc. de visit. lib. 1. cap. 4. num.* 14. Et vt his satisfaciant curati aduertere debet Episcopus, & in Ecclesijs Parochialibus subiectis Monasterijs in nulla Diœcesi sistentibus aduertit Metropolitanus, in cuius Prouincia Dięceses ipsæ sitæ sunt, vt firmatum est in principio huius capitis cum *Concil. Trid.*

3 Aliam habet ex *Concilio Trid.* iurisdictionem Metropolitanus in Regularibus, & Monasterijs, quę generalibus Capitulis, aut Episcopis non subsunt, nec habent suos Ordinarios regulares visitatores, sed sunt sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, ac Regis directione: tenentur sese quolibet triennio in congregationes redigere, iuxta formam *Cap. final. de stat. Monach.* & ibidem deputare certas personas regulares, quæ deliberent, & statuant de prædictis congregationibus erigendis, & statutis in eis exequendis; & si in his negligentes fuerint, potest Metropolitanus, in cuius Prouincia prædicta Monasteria sunt sita, tanquam sedis Apostolicæ delegatus eos pro prædictis causis conuocare, ita *Trid. sess. 25. de regul. cap* 8. multa *Nauar. consil.* 83. per totum *lib. 3. de regul. in antiq. & consil.* 18. *in nouis. Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 37. in fin. Sayr. Flor. decis. sub titul. de regul. decis.* 89. *Hieron. Venero y Leyua in exam. Episcoporum lib. 6. cap. 21. num. 7. & cap. 8. num. 12. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. nu.* 86.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus ex consuetudine potest cognoscere subditos suffraganei.*
2 *Consuetudo in ciuilibus, & criminalibus iurisdictionem tradere potest.*
3 *Consuetudo dare potest iurisdictionem priuato.*
4 *Cõsuetudo dat iurisdictionẽ Archiepiscopo in his, quę de iure sũt, nõ in alijs.*
5 *Consuetudo tribuere non potest ea, quę sine priuilegio acquiri non possunt.*

ARGVMENTVM.

Consuetudo quid facere possit quoad tradendam iurisdictionem.

CAP. C.

1 POsse Metropolitanum habere iurisdictionem in subditos suffraganeorum ex cõsuetudine, indubitati iuris est, & aducrtũt *Genuens. in prax. cap.* 88. *nu.* 30. qui ex *tex. cap. 1. § nec etiam de for. comp. in 6.* dicit, posse Archiepiscopum exercere iurisdictionem in tota Prouincia, *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi*

auctoritas vers. 25. qui aduertit, quod licèt Archiepiscopus nõ possit exercere iurisdictionem in subditos suffraganeorum, & in Prouincia, nisi in casibus à iure expressis, tamen inter hos casus, vnus est quando id cõsuetudo permittit, *Cap.* 1. *de for. cõpet. & cap.* 1. *de pæn. in* 6. vbi *Gemin. & Frãc.*

2 Probatur apertè proposita conclusio, quia omnium cõsensu receptum est, iurisdictionem tam ciuilem, quàm criminalem, merum, & mistũ imperium, cõsuetudine acquiri posse ex *Cap. cum contingat de for. compet. Bart. in l.* 1. §. *denique ff. de aqua quotid. & æstiua, Bal. in l.* 1. *C. de emancipation. Alber. in l. imperium ff. de iurisd. omnium iud.* vbi *Ias. nu.* 2. testatur de communi, & alij, qui ad hoc communiter adducunt etiam *tex. in cap. irrefragabili* §. *excessus de off. ordin. & in l. viros C. de diuers. offic. lib.* 11. *l. vltima C. de emãcip. liber. Gaiff. pract. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 57. *nu.* 14.

3 Et hoc adeo verum est, vt consuetudo possit dare iurisdictionem etiã priuato, *gl. in cap. cum quidam de except. in* 6. *& in cap. Romana* verbo *cõsuetudine de appellat. eod. lib. Bart. in l.* 1. §. *denique de aqua plu. arcen. Fel. in cap. cum contingat nu.* 2. *de for. compet.*

4 Proposita conclusio declaratur per *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *sub num.* 76. procedere in causis, quæ de iure spectant ad ipsum Archiepiscopum, vt sunt causę appellationis, & cæteræ; in his enim consuetudo potest aliquid plus operare, nempè vt Archiepiscopus habeat iurisdictionem in casibus aliquibus præter expressos in iure: In causis verò, in quibus ad Archiepiscopum de iure communi nullum spectat ius, vt in causa suffraganei in prima instantia, cõsuetudo nihil operari potest, quia offenderet regulas SS. Patrum, & antiquorum Canonum, & proinde inualida, iuxta *tex. in cap. cum satis de off. Archid.* ita *Barbos. cit. loc.* qui respondet ad id, quod in contrarium adduci potest.

5 Limitatur eadem suprapositã cõclusio, vt non possit Archiepiscopus consuetudine acquirere in Prouincia ea, quæ communiter non conceduntur Ecclesijs sine priuilegio Apostolico per *tex. in cap. contra morem* 100. *dist.* vt benè aduertit ad *Quarãt. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas Prosp. de August. sub vers.* 25. quod exemplificat, si Archiepiscopus vellet inducere, vt Ecclesia sua pręceteris habeat aliquam pręeminentiam, videlicet, vt in ea haberet Canonicos Cardinales, aut esset aliqua dignitas omninò noua, *Barbos. cit. loc.*

SVMMARIVM.

1 *Seminarium erigendi in Prouincia auctoritatem habet Metropolitanus, & quomodo.*

2 *Seminarium in Prouincia erigit Metropolitanus assistentibus duobus antiquioribus suffraganeis.*
Seminarij pro sustentatione taxam beneficiorum faciunt Ordinarij locorum.

3 *Seminarij in Prouincia in erectione Metropolitanus tenetur sequi votum suffraganeorum.*
Seminarium cùm erigitur, adhibenda, nõ sequenda sũt vota Canonicorum.

4 *Seminarij in Prouincia erecti Metropolitanus cum suffraganeis vnit beneficia.*

5 *Seminario ad hoc, vt beneficia vniri possint quid exigatur.*
Seminario erigendo in Prouincia, quæ beneficia vniri debeant.

6 *Seminario in Prouincia erigẽdo, vniẽda sunt beneficia illarum Diœcesũ, pro quarum commoditate erigitur.*

7 *Seminario erigẽdo in Prouincia prius de mensa Episcopi, et Capituli, deinde ab alijs contribuendum.*

8 *Seminario contribuere tenentur beneficia existentia in Diœcesibus, pro quarum commoditate erigitur.*

9 *Seminario debent contribuere hospitalia data in titulum, non tamen, quæ admi-*

administrantur à laicis.

10 *Seminario contribuere tenentur Confraternitates.*

11 *Seminario contribuere nullus est exemptus, nisi à Concilio Tridentino specialiter eximatur.*

12 *Seminario non tenentur contribuere Canonici de distributionibus quotidianis,*

ARGVMENTVM.

Seminarium in Prouincia quomodo, & à quibus erigendum; & qui contribuere teneantur.

CAP. CI.

1 HAbet iurisdictionem, & facultatē Archiepiscopus Metropolitanus cum duobus suffraganeis antiquioribus erigendi in Prouincia vnum, aut plura collegia seminarij ob paupertatem Ecclesiarum, ex dispositione *Concil. Trid. sess.* 23. *de ref. cap.* 18. *in fin.* ibi. *Si verò in aliqua Prouincia, Ecclesiæ tanta paupertate laborent, vt Collegium in aliquibus erigi non possit, Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis in Ecclesia Metropolitana, vel alia Prouincia Ecclesia commodiori, vnum, aut plura Collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duorum, aut plurium Ecclesiarum, in quibus singulis Collegium commodè institui non potest, erigenda curabit, vbi pueri illarum Ecclesiarum educentur,* ita *Concilium*, notat *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers.* 38. *Genuēs. in prax. cap.* mihi 88. *nu.* 32. *egoipse in prax. annot.* 49. *n.* 26.

2 Hæc autem facultas non competit Metropolitano tantum, sed tenetur ad id adhibere duos suffraganeos antiquiores, vt ex verbis Concilij; quisnam dicatur suffraganeus antiquior, diximus supra *Cap.* 7c. illū dici, qui primo loco consecratus est, vbi etiam diximus quid de Episcopo translato: Vota ergo duorum suffraganeorum prædictorū sunt adhibēda in erectione seminarij in Prouincia, vt supra, sed quia pro alendis pueris, & expensis seminarij *Tridentinum* permittit detrahi certam portionem ex fructibus quorumuis beneficiorum, vt in *cit. cap.* 18. ideo dicta detractio, seù taxa nō est facienda per Metropolitanū, & duos suffraganeos antiquiores, sed iuxta formam, quam disponit ipsum *Tridentinum*, nempè ab Episcopo Diœcesis beneficiorum cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter verò ab ipso Capitulo eligatur, & duorum de Clero Ciuitatis, quorum etiam vnus eligatur ab Episcopo, & alter à Clero; hæc enim forma est expressa per *Tridentinum*, & proinde semper seruanda.

3 Dubitatur, an teneatur Metropolitanus sequi consilium, & vota prędictorum duorum suffraganeorum antiquiorum in erigendo seminario in Prouincia iuxta terminos *Concil. Trid.*

Respondetur affirmatiuè, quia *Concilium Trid.* non dicit requiri cōsilium duorum suffraganeorum, sed principaliter committit talem erectionem seminarij Metropolitano cum duobus suffraganeis coniunctim; nec in contrarium facit, quod in erectione seminarij in Diœcesi Episcopus tenetur requirere consēsum duorum Canonicorum, non tamen tenetur illum sequi, prout refert decisum *Gonzal. ad regul.* 8. *cancell. gl.* 46. *num.* 74. quia id expressum est in *Tridentino*, requiri tantùm cōsilium, prout ibi, *cum consilio duorum Canonicorum seniorum.*

4 Dubitatur etiam, an Metropolitanus cum duobus suffraganeis antiquioribus prædictis possit vnire beneficia simplicia sita in Prouincia prædicto seminario in eadem Prouincia, vt supra.

Respondetur posse, quia cùm ei-

dem Metropolitano cum suffraganeis committatur erectio seminarij, & erectio prædicta fieri soleat cum vnione beneficiorum, vt in *Concil. Trid.cit.cap.* 18. meritò cui committitur antecedens, committitur, & subsequens.

5 Aduerte, quod ad hoc,vt Metropolitanus cum duobus suffraganeis prædictis valeant prædicto seminario beneficia vnire, requiritur præparatio domus conductæ,vel emptæ, & introductio pucrorum;non enim potest fieri vnio, seminario non dum erecto, voluit *Rota decis.361.num.3. cum seqq.par.2.recēt.& in vna Adiacen.beneficij* 15.*Aprilis* 1622.coram D.*Coccino*,*Garz.de benef par.* 2. *cap.* 2.*num.*193.*cum seqq.*qui *num.*196.refert, contrarium tenere *Gonz.ad regul.*8.*cancell.gl*,5.§.7.*num.* 74. quem sequitur *Grat.discep.for.cap.* 248.*num.* 71.*& cap.*358,*num.*5, & hanc sententiam esse contra sententiam *Rota*. Verùm huic seminario sunt vnienda beneficia illarum Diœcesum, quorum paupertatis occasione non potest in eis seminarium particulare erigi,prout colligitur ex illis verbis *Concil. Trid. cit.cap.*18.*ex fructibus,& cat.*

6 Aduerte etiam ex eisdem verbis, *ex fructibus duorum, aut plurium Ecclesiarum, in quibus singulis Collegium commodè institui nō potest,& cet.* quod pro erigendo seminario duarum, vel plurium Ecclesiarum pauperum in Prouincia, debent eidem contribuere beneficia earundem Diœcesum, pro quarum commoditate fit erectio,vt indicant dicta verba,&

7 Primò debent contribuere,& sūt pro tali seminario taxandi fructus illarum Ecclesiarum Cathedralium, pro quarum Diœcesum commoditate erigitur seminarium, nec non, & Capitulorum earundem Ecclesiarum; Episcopus enim primùm ex sua,& Capituli mensa contribuere seminario debet, & postea cogere alios ad contribuendum, iuxta dispositionem *cit. cap.* 18. *Concil.Trid. Barbos.de potest.Episcopi par.3. alleg.* 77.*num.*2.

8 Secundò tenentur contribuere seminario quæcunq; beneficia in eisdem Diœcesibus existentia, vt ex *Concil Trid.cit.loc.*ibi,*& beneficiorum quorumcunq, etc.*etiamsi habeant bona in alia Diœcesi, *Aldan.compend. Canonic.resol.lib.*1.*titul.*18. *num.* 16. qui refert,sic fuisse resolutum *in vna Caputaquen.* 23.*Iuny* 1586.ac etiam si beneficia spectent ad collationem monachorum,dummodo intra fines Diœcesis sint, *Aldan.cit.loc.num.* 17.

9 Tertiò tenentur contribuere seminario hospitalia data in titulum, vel administrationem,quando habēt beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus Ecclesiasticos, *Zerol. in* 1. *par.* verbo *Hospitale vers.decimum dubium,Ricc.decis.Cur. Archiep. Neap. decis.*196.*nu.*6.*& seqq.par.* 4. *Barbos. cit.alleg.*77.*num.*6.Non tamen tenētur hospitalia, quæ administrantur à laicis, & habent bona laicorum, nec data sunt in titulum, commendam, seù administrationem, *Armendor.in addit.ad recap. legum Nauarra lib.* 4. *titul.* 29. *lib.* 1.§.2. *de hospital. num.*13.

10 Tertiò contribuere tenentur seminario Confraternitates,vt in *Concil.Trid.cit cap*, 18. pro his, quæ habent de bonis Ecclesiarum,& intuitu bonorum Ecclesiasticorum, *Sell, select.Canon.cap.*10.*num*, 15, etiamsi intra Regulariū Ecclesias existant, *Barbos.de potest.Episcopi par*, 3. *alleg.* 77.*num.*19.

11 Quartò nullus est exemptus à contributione seminarij, nisi qui nominatim eximitur à *Concilio Trid.*vndè etiam Cardinales coguntur contribuere de fructibus beneficiorum, quæ habent in Diœcesi in qua est seminarium, *Sell.select.canon. cit.cap.* 10.*num.*11.testatur, sic *resolutum sub die* 11. *Ianuarij* 1601.

12 Non tamen tenentur contribuere seminario Canonici de distributio-

ni-

nibus quotidianis, *Sell. cit. loc. nu.* 12. qui refert, fuisse resolutum in *vna Lucana* 5. *Iuly* 1628. *ad* 2. quod intelligit de distributionibus quotidianis distinctis à præbendis, *Zerol. in prax. par.* 1. verbo *distributiones* §. 5. *Gonzal. ad regul.* 8. *cancell.* §. 7. *proœm. nu.* 170. *& seqq. Monet. de distrib. quotid. par.* 3 *q.* 9. *num.* 4. *Barbos. vbi supra num.* 13. nec de incertis, vt sunt eleemosynæ, *Piasec. in prax. Episc. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 5 *in fin.* nec de emolumentis prouenientibus, & legatis relictis pro celebratione Missarum, *Sell. cit. cap.* 10. *num.* 14. affirmans sic decisum in *Cauen.* 17. *Nouembris* 1629. cætera ad hanc materiam dixi in *praxi* 2. *par annot.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus habet auctoritatem in subditos suffraganei per appellationem.*
Appellatio inter auctoritates Archiepiscopi est vsu frequentior.
2 *Appellare in quo differat à prouocare remissiuè.*
3 *Appellatio quid sit.*
4 *Appellationis alia definitio, & num.* 5. 6. & 7.
8 *Appellatio diuiditur in iudicialem, & extraiudicialem.*
Appellatio iudicialis, in quo differat ab extraiudiciali remissiuè.
9 *Appellatio ad quid fuit adinuenta.*
Appellationis remedio iudices nõ benè aliquando vtuntur.
Appellationis effectus qui sit.
10 *Appellationis verbo non necessariò in appellatione vtendum.*
11 *Appellationis in libello quæ necessariò exprimenda sint.*
Appellantis, appellati, iudicum à quo, & ad quem, & sententiæ expressio facienda in appellatione, &c.

ARGVMENTVM.

De nomine diffinitione, fine, & forma appellationis.

CAP. CII.

1 IN Iurisdictione Archiepiscopi Metropolitani continetur auctoritas, quam habet in subditos suffraganeorum de iure per appellationẽ; interposita enim appellatione à suffraganeo ad Archiepiscopũ, hic validè iurisdictionem exercet in subditos suffraganei, *Cap. pastoralis de off. ordin cap duo simul eod. titul. cap.* 1. *eod. titul. lib.* 6. *cap. cõquestus* 9. *q.* 3. *cap.* 1. *de for. compet. lib.* 6. *cap. Romana de appellat. eod. lib. Concil. Triden. sess.* 3. *cap.* 1. *&* 2. *de ref.* tractant materiam *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. decimaoctaua auctoritas, Genuens. in prax. cap,* mihi 88. *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 52. *& seqq. egoipse in prax. annot.* 49. §. *vnic. num.* 2. *& seqq.* & alij plures, & quia inter auctoritates Archiepiscopi Metropolitani hæc est perspicua, & vsu frequentior, meritò in ea immorandum duxi, & ex professo tractare.

2 Vndè præmittẽdum esset aliquid de nomine, & significatione verbi appellare, & in quo differat à prouocare, de quibus latè *Scacc. de appellat. cap.* 1. ad quem te remitto: Dcfinitur tamen appellatio pluribus modis.

3 Primò appellatio est prouocatio de minori ad maiorem iudicem, *l.* 1. §. *si quis in appellatione ff. de appellat. & relat. gl. in cap.* 2. verbo *Officiali de consuetud. in* 6. *Rebuff. de appellat. num.* 1. *tom.* 3. *fol.* 475. & post eum *Scacc. de appellat q.* 2 *art.* 1. *nu.* 1. qui testantur de communi.

4 Secundò alij dicunt, appellationẽ esse sententiæ à minori iudice latæ per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis rescissionem, ita *Azor. in summ. C. de appellat. nu.* 2.

5 Tertiò diffiniunt nonnulli appellationem hoc modo, videlicet, est ius quo interim prima sententia extinguitur, & interim causæ cognitio ad iudicem superiorẽ deuoluitur, *Bart.*

in l. 1. num. 3. ff. de appellat. & relat. Card. Alex. in rub. de appellat. nu. 22.

6 Quartò tenent multi, quod appellatio sit ad maiorem iudicẽ prouocatio ratione grauaminis illati, vel comminati, *gl. in cap. 2. de consuetud. in 6. Franc. in rub. de appellat. num. 1. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12.*

7 Vltimò cæteri testantur, appellationem esse prouocationem ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi, *Marant. in specul. par. 6. act. 2.* verbo *& quandoque appellatur num. 1. fol. 460.* post *Abb. in rub. de appellat. num. 3. in fin.* prædictę enim sunt principaliores diffinitiones appellationis, de quibus per *Scacc. de appellat. cit. loc.* vbi respondet oppositionibus, quæ in contrarium adduci possunt.

8 Diuiditur magis communiter primò appellatio in iudicialem, & extraiudicialem, ita *Franc. in rub. de appellat. sub num. 1. Io. Ferrar. tract. de appellat. cap. 3. num. 16. tom. 5. Specul. titul. de appellat. §. ante omnia, & §. restat videre lib. 4. fol. 71. num. 2.* in quibus differant appellatio iudicialis, & extraiudicialis, refert *Scaccia cap. 2. q. 2. art. 3. num. 33. & seqq. de appellat.* subdiuiditur appellatio iudicialis in appellationem à diffinitiua sententia, & ab interlocutoria, de quibus *Scacc. de appell. cap. 1. q. 4. nu. 25.*

9 Fuit enim adinuenta appellatio ad corrigendam iniquitatem, & imperitiam iudicantium, secũdum *tex. in l. 1. in princip. ff. de appell.* vbi Bart. *& Franc. in cap. suggestum num. 1. de appellat.* vel ad reparandum grauamen, aut ad præsidium innocentiæ, secundum idem *Franc. cit. loc. & in cap. preterea notab. 3. eod. titul.* vel ad reficiendum præiudicium parti illatum, secundũ *Papien. in prax. in form. appellat à sent. diff. in gl. coram vobis num. 2.* vel vt possit suppleri defectus probationis omissæ in prima instantia, secundum idem *Papien cit. loc.* latè *Scacc. cit. loc. q. 3. art. 1. num. 1. vbi n.* 2. conqueritur quia crescente hominum malitia, quod prouisum est ad remedium, tendit ad noxam, cùm videamus iudices appellationis non corrigere sententias iniquas, sed benè latas in peius reformare; & quod in praxi mihi iudicãti multoties acciderit ex propria scientia testium conferre possem, sententias à me latas fuisse in gradu appellationis per iudices commissarios fuisse deturpatas: Effectus appellationis, vide apud *Scacc. cit. loc. art. 2. nu. 3. & seqq.*

10 Hic notandum est, quod verbum, appello, non est de forma, sed sufficit, si appellans vtatur alio verbo æquipollente, & exprimente recursum ad Metropolitanum, vndè est, quod rectè dicitur quis appellare, si dicat prouoco, reclamo, conqueror, & simile ad Metropolitanum, probant *Franch. in cap. ad audientiam n. 2. de appellat. & Scacc. de appellat. cap. 2. q. 4. art. 2. per totum,* vbi *num. 22.* benè aduertit, dummodo exprimantur omnia necessaria in appellatione.

11 Sunt autem necessariò exprimẽda in libello appellationis; primò nomen appellantis, *Franch. in rub. de appellat. num. 3. vers. de forma, Bart. in l. 1. §. fin. in princip. ff. de appellat. & relat. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 50. princip. num. 189.* Secundò nomen appellati, & partis aduersæ, ita *Franch. & Lancell. loc. cit.* Sed contraria sententia, quod nomen appellati non sit de substantia appellationis est frequens, ita *gl. in l. 1. §. final.* in verbo *aduersus, vbi Bart. in princip. ff. de appellat. & relat. Franch. cit. loc. nu. 4. Caputaq. decis. 36. num. 1. par. 1. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 18. princip. num. 3. fol. 357. et lim. 50. princip. num. 190.* & hanc opinionem testatur benigniorem in praxi *Scacc. de appellat. cap. 3. q. 4 art. 6. nu. 42. in fin.* Tertiò est exprimendum in libello appellationis nomẽ suffraganei, seù alterius iudicis à quo, *Bart. in l. 1. §. final. in princip. ff. de appellat. & relat. Franch. in rub. de appellat. num. 3. Lan-*

cell.

cell.cit.loc.num. 189. *Scacc.de appellat. cit.loc.num.*43. *& seqq.ubi num.*44.*& seq.* declarat, sufficere, si exprimatur nomen dignitatis, puta Episcopi Casertani, & valere commissionem, si in rescripto non sit expressum nomen iudicis à quo. Quartò est exprimendum nomen Metropolitani iudicis ad quem, non tamen per nomen proprium, sed sufficit si dicatur appello ad Metropolitanum, secũdum *Franch.in rub.de appell.nu.* 3. *Lancell. cit.loc.num.*189. & alios: tamen quod expressio nominis iudicis ad quem non sit de substantia appellationis est verius secundum *Angel.Aret.in l.* 1. *S.si quis in appellat.sub nu.*2. *de appellat.& relat. Franch.in cap. Romana §.cum autem num.*1. *de appellat. in* 6. *Scacc.de appellat.cap.*2.*q.* 4. *num.* 46. Quintò est exprimenda sententia, à qua appellatur, *Franch.cit.loc.num.*3. *Lancell.ubi supra nu.* 188 non est tamen inserenda in appellatione tota sententia de verbo ad verbum, sed sufficit, quod demõstretur per diem, vel rem, quam continet, prout declarat *Scacc.de appellat.cit.loc. nu.*52. Vltimò est facienda petitio Apostolorum, instanter, ac instantissimè petendorum, vt post alios, docet *Scacc. ibidem num.* 54. de quibus nos infra loco peculiari dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est interponenda in scriptis à sententia diffinitiua.*
2 *Appellatio interponenda in scriptis ab habente vim diffinitiuæ.*
3 *Appellatur ab interlocutoria in scriptis.*
Appellatio, siuè ex internallo, siuè incontinenti interponẽda est in scriptis.
4 *Appellari potest sine scripto à diffinitiua incontinenti.*
Appellatio quando censeatur incontinenti interponi.
5 *Appellari potest cum scriptura priuata.*
6 *Appellatio sine scriptura quando valida sit.*
7 *Appellationis scriptura sufficit, quod exhibeatur in actis, nec est necesse, quod legatur coram, &c.*
8 *Appellatio ab interlocutoria debet exponere causam grauaminis expressam.*
Appellatio ab interlocutoria non sufficit, quod ponat causam grauaminis generalem, vel per relationem ad acta signato loco.
9 *Appellatio, an exprimere debeat causam grauaminis, si ea sit notoria.*
10 *Appellans potest causam grauaminis exprimere infra totum tempus datũ ad appellandum.*
11 *Appellatio ab interlocutoria in causa summaria, an continere debeat causam grauaminis.*
Appellatio ab interlocutoria sine expressione causæ, si admittitur tenet.
12 *Appellatio à diffinitiua sine expressione causæ grauaminis tenet.*
13 *Appellatio valet à sententia quasi diffinitiua sine expressione causæ grauaminis.*
Appellatio tenet à sententia diffinitiua sine expressione causæ, licèt admittatur quoad deuolutiuum.
14 *Appellatio cum expressione causæ friuolæ, etiam ubi expressio non requiritur, vitiatur.*
15 *Appellatio interposita à tertio pro suo interesse, etiam in diffinitiua requirit expressionem causæ grauaminis.*

ARGVMENTVM.

Appellatio quando interponenda in scriptis, & quando continere debeat expressionem causæ grauaminis.

CAP. CIII.

1 NOtandum est hic primò, appellationem interponendam esse in scriptis regulariter: primò quando appellatur à sententia diffinitiua, prout tenent *Franch. in cap. cum*

cum in Ecclesia nu. 12. *de appellat.* Bellap. *in l.* 1. §. *libelli sub num.* 1. *ff. de appellat. & relat.* *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 4. *art.* 1. *nu.* 1. vbi alios citat, & probat sententiam ex *cit. l.* 1. §. *final. de appellat. & relat.* in illis verbis, *vt habeant scriptum*.

2 Secundò id ampliatur ad appellationem à sententia habente vim diffinitiuæ, ita post *Guid. Pap. de appellat. q.* 10. *sub num.* 17. tenet *Scacc. cit. loc. num.* 2.

3 Tertiò ab interlocutoria indubitatum est, non posse appellari, nisi in scriptis, *Specul. de appellat.* §. *qualiter autem num.* 1. *in fin. lib.* 2. maximè de iure Canonico, *Bal. in l. eos* §. *fin autem num.* 2. *vers. nam de iure C. de appellat.* *Bart. in l. eius, qui nu.* 4. *vers. primò quæro ff. de appel. recip.* Et hoc adeo verum est, vt siuè appelletur ex interuallo, siuè incontinenti, semper ab interlocutoria est appellandum in scriptis, *Specul. cit. loc.* *Luc. Pat. in pract. capital. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 2. & 3. *Scacc. cit. loc. num.* 9. *egoipse in praxi* 1. *par. annot.* 8. §. 2. *sub num.* 19. contra *Host. in cap.* 1. *de appellat. in* 6. multa de hac appellatione in scriptis *egoipse in prax. annot.* 8. §. 2. *nu.* 20. & *seq.* vbi *num.* 24. quid in causis Summarijs.

4 Ad declarationem prædictarum: Dico primò, appellari posse à diffinitiua sine scriptura, & viua voce quãdo appellatur illico, & incontinenti post latam sententiã, *Papien. in prax. in form. appell. à sent. diffin. in fin. in gl. coram vobis num.* 12. *vers. amplius*, *Franch. in cap. vt debitus q.* 7. *num.* 15. *de appell.* *Achill. de Graff. decis.* 2 *aliàs* 228. *de appellat. egoipse cit. loc.* Et dicitur appellari incontinenti, donec iudex sedet pro tribunali, etiamsi sederit per horam post latam sententiam, secus si ad alia negotia, siuè ad alios actus diuerterit, *Franch. in cap.* 1. *num.* 5. & *Gemin.* §. *his, quæ nu,* 3. *de appellat. in* 6. *Scacc. de appell. vbi supra nu.* 16. post *Marant. in specul. par.* 6. verbo & *quandoque appellatur num.* 137. *vbi num.* 154. dicit, secus de iure Regni, vbi validè appellatur viua voce, & sine scriptis, etiã ab interlocutoria, *Carauit. rit.* 288. *sub num.* 11. *vers. septimò infertur*.

5 Dico secundò, licèt appellandum sit in scriptis, vt supra, tamen non requiritur publica scriptura, sed sufficit quælibet scriptura priuata, dummodo probet appellationem interpositam, *Gemin. in cap.* 1. *nu.* 16. *vers. in eaglos.* ibi, *probari possit*, vbi etiam *Franch. nu.* 11. *de appellat. in* 6. *Scacc. cit. q.* 4. *art.* 1. *num.* 13.

6 Dico tertiò validam esse appellationem sine scriptura, & viua voce, quando suffraganeus eam admisit, & deuoluit negotium ad Metropolitanum, *Franch. cap.* 1. *num.* 10. *de appell. in* 6. post *Gemin. in* §. *post hoc num.* 14. *vers. sed pone*, *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 4. *art.* 1 *num. vltimo*.

7 Notandum est secundò, quod scriptura appellationis, quę libellus dicitur per *Frãch. in cap. appellatio nu.* 6. *vers. secundò nota de appellat. in* 6. exhiberi debet iudici à quo, & suffraganeo, & sufficit si exhibeatur in actis, nec est necessarium, quod legatur, seù recitetur ipsi suffraganeo iudici, *Papien. in prax. in forma appell. à sent. diffin. in gl. in his scriptis num.* 1. *in fin.* *Ruginell. tract. de appell. in præf. num.* 40. *per textum in cap.* 9. *de appellat. in* 6.

8 Notandũ est tertiò in appellatione à sententia merè interlocutoria, nominatim exponẽdam esse causam grauaminis, *Abb. in cap. cum in Ecclesia num.* 6. *de appellat.* *Gemin. in cap.* 1. *num.* 3. & *Franch. de appellat.* *specul. titul. de appellat.* §. *qualiter autem nu.* 2. *vers. hac est differentia lib.* 2. & *in* §. *in quibus sub num.* 27. *vers. porrò in fin. eod. lib.* quæ causa grauaminis exprimenda est in specie, nec sufficit expressio in genere, *Marãt. in spec. par.* 6. *act.* 2. *princip.* in verbo & *quandoq; appellatur sub nu.* 153. Et id adeo verum est, vt non valeat exprimi causa grauaminis per relationem ad acta, di-

dicendo, appello ab interlocutoria ex causa, siue causis grauaminis, de quo in actis, *Marant. loc. cit. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lib. 53. nu. 44. Capyc. decis. 1. num. 20.* nisi relatio fieret ad certam partem actorum, vt si diceret, appello ab interlocutoria ex causa grauaminis, de quo in actis fol. 10. quia tunc dicitur quasi nominatim expressa causa grauaminis, *Lancell. cit. loc. limit. 1. nu. 42. Franch. in cap. 1. sub num. 8. de appellat. in 6. Scacc. de appell cap. 2. q 4. art. 4. nu 32.* qui *num 33.* dicit, quod non sufficit dicere, appello ab iniqua interlocutoria, quia me grauasti, sed debet exprimi causa grauaminis in specie, neq. sufficit dicere, appello, quia ex testibus, & alijs instrumentis aliter pronunciandum erat, vel quia interlocutoria est iniusta, quia causa est nimis generalis.

9 Dubium est in his terminis, an in appellatione ab interlocutoria debeat exprimi causa grauaminis, quãdo hæc causa notoria est: Partem affirmatiuam tuentur multi, quia licèt notorium excuset ab onere probandi, non tamen excusat ab onere allegandi, *Franch. in cap. vt debitus nu. 18. in fin. de appellat. & in cap. 1. num. 3. in fin. & 6. eod. titul. in 6. Lancell. dict. loc. num. 32. Feder de Schen. de appellat. nu. 2. & 3. tom. 5.* Partem verò negatiuam, quod in dicto casu nõ sit necessaria expressio causæ grauaminis nominatim, defendunt *Card. Alex. in cit. cap. vt debitus nu. 41. vers. stat ergo fallen. 2. Lucas Pat. in pract. capitol. lib. 5. cap. 6. nu. 5. lim 4. Capyc. decis. 1. num 21. & seq. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 53. num. 40. & seq. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 4. art. 4. num. 45. vers. tu non recedas,*

10 Sed hic nota, quod causa grauaminis exprimenda necessariò nominatim in appellatione ab interlocutoria, non est necessariò exprimenda in ipso actu appellationis, sed sufficit illam exprimere post interpositã appellationem, intra tamen tempus datum ad appellandum, secus post elapsum dictum tempus, *Angel. Aret. in l. 1. §. vltimo sub nu. 10. vers. vnum tamen ff. de appellat. et relat. Franch. in cit. cap. vt debitus,*

11 Nec etiam est necessariò exprimenda nominatim causa grauaminis in appellatione ab interlocutoria lata in causa, in qua procedi potest summariè, appellatio enim in tali causa ab interlocutoria sine tali expressione valet: Sicut etiam valet quando iudex detulit appellationi factæ ab interlocutoria sine tali expressione, & in appellatione à sententia interlocutoria habente vim diffinitiuæ, ita post *Franch.* & alios per eum adductos, docet *Scacc. de appellat. cit. loc. num. 36. & seqq.*

12 Vltimò hic aduerto, quod in appellatione à sententia diffinitiua nõ est de substantia, nec necessaria expressio grauaminis, hæc enim est valida, etiam sine causa, est indubitatum apud omnes, *Archid. in cap. Romana num. 10. & 11. de appellat. in 6. Abb. in cap. cum in Ecclesia num. 6. de appellat. Marant. in specul. par. 6. act. 3. princip.* in verbo, *& quandoque appellatur num. 153. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 4. art. 4. nu. 25. Nouar singul. concl. titul. de appell. concl. 5* aliàs 35. *nu. 1.*

13 Quod ampliatur etiam in appellatione à sententia habente vim diffinitiuæ, in qua nec est necessaria expressio causæ grauaminis, *Franch. in cap. peruenit il 2. nu. 8. & in cap. vt debitus num. 25. de appellat.* & in appellatione à sententia diffinitiua, in qua appellatio non admittitur ad effectum suspensiuum, in hoc etiam casu est valida sine expressione grauaminis, *Scacc. vbi supra num. 27.*

14 Quæro, an in casu quo expressio causæ non est necessaria in appellatione, si exprimatur, sed friuola, an appellatio vitietur,

Respondetur vitiari, teste *Gemin. in cap. 1. §. his, qua in fin. & Franch. in § post hæc in fin. num. 10. de appellat. in 6.* quos refert, & sequitur *Scacc. de* ap-

appellat.cap.2.q.2.art.3.num.51.verf. & hoc procedit.

15 Limita tamen propositam conclusionem, nempè in appellatione à diffinitiua non requiri expressionem grauaminis, in appellatione interposita à tertio pro interesse suo, à sententia diffinitiua lata in causa momentaneæ possessionis, in appellatione à correctione, ab executione, & in causa commissa appellatione postposita, prout latius *Scacc.cit. loc.cap.2.q.4.art.4.num.29.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio de necessitate requirit petitionem apostolorum.*
Apostoli vndè dicantur.
Apostoli quid sint.
2 *Apostolorum quinq; sunt species.*
Apostoli conuentionales quinam sint.
Apostoli testimoniales qui dicantur.
Apostoli dimissorij quinam sint.
Apostoli refutatorij qui sint.
Apostoli reuerentiales qui sint.
3 *Apostoli dimissorij, an differant à reuerentialibus.*
4 *Apostoli necessariò petendi, quando appellatur.*
Apostoli vocantur pars appellationis, vel de eius substantia.
Apostoli dandi, etsi non petantur, si appellationi deferatur.
5 *Appellans, si non petijt sibi de apostolis responderi, censetur renunciasse appellationi.*
6 *Apostoli quomodo petendi.*
Apostoli quare instanter petantur.
7 *Apostoli interpolatis vicibus petebantur, hodie vnico contextu.*
8 *Apostoli si petantur, debet redire pro eorum responsione petens.*
9 *Apostolos petit ab interlocutoria appellans.*
10 *Apostoli petuntur intra terminum 30. dierum.*
Apostoli non necessariò petuntur cum ipsa appellatione.
11 *Apostoli petendi in scriptis in omni casu, quo appellatio interponitur inscriptis.*
12 *Apostoli petendi, & recipiendi intra terminum 30. dierum.*
13 *Apostoli, vel reuerentiales, vel refutatorij sunt dandi appellanti.*
14 *Apostolos dandi, & an deferendum appellationi, terminum habet suffraganeus 30. dierum.*
15 *Apostolos dandi tempus coarctare potest suffraganeus.*
16 *Apostolorum petendorum tempus, an prorogabile sit à suffraganeo.*
17 *Apostolos petitos cõcedere tenetur suffraganeus, quod si negetur, vel negligatur eorum concessio, processus est nullus.*
Apostoli si negentur à suffraganeo, quid agat Metropolitanus.

ARGVMENTVM.

De apostolis, eorũq; cõcessionis, & petitionis tẽpore, & modo.

CAP. CIV.

1 IN quaecunq; appellatione, & signanter in ea, quæ interponitur à suffraganeo ad Metropolitanum est necessaria petitio apostolorum, siuè appelletur ab interlocutoria, siuè à diffinitiua p *tex. in cap. Cordi. de appellat. in 6. cap. ab eo, & clem. quamuis eod. tit. de appell. ego ipse in prax. 1. par. annot.* 8. §. 2. *num.* 25. plura *Scacc. de appellat. cap. 2. q.* 13. Dicuntur apostoli ab apo, quod est, de, & stolon, quod est missio, quasi missio, quam facit vnus iudex ad alium, sic dicti apostoli, quod à Deo, vel è Cœlo missi sunt, ita communiter *Scacc. cit. loc. art. 1. num. 1. ego ipse vbi supra nu.* 26. ibi alios inuenies: Apostoli igitur in casu nostro sunt litteræ, quæ à suffraganeo ad Metropolitanum mittuntur continentes acceptationem, vel refutationem appellationis, *gl. in cap. Cordi. verbo petat apostolos de appellat. in 6. Scacc. cit. loc. num. 2. & ego ipse vbi supra.*

2 Apostolorum quinque sunt species.

cies. Alij dicuntur apostoli conuentionales, si enim vna pars appellauit, & altera admisit appellationem, siuè in iudicio iudice refutante, vel tacente, siuè extra; scriptura igitur id continens dicitur apostoli conuẽtionales, *Specul. lib. 4. par. 2. titul. de apost. 3. §. nu. 1. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. sub num. 32. Scacc. de appellat. cap. 2. §. 12. art. 2. num. 3. egoipse in prax. annot. 8. §. 2. num. 27.* Alij dicuntur apostoli testimoniales, & est illa scriptura, quæ testificat de appellatione interposita coram suffraganeo, vel coram publicis, vel honestis personis. Alij dicuntur apostoli dimissorij, per quos iudex à quo, & suffraganeus defert appellationi, & appellantem à sua iurisdictione dimittit. Alij dicuntur apostoli refutatorij, per quos apparet, quod suffraganeus non defert appellationi. Vltimò dicuntur apostoli reuerentiales quando suffraganeus in reuerẽtiam Metropolitani defert appellationi, ita *Specul. Vestr. Scacc. & egoipse loc. cit.*

3 Dubitatur, an apostoli dimissorij differant à reuerentialibus. Respondent aliqui, non differre, ita *Luc. Pet. in prax. capit. lib. 5. cap. 2. sub nu. 1.* Alij verò, & melius dicũt, differre in eo, quod dimissorij dantur cum iudex non dubitat appellationem esse admittendam; sed reuerentiales dantur, quãdo iudex dubitat, an appellatio sit admittenda, ita post *Specul. Franch. in cap. vt debitus nu. 43. vers. in eodem de appellat. Scacc. cit. art. 1. num. 18.*

4 His præmissis. Dico primò, in appellatione necessariò esse petendos apostolos, *Cap. ab eo de appellat. in 6. & clem. quamuis eod. titul.* hinc apostolos vocat partem appellationis *Collector. decis. 41. aliàs 347. de appellat. in nou. Cassad. decis. 8. num. 8. in fin. de appellat. & alij*, & esse de forma appellationis, testatur *Specul. titul. de apostol. in rub. sequitur videre num. 12. vers. in summ. lib. 4.* vel de substantia appellationis secundum *Rot. decis. 50. aliàs 29. nu. 3. de appellat. & meipsum in prax. annot. 8. §. 2. num. 28* vndè est, quod necessariò sunt petendi, vt diximus, et si nõ petantur, suffraganeus non tenetur eos tradere, *Frãch. in cap. 1 n. 11. de appell. in 6.* nisi deferat appellationi, quia tũc tenetur apostolos dare, etiam non petitos, *Franch. cit. n. 11. in fin. & in cap. vt super nu. 3. in fin. de appellat. in 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 50. nu. 201. & seq.*

5 Item si appellãs non petijt sibi de apostolis respõderi infra terminum iuris, præsumitur, renunciasse appellationi, *Cap. ab eo, vbi gl. & Gemin. nu. 3. de appellat. in 6. Cassad. decis. 8 num. 1. de appellat. Rot. decis. 57. aliàs 460. num. 4. de appellat. in nou.* Et appellationem fieri desertam, testatur *Marant. in specul. par. 6. act. 2. princip. in verbo & quandoque appellatur num. 416. vers. quartò casus, Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. in præfat. num. 52. egoipse cit. §. 2. nu. 28.* & censetur, non fuisse appellatũ, docet post *Franch. Cassad. cit. decis. 8. num. 8.*

6 Sunt tamen petendi apostoli pluries, & iteratis cum instantijs, ac instantissimè, *Cap ab eo de appellat. in 6. Lancell. de attentat. par. 2. cap. 12. lim. 50. num. 196. egoipse in prax. annot. 8. §. 2. nu. 3. per tex. in clem. quamuis de appellationib. l. vnica ff. de libell. dimiss. Rot. decis. 46. aliàs 351. in nou.* vbi assignatur ratio, & est, vt iudici deferatur debitus honor, & ipse moueatur ad reuocandum grauamen, si grauauit, quod fortè non faceret, si talis instantia non fieret, ex qua ratione *egoipse cit. loc. nu. 32.* colligo, quod si suffraganeus defert appellationi, nõ est necessaria talis petitio apostolorum, & valet appellatio, ac Metropolitanus potest inhibere, ita post *Paris. Rolan. à Vall. & Boer.* tenet *Lancell.* per me relatum *cit. num. 32. in fin.*

7 Nota primò, quod de iure antiquo petitio apostolorum erat facienda

da interpolatis, seù iteratis vicibus, hodie verò sufficit, si fiat vnico contextu, dummodo cum multiplicatis instantijs, vt benè seruat praxis, quæ vnica comparitione, & libello petit apostolos cum iteratis instantijs, *Rota decis.* 57. aliàs 460. *in fin. de appellat. in nou. Cassad. decis.* 8. *num.* 10. *eod. titul.*

8 Nota secundò, post petitionem factam de apostolis pluries, & instantissimè, teneri appellantē redire pro eorum responsione in termino à iudice assignato, vel si nullum assignauerit terminū, debere redire in termino iuris, idest in vltimo momento triginta dierū, *Collect. decis.* 57. aliàs 460. *num.* 4. *de appellat. in nou.* & dicemus alio loco infra.

9 Nota tertiò, apostolos esse petendos, etiam in appellatione ab interlocutoria secundum *Gemin. in cap.* 1. *num.* 3. *& Franch. eod. nu. de appellat. in 6. Scacc. de appell. cap* 2. *q.* 13. *art.* 3. *num.* 31. *vers. extende quartò*, vbi id etiam ampliat in appellatione ab interlocutoria extraiudiciali.

10 Apostoli prædicti peti debent infra terminum 30. dierum, *Cap. ab eo de appellat. in 6. clem. quamuis eod. titul. l. iudicibus, & l. eos §. apostolos C. de appellat.* DD. omnes; ex quo principio colligunt, non esse necessarium, quod petitio apostolorum fiat cum ipsa appellatione, quia appellatio est interponenda infra decem dies, & apostoli infra triginta; licèt commu niter in praxi seruetur peti apostolos simul cum appellatione, cuius obseruantiæ rationem refert *Scacc. de appellat cap.* 2. *q.* 13. *art.* 4. *num.* 38. *vers. ratio huius.*

11 Sunt autem apostoli petendi infra dictum tempus in scriptis in omni casu, quo appellatio requiritur in scriptis, cùm sint pars appellationis, *Scacc. de appellat. cit. loc. num.* 40. qui in hoc casu declarat sententiam *Gemin. & Franch.* per ipsum adductos.

12 Et non solùm petendi sunt apostoli infra dictum tempus, sed etiam sunt recipiendi in eodem termino, per *tex. in cap. ab eo de appellat. in 6.* aliàs censetur, appellātē renunciasse appellationi, *cit. clem. quamuis de appellat. egoipse in prax. loco supracit. num.* 33.

13 Nota quartò, teneri suffraganeū dare apostolos appellanti, vel reuerentiales, si appellationem receperit, vel refutatorios, si illam non admiserit, *Cap.* 1. *& cap.* 4. *de appellat. in 6.* hac tamen differentia, quod si admiserit appellationem, tenetur apostolos dare, etiamsi non fuerint petiti, si tamen non detulerit ei, non tenetur dare apostolos, nisi fuerint petiti, *Gemin. in cap.* 1. *cit. num.* 12. *vers. quaro, an iudex, Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 13. *num.* 142.

14 Habet tamen terminum suffraganeus concedendi dictos apostolos 30. dierum ei concessum à iure ad deliberandum, an debeat deferri, vel non appellationi, *Cap. ab eo de appellat. in 6. clem. quamuis eod. titul. Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *nu.* 53. *Vestr. in prax. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 32. *& seq. Marāt. in specul. par.* 6. *act.* 2. *princip.* verbo *& quandoq; appellatur q.* 3. *princip. num.* 219.

15 Quem terminū 30. dierum ad tradendum apostolos potest ipse suffraganeus coarctare, & ad breuiorē reducere eius arbitrio, prout est cōmune inter DD. *Marant. cit. loc. nu.* 223. *&* 205. *lim.* 21. *Grauet. ad Vest. loc. cit. num.* 71. *Rot. decis.* 57. aliàs 460. *num.* 2. *de appell. in nou. Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 13. *num.* 49. *egoipse in prax.* 1. *par. annot.* 8. §. 2. *num.* 34.

16 An autem, sicut potest suffraganeus abbreuiare terminum iuris ad apostolos petendos, possit illum extendere, & prorogare, dubium est inter DD. verior tamen videtur sententia negatiua, de qua *Scacc. de appellat. cit. q.* 13. *art.* 5. *num.* 44. *vers. aduerte.*

17 Nota quintò, quod suffraganeus tenetur necessariò concedere petitos apostolos, aliàs si ad vlteriora in

causa

causa procederet, processus esset ipso iure nullus, *Cap. vt super, & cap. ab eo de appellat. in 6.* non solùm si expresè illos negaret, sed etiamsi negligeret dare, vt cum dicto *Cap. ab eo* notat *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 13. art. 5. num. 46.* Hinc in praxi, si suffraganeus non concedit apostolos, Metropolitanus mandat, vt soluta congrua mercede, appellanti tradantur, vel si appellans constare facit Metropolitano per actum publicum, vel testium depositionibus, fuisse negatos, Metropolitanus mandat tradi apostolos, & interim per dies non procedi; faciunt relata per *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num. 20. vers. si appellans fol.* mihi 71.

SVMMARIVM.

1 *Appellans omninò tenetur redire in termino pro apostolis.*
Appellanti pro apostolis quomodo assignari, vel coarctari possit terminus.
2 *Appellanti omninò sunt dandi apostoli in termino praefixo.*
3 *Apostolorum petendorum tempus quādo currere incipiat.*
Apostolorum petendorum tempus incipit currere à die appellationis interpositae.
4 *Apostolos si in termino non petat impeditus, an excusetur.*

ARGVMENTVM.

Appellans quando redire debeat pro apostolis, & ex quando petendorum tempus currat.

CAP. CV.

1 HIc nota primò, appellantem teneri omninò in termino redire pro apostolis DD. communiter in *clemen. quamuis de appellat.* aliàs ipsa appellatio deserta efficitur, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num. 53. & 55. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 37. egoipse in prax. annot. 8. §. 2. num. 34.* Quod declara hoc modo; Si suffraganeus prouideat, quod appellans redeat pro apostolis infra terminum iuris, tunc appellans potest redire pro illis infra 30. dies in quacunque parte dicti termini; Si verò dicat, quod redeat in termino iuris, tunc appellans tenetur redire pro apostolis in ipsa trigesima die, idest in vltima die termini, & cōparenti antea suffraganeus non tenetur apostolos dare: Similiter si iudex terminum iuris coarctauerit, tunc si dixerit infra terminum viginti dierum, potest appellans redire quandocunq; infra dictum tempus; si verò dixerit, quod redeat vigesima die, tunc non potest redire, nisi in vltima die termini; si verò dixerit redeat die decima huius mensis, tunc similiter tenetur redire dicto die, nec potest antea: quod si appellans in dictis casibus vt supra non redierit, appellatio fit deserta, ita declarat *Scacc de appellat. cap. 2. q. 13. num. 51. egoipse in prax. loc. cit. num. 75.*

2 Nota secundò, quod appellans in termino praefixo, vt supra, tenetur omninò non solùm redire, sed habere apostolos; aut si non dentur tenetur protestari contra suffraganeum sub poena desertionis appellationis, prout benè post *Marāt.* docet *Scacc. cit. loc. nu. 52.* Quod si redierit semel, & suffraganeus non respondet appellanti de apostolis, vel tacet, vel vlterius terminum prorogat, non tenetur amplius redire, *Lancell. de attent. par 2. cap. 13 num. 51. vers. vnde sitnt, Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 34. Rot. decis. 57. aliàs 460. nu. 1. et seq. de appellat. in nou.* Item non tenetur amplius redire, si suffraganeus dederit apostolos infra terminum, ita *egoipse post Bald. Sal. Seraph. & alios cit. §. 2. num. 35. in fin.*

3 Nota secundò, quod terminus 30.

 die-

dierum pro apostolis, de quo supra, controuersum est in iure, quando incipiat currere, cùm terminus ipse datus sit appellanti ad illos petendos & recipiendos,& iudici ad eosdem dandos, & concedendos: A die sententiæ incipere habetur in *l. iudicibus C. de appellat. & gl. in cap. ab eo* verbo 30.*dies de appellat. in* 6.testatur de communi *Guid.Pap. de appellat.q.* 27.*nu.*27. *& Mysing.cent.4.obser.* 36. A die appellationis interpositæ tenent alij,*Host.in cap.* 1. *de appellat. in* 6.*Lancell.de attent.par.*2.*cap.* 13. *nu.* 2.*& seq.Rot.decis.*5.*aliàs* 29.*de appell. in nou.& alij*: Distinguũt cæteri, quod dictus terminus incipit currere iudici à die sententiæ, & appellante personaliter citato; appellante verò personaliter non citato, incipit currere à die appellationis interpositę, ita *Scacc.de appellat.lib.*2.*cap.* 12. *nu.* 84. Sed quicquid sit de iure: certum est in praxi, terminum prædictum incipere, & currere à die ipsius appellationis, non solùm quoad iudicem, sed etiam quoad appellantem, testatur post *Franch in cap. ab eo nu.* 5.*de appell in* 6.*Scacc.cit.loc.vers.praxis*, vbi *num.*85 benè aduertit, ipsum diem appellationis interpositæ non connumerari in dicto termino.

4 Nota quartò, quod licèt iustum impedimentum regulariter excuset, tamen in casu nostro impeditus, qui potest comparere per procuratorem non excusatur, si in termino non petat, & recipiat apostolos, prout in impedimento infirmitatis habetur decisum apud *Seraph.decis.*1133. refero *egoipse annot.*8.§.2.*nu.*36.

SVMMARIVM.

1 *Appellat à suffraganeo quicunque grauatus.*
2 *Appellatur à sentẽtia, quæ in futurum grauamen inferre potest.*
3 *Appellare potest non solùm principalis, sed etiam procurator.*
Appellare potest procurator cum mandato etiam non speciali.
4 *Appellare potest negotiorum gestor.*
5 *Appellare potest fideiussor, & cuius nomine.*
6 *Appellare potest venditor, qui tenetur de euictione.*
7 *Appellare possunt legatarij à sententia contra hæredem.*
8 *Appellare potest tutor, & curator.*
9 *Appellare potest pater in causa libertatis filij.*
10 *Appellare potest Episcopus pro Ciuitate, & subditis.*
11 *Appellare potest dominus pro seruo.*
12 *Appellare potest quilibet extraneus in causa ciuili, dummodo principalis ratum habeat in tempore.*
13 *Appellare potest extraneus in causa criminali mortis, etiam principali inuito.*
14 *Appellare potest quilibet consors litis. Appellatio, & litis persecutio vnius consortis litis quando prodest alijs.*
15 *Appellare potest uxor à sententia lata contra virum pro interesse dotium.*
16 *Appellare potest frater pro fratre.*
17 *Appellare potest quiuis coniũctus pro coniuncto.*
18 *Appellare potest amicus pro amico cũ promissione de rato.*
19 *Appellare potest quilibet, cuius interest sententemtiam sic esse latam.*
20 *Appellare potest tertius pro suo interesse, etiam leui.*
21 *Appellare potest excommunicatus. Appellatio est species defensionis.*

ARGVMENTVM.

De ijs, qui pro se, vel alijs appellare possunt.

CAP. CVI.

1 Nota hîc, licitè appellare à suffraganeo ad Metropolitanũ quemcunq; grauatum iniustè, regula est *tex.in cap.omnis oppressus* 2.*q.*6. *cap.vt debitus de appellat.* quæ regula multis modis ãpliari solet ꝑ DD.&

2 Pri-

2 Primò etiamsi sententia contineat grauamen de futuro, idest si quis à sententia, quæ ad præsens est iustissima, timet, quod de futuro, & tractu temporis possit grauari, potest validè ab illa appellare, ita *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 5. num. 3.*

3 Secundò amplia, vt non solùm ipse grauatus principalis possit appellare, sed etiam eius procurator cum legitimo mandato, licèt non sit speciale; sufficit enim ad hoc generale mandatum ad lites, *Lancell. de attēt. par. 2. cap. 12. lim. 50. num. 32. & seq.* Quod adeo verum est, vt non solùm possit, sed etiam teneatur procurator appellare, cùm appellationis emissio sit de prosecutione primę instantiæ, *gl. 1. in l. vltima ff. an per aliū caus. appell. & cæt. Sal. in l. inuitus num. 6. C. de procur. Angel. Aret. in l. vltima nu. 4. ff. an per alium caus. appell. & cæt. Rebuff. de appell. art. 1. gl. 2. num. 1. Scacc. de appell. cap. 2. q. 5. num. 12.* vbi latè, quod teneatur appellare, licèt non prosequi in sententia diffinitiua, secus in interlocutoria: cætera in hoc casu vide apud eum.

4 Tertiò amplia, regulam procedere, etiam in negotiorum gestore, qui potest appellare sine mandato, dummodo principalis ratum habeat infra terminum ad appellandū, *Frāch. in cap. Nicolao num. 17.* vbi etiam *Card. Alex. num. 12. de appellat.*

5 Quartò amplia in fideiussore, qui potest appellare pro principali, *l. à sententia* vbi *Bart. num. 2. de appell. & relat. Specul. lib. 2. titul. de appell. §. 1. num. 1.* & alij communiter, & licèt controuersum sit cuius nomine debeat appellare: verius tamē est, quod debeat appellare nomine suo proprio, non principalis: quod intellige quando principalis potest appellare, quia secus est si principalis non potest appellare, puta quia sententia fecit transitum in iudicatum, vel est tertia, & cæt. prout latè *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 5.*

6 Quintò amplia in venditore victo enim emptore, venditor qui tenetur de euictione potest appellare quando emptor nō appellauit, latè *Scacc. de appell. cit. loc. num. 34. & seqq.* vbi benè aduertit, posse venditorem appellare quando potest, & ipse emptor, & quando id procedat.

7 Sextò amplia in legatarijs; isti enim possunt appellare à sententia lata contra hæredem victū de inofficioso testamento, *l. à sententia, & l. si perlusorio* vbi *DD. ff. de appell. & relat. Conar. pract. qq. cap. 15. nu. 3. Scacc. loc. cit. num. 37.*

8 Septimò amplia in tutore, & curatore, qui non solùm possunt pro pupillo, vel minore appellare, sed tenentur appellare, & prosequi, *Specul. titul. de appell. lib. 2. §. 1. nu. 3. vers. tutores, Scacc. cit. loc. nu. 40.* qui id etiā ampliat ad actorem, & *num. 41.* in gestore.

9 Octauò amplia in patre, qui pro filio victo in causa libertatis potest appellare, *Specul. cit. loc. num. 10. vers. in criminalibus, & Scacc. vbi supra num. 42.*

10 Nonò amplia in Episcopo, qui potest appellare pro Ciuitate, & suis subditis, *Specul. cit. loc. num. 15. vers. item Episcopus, Scacc.* etiam *cit. loc. nu. 53.* vbi citat alios, & *num. 54.* idem etiam dicit in Abbate, qui potest appellare pro monacho, & *num. 55.* de Capitulo, quod potest appellare pro Episcopo.

11 Decimò amplia in quolibet domino, qui potest pro seruo appellare, *Specul. vbi supra, & Scacc. loc. cit.* qui id etiam dicunt de superiore, qui potest pro suo subdito appellare, qui vlterius docent, posse dominū, vel superiorem appellare, non solùm nomine subditi, sed etiam nomine proprio, quando dominus, vel superior aliquod prætendunt interesse, & sufficere pro interesse habere subditos locupletiores.

12 Vndecimò amplia in quolibet extraneo, qui potest appellare pro alio in causa ciuili, dummodo principa-

lis condemnatus infra tempora ad appellandum ratam habeat appellationem, *Specul. cit. §. 1. num. 7. vers. porrò, Guid. Pap. decis. 13. & tract. de appell. q. 76. num. 51.* sed verius tenet post *Specul. et Bertach.* per eum adductos, *Scacc. cit. q. 5. num. 43. vers. contrarium.*

13 In criminalibus tamen est indubitatum, admittendum esse extraneum ad appellandum pro cōdemnato, etiam inuito, *l. non tantum ff. de appellat. & relat. Fel. in cap. cum super num. 2. & seq. de sent. & re iud. Farin. qq. crimin. q. 101. num. 23. ampl. 10. & q. 79. num. 175. lim. 28.* quod extenditur, vt possit fieri non solùm nomine appellati, sed etiam appellantis, *Guid. Pap. de appellat. q. 120. nu. 83.* sed prædicta procedunt in appellatione interponenda pro eo, qui ducitur ad mortem infra legitima tempora, & in casu appellabili, *Farin. q. 99. num. 178.* latè *Scacc. de appell. cap. 2. q. 5. num. 51.*

14 Duodecimò amplia in litis consorte; consors enim litis potest appellare pro alijs litis consortibus, inter quos causa est communis, & appellatio vnius prodest alijs, *Bart. in l. vltima C. ut plur. vna sent. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 126. nu. 3. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 11. princip. nu. 1. Farin. qq. crimin. par. 2. tom. 1. q. 101. num. 17. ampl. 8.* & non solùm in hoc casu appellatio vnius prodest alteri, sed etiā prosequutio appellationis vnius litis consortis prodest alijs, qui non appellarunt, *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 5. num. 58. vers. subextende;* quod tamen procedit, quando appellatio est vna omnium defensio, secus quando non, *Gail cit. loc. Mohod decis. 1. aliàs 14. de appellat. Lancell. cit. loc. num. 12.*

15 Decimotertiò amplia in muliere, quæ pro interesse suarum dotium potest appellare à sententia lata cōtra virum defendit *Ruin. consil. 121.* per totum præsertim *nu. 7. lib. 5.* quē refert, & sequitur *Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. q. 5. nu. 61.* quando verò maritus possit appellare pro vxore, vide *Scacc. cap. 2. q. 5. num. 65. vers. maritus.*

16 Decimoquartò amplia in fratre, qui pro fratre admittitur ad appellandum, dummodo caueat de rato, & principalis verè ratificet infra tēpus datum ad appellandum, *Alex. consil. 101. num. 3. lib. 2. Ruginell. de appell. §. 2. cap. 1. num. 76.*

17 Decimoquintò amplia in quouis coniuncto, qui potest pro coniuncto sine mandato appellare, cum cautione tamen de rato; regulare enim est in iure, coniunctū posse pro coniuncto comparere in iudicio ad illum defendendum cum tali cautione, *Gail. pract. obser. lib. 1. obser. 133. num. 1. & seq. Ruginell. cit. loc. num. 78.*

18 Decimosextò amplia in amico, q cum promissione de rato potest appellare pro amico, dummodo principalis ratum habeat infra terminū datum ad appellandum, *Ruginell. cit. loc. nu. 80.* post *Archid. in cap. 1. nu. 5. de elect. in 6.* & alios, quos ad id adducit *Scacc. cit. loc. num. 67.*

19 Decimoseptimò amplia in quolibet cuius interest, sententiam nō esse sic latam, qui liberè potest à tali sētentia appellare, *l. à sententia ff. de appellat. & relat. Specul. lib. 2. titul. de appellat. §. 1. num. 1.* etiamsi talis nullo modo interuenerit in prima instantia, *Abb. in cap. cum super nu. 3. de sent. & re iud.*

20 Decimooctauò amplia in tertio; potest enim tertius appellare pro suo interesse, *l. ab executore §. alio ff. de appell. & relat. & l. 1. ff. de appellat. recip. Abb. in cit. cap. cum super nu. 3.* non solùm quando interesse est verum, & certum, sed etiam quando intercedit qualequale præiudiciū, adhuc leue, *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 5. num. 73.* alia de appellatione tertij dicemus infra.

21 Decimonono amplia in excommunicato, qui etiam potest appellare iudicialiter; iudicialis enim appel-

pellatio, cùm sit species defensionis, etiam diabolo permittitur, proinde excommunicato non est deneganda, *Specul. lib. 2. titul. de appellat.* §. 1. *num.* 1. *Abb. in cap. bona memoria num.* 10. vbi etiam *Card. Alex. nu.* 54. *Dec. num.* 29. *& Franch. num.* 25. *de appellat.* secus tamen est in appellatione mere extraiudiciali, *Scacc. de appellat. cit. q.* 5. *num.* 5. *& seqq.* vbi multa ad materiam.

SVMMARIVM.

1. *Appellare non potest grauatus, reuocato grauamine.*
2. *Appellare non potest verus contumax.* *Contumax non auditur appellans.*
3. *Contumax quis dicatur.* *Contumax efficitur personaliter intimatus, & domi cum notitia, et quando prohibet ne personaliter intimetur.*
4. *Contumax non potest appellare à sententijs, quæ non transeunt in iudicatum.*
5. *Appellare qui contumaces etiam possint.* *Contumax aliquando appellat.*
6. *Contumax statim cōparens post contumaciam, auditur, si appellat.*
7. *Appellare non potest confessus in criminalibus de iure Canonico.* *Appellatio confessi an admittatur in criminalibus, si exprimat causam rationabilem.*
8. *Appellare non potest confessus, neque in ciuilibus.*
9. *Appellare an possit conuictus.* *Conuictus testibus appellare potest.* *Conuictus appellare potest, etiam post factas defensiones, licèt nihil sit oppositum.*
10. *Conuictus in grauissimis an appellet.* *Appellare potest conuictus in grauissimis expressa rationabili causa.*
11. *Confessi, & conuicti appellationi non defert iudex, & executioni potest sententiam demandare.*
12. *Confessi, & conuicti appellationi cum rationabili causa defert iudex.*
13. *Appellare non potest repertus in fraganti.*
14. *Appellare non potest non grauatus.*
15. *Appellari non potest à futuro grauamine, etsi dicatur ex nunc prout ex tunc.*
16. *Appellari quando possit à sententia, quæ in futurum grauare potest.* *Appellatio potest interponi à comminata tortura, & quando.*
17. *Appellari potest à grauamine comminato.*
18. *Appellatio iudicialis non est interponenda à futuro grauamine, secus extraiudicialis.*
19. *Appellari an possit à suffraganeo, vti suspecto, & quando.*

ARGVMENTVM.

Quisnam, & de quo grauamine appellare, vel non appellare possit.

CAP. CVII.

1 Dictum est *Cap. præcedenti* qui possint appellare; hic dicendũ est, quibus appellatio denegatur: primò non potest appellare grauatus, quando grauamen reuocatum est; grauamen enim cùm sit causa, quare detur appellatio, sequitur, quod cessante causa cesset effectus, *Cap. cũ cessante.* vbi omnes *de appellat.*

2 Secundò non appellat contumax verus; is enim à sententia, etiam diffinitiua contra se lata non potest appellare, & appellans non auditur, est cõmune apud omnes, & est decisum apud *Rot. decis.* 16. aliàs 364. *num.* 1. *de dol. & contum. in nou. & decis.* 22. aliàs 137. *de appellat.* etiam *in nou. Capyc. decis.* 139. *num.* 2. *tex. in l. properandum* §. *fin autem C. de iud. & l.* 1. *C. quorum appell. non recip.* voluit Sacra Congregatio de mandato *Clem. VIII. die* 16. *Octobris* 1600. his verbis: *A sentẽtia, etiam diffinitiua contra verum contumacem prolata, appellatio nõ*

 reci-

recipiatur, *nec inhibitio*, *aut alia quauis prouisio*, *quandiù appellans in huiusmodi vera contumacia persisterit*, refert *Marant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub num.* 20. *vers. à sententia fol.* mihi 72. egoipse *in prax.* 1. *par. annot.* 8. §. 2. *num.* 58. *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *lim.* 3. *nu.* 1. *& seqq.*

3 Dicitur verus contumax, qui non potest appellare, qui fuit personaliter citatus, *Alex. in cit. l. properandum* §. *sin autem num.* 10. *Marant. in specul. par.* 6. *act.* 2. *in princip.* in verbo, *& quandoque appellatur num.* 285. qui id etiam dicit in citato domi, ad cuius notitiam citatio peruenit; similiter dicitur, qui curat, ne citatio possit ad eum peruenire, *Alex. cit. loc. num.* 4. *Marant. vbi supra*, qui etiam declarant, quod ad hoc, vt contumax non possit appellare, requiritur, quod fuerit peremptoriè citatus, *Scacc. limit.* 3 *num.* 2.

4 Quod contumax nō possit appellare, ampliatur etiam à sententijs, quę non transeunt in iudicatum; quia neque ab ijs appellare potest verus contumax, *Franch. in cap. Nicolao nu.* 20. *de appellat.* quem refert, & sequitur *Scacc. cit. loc. num.* 6.

5 Limitatur in minore muliere, & rustico; hi enim etiam veri contumaces appellare possunt, *Franch. cit. loc. Marsil. singul.* 377. *Vrsil. ad Afflict. decis.* 344. *num.* 5.

6 Limitatur quoque in contumace etiam vero, qui comparuit statim, & incontinenti post contumaciam; is enim auditur appellando, *Alex. in cit. l. properandum* §. *sin autem num.* 23. *Scacc. alleg lim.* 3. *nu.* 16. vbi inuenies alia ad materiam.

7 Tertiò suprapoſita conclusio procedit et in cōfesso, qui de iure Canonico regulariter nō potest appellare in criminalibus à sententia contra se lata; *arg. tex. cap. cum speciali* §. *porrò de appellat. & cap. Romana* §. *si autem* vbi *gl. in verbo vel de quo cit. titul. in* 6. *Ant. de Butr. in cit. cap. cum speciali* §. *porrò num.* 6. & ibi etiam *Abb. num.* 5. *&* 6. *& Cardin. Alex. num.* 12. *Franch. num.* 5. *&* 8. *Deci num.* 18. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 4. *nu.* 13. *Farinac. qq. crimin. q.* 101. *num.* 154. latè *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *lim.* 4. *nu.* 30. *& seqq.* vbi *vers. ha opiniones* distinguit, quod si appellatio simplex est, nulla rationabili causa in eo expressa, tunc non tenet, vel saltem iudex, à quo non tenetur illi deferre; si verò est cum expressione rationabilis causæ, & valet appellatio, ac illi est deferendum, & post distinctionem *vers. extende primò*, dicit indistinctè, quod confessus de iure Canonico non appellat, & sententiam non habere difficultatem, maximè in criminalibus grauissimis, *Card. Alex. in cit.* §. *porrò num.* 10. *Guid. Pap. de appellat. q.* 120. *num.* 86. *& seqq.* secus tamen, quando confessio est facta metu tormentorum; tunc enim potest confessus appellare, *Angel. Aret. in l. vltima* §. *iussus num.* 19. *vers. quaro quando ff. de appellat. & relat. Card. Alex. cit.* §. *porrò num.* 9. concludendo igitur hāc ampliationem; dico, illam locum habere, quando in appellatione non exprimitur rationabilis causa; cum enim exprimitur, confessio non impedit appellationem, prout post alios per eum relatos concludit *Scacc. cit loc. num.* 47.

8 Prædicta de confesso dicta sunt in terminis criminalibus; in ciuilibus tamen regulariter idem dicendum est, in quibus terminis, nec confessus appellat de iure Canonico, *Abb. in cit. cap. cum speciali* §. *porrò num.* 5. *in fin. de appell. Fel. in cap. si cautio nu.* 24. *de fid. instr. Couar.* qui testatur de cōmuni *pract. qq. cap.* 23 *num.* 5. *vers. secunda conclusio*, & alij, quos refert, & sequitur *Scacc. vbi supra num.* 35. qui refert contrarium tenentes.

9 Quartò controuersum est in his terminis, an conuictus tantùm possit appellare, & pro vtraque sententia sunt DD. magnæ auctoritatis, ita vt pro vtraque parte sit communis opinio, vt videre est apud *Scacc. de* ap-

appellat. cap. 2. q. 17. lim. 4. num. 72. & seqq. sed magis communis, & vera videtur illa, quæ sustinet, conuictum tantùm testibus posse appellare, ea ratione, quia in notorio probationis datur appellatio, cum vna probatio possit aliam excludere, & non deductum deduci, *l. per hanc C. de tempor. appellat. Cap. per tuos de appell. Ægidi. decis. 124. in fin. Rota diuers. 1. par. decis. 100. num. 9. Lancell. de attent. par. 2. cap. 15. limit. 9. princip. cap. 12. vers. quinto, Scacc. cit. loc. num. 73.* vbi *num. 75.* id ampliat etiam in casu, quo publicati sunt testes, cõclusum in causa, factæ defensiones, & contra testes nihil oppositum, nam adhuc potest à sententia appellari, cùm non probatum probari possit.

10 Aduertendum est tamen, quod in certis grauissimis delictis conuictus non appellat, prout in hæresi, raptu, idest in principali raptore, non in socio, insigni latrocinio, concitatione seditionis, simonia, falsificatione monetæ, & similibus, de quibus post alios, *Scacc. cit. loc. num. 76. & seqq.* qui vlterius probat, etiam in his grauissimis delictis dari appellationem conuicto, quando in ea exprimitur causa rationabilis.

11 Quintò idem in confesso, & conuicto, hic enim non appellat secundum veram, & communem opinionem, quicquid alij contrarium sentiunt, DD. communiter in *l. 2. C. quorum appellat. non recip.* quod adeo verum est, vt iudex à quo possit non obstante tali appellatione suam sẽtentiam exequutioni demandare, *Specul. de appell. §. nunc dicamus num. 8. vers. item appellat. lib. 2. Lancell. de attent. par. 2. cap. 2 ampl. 4. princip. nu. 12. Farinac. qq. crimin. par. 2. tom. 1. q. 101. nu. 114.* hæc sententia est indubitata in criminalibus; in ciuilibus tamen controuersa est, & verior videtur, confessum, & conuictum posse appellare, prout post alios videtur sentire *Scacc. cit loc. num. 3. vers. contra hanc, & seq.*

12 Declara supradicta vera, sed non in casu quando conuictus, & confessus exprimit in appellatione rationabilem causam; tunc enim in criminalibus validè appellat, & iudex à quo tenetur appellationi deferre, *Franch. in cap. cum speciali §. porrò nu. 7. de appell. Farinac. qq. crimin. q. 101. num. 143.* Et quando confessus quis est metu tormentorum, quia iste etiam conuictus appellat, *Franch. cit. loc. num. 5. Farinac. eod. loc. nu. 132.* qui *nu. 123.* sententiam extendit ad eum, qui non fuit tortus, sed timuit torqueri, verùm *Scacc. cit. loc. num. 18.* dicit, hanc extensionem in praxi nõ seruari. Cætera ad hanc materiam vide apud eum.

13 Sextò idem etiam in capto in fragranti; iste enim non appellat tanquam notorius delinquens, ita post alios firmat *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. lim. 4. num. 88.*

14 Nota, quod generalis est regula, quod non grauatus non appellat, quia cùm grauamen sit causa appellationis, & detur propter grauamen, hoc cessante cessat appellatio, *Cap. vt debitus de appellat.* Hinc non audiuntur appellationes, nisi eorum, quorum interest, *l. 1. ff. de appellat. recip. vel non.*

15 Ex proposita regula dubitari potest, an à futuro grauamine detur appellatio, ita vt timens in posterũ grauari possit appellare: Et quidem ex proposita regula respõdetur negatiuè, quia cùm timens grauari nõ dicatur grauatus, non potest appellare, *Card. Alex. in cap. vt debitus nu. 36. & Franch. nu. 9. de appellat. Guid. Pap. de appellat. q. 26. num. 26.* contra *Marant. & alios in sua prax. par. 6. act. 2. princip.* verbo *quandoque appellatur num. 4. Scacc. de appell. cap. 2. q. 5. num. 101. & seqq.* vbi *num. 104.* id extẽdit, etiam, si diceret appellans, à futuro grauamine ex nunc, prout ex tunc appello, *Fusc. tom. 1. concl. 361. num. 6. & seqq.*

16 Limitatur tamen proposita regula,

la, non habere locum in grauamine irreparabili per subsequentem appellationem, tūc enim potest appellari à futuro grauamine, prout benè aduertit post *Franch. in cit. cap. vt debitus nu. 9. de appellat. Scacc. cit. loc. nu. 110.* Hinc datur appellatio à comminata tortura, quia cùm eius grauamen non possit reparari per appellationem, potest appellari ante illius grauamen, *Franch. cit. cap. vt debitus num. 9. Marsil. pract. crimin. §. expedita num. 69. & seq.* Sed prædicta declaranda sunt, quod si solet interponi decretum de torquendo, tūc non potest appellari ante decretum, sed post, & dicetur appellatio à grauamine illato per decretum de torquendo; si verò timetur de illatione torturæ sine decreto, vt quia iudex, vel ministri præparant illam, & tunc dicitur, posse appellari à futuro grauamine.

17 Vlterius à grauamine iam comminato, licèt non illato per iudicem potest appellari, quia comminatio est iusta causa grauaminis, *Franch. in cit. cap. vt debitus num. 9. in fin. & in cap. cum cessante num. 6. de appellat.* de communi testatur *Rucinell. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 189. Tusc. tom. 1. cōcl. 361. nu. 13.* qui id verum dicit quando comminatio est iudicialis.

18 Aduerte, quod prędicta de appellatione non interponenda à futuro grauamine, procedunt in appellatione iudiciali, secus in extraiudiciali, quæ potest interponi à futuro grauamine, prout aduertit *Scacc. cit. loc. num. 115.*

19 Vltimò hìc notandum est, quod à suffraganeo suspecto tantùm, antequam grauet non potest appellari, & sic nō potest dici, appello à suffraganeo, quia suspectus, vel dico suffraganeum suspectum, & ideo appello; benè tamen in casu suspicionis potest recedi à suffraganeo suspecto per viam appellationis postquam grauat, vel per viam recusationis, allegando eum suspectum ex causa legitima, & si tunc suspicionem non admittit potest appellari, quia tunc verè grauat, *Franch. in cap. nouit. nu. 3. & cit. cap. vt debitus num. 9. de appellat. Corn. consil. 80. num. 3. lib. 1.* & alij.

SVMMARIVM.

1 *Appellari, à quibus possit.*
2 *Appellari potest à qualibet diffinitiua. Diffinitiua sententia quæ sit, & ex quibus cognoscatur.*
3 *Appellari potest à diffinitiua, cuiuscunque causæ de iure Canonico.*
4 *Appellari an possit à diffinitiua in vim instrumenti publici.*
Appellari de iure potest à sententia in vim publici instrumenti, non tamen si laia sit in loco, vbi ex vi statuti publico instrumento parata datur executio, etiamsi sit factū, vbi non extat statutum de tali executione parata.
5 *Appellatur à sententia diffinitiua sine appositione causæ.*
6 *Appellatur à qualibet diffinitiua in ciuilibus, & criminalibus.*
7 *Appellatio à quacunque diffinitiua ligat manus iudicis.*

ARGVMENTVM.

Appellatio manus iudicis ligat, & est interponibilis à qualibet diffinitiua.

CAP. CVIII.

1 Diximus supra, qui possint, vel non possint appellare; dicemus hìc, à quibus sententijs, vel grauaminibus possit, vel non possit appellari.

2 Primò à qualibet sententia diffinitiua posse liberè ad Metropolitanum à suffraganeo appellari, indubitatū est apud omnes, & est decisū in *Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 20.* Dicitur sententia diffinitiua, quę negotium finit, itaut partes à lite recedant, & non expectent aliam sentētiam, quæ dignoscitur quatuor modis. Primò quando sententia diffinit ne-

negotium principaliter, & directò, non per consequentiam. Secundò quando requirit ordinem iudiciarium. Tertiò quando per eam finitur officium iudicis. Quartò quando sẽtentia producit actionem, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 1. num. 5.* post *Bart.* quos refero, & sequor *egoipse in praxi 1. par. annot.* 8. §. 1. *num.* 2.

3 Amplia primò, vt in quacunque causa lata sit diffinitiua sententia, ab ea possit appellari, siuè sit causa maior, siuè minor, *Menoch. de recup. possess. remed.* 5. *q.* 21. *nu.* 8. siuè minima, *Specul. titul. de appellat.* §. *in quibus nu.* 20. *lib.* 2 *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *ampl.* 8. *num.* 13. *& seqq.* vbi id maximè procedere de iure Canonico defendit, quicquid sit de iure ciuili, & ita concordat opiniones contrarias, & limitat sententiam in regno Neapolitano in causis à scutis decem infra, & alijs modis, siuè etiã sit lata in causis summarijs, *Scacc. cit. loc. num.* 7.

4 Dubium oriri potest hic, an detur appellatio à sententia diffinitiua lata in vim instrumenti publici.

Respondetur, de iure communi dari appellationem à diffinitiua lata in vim publici instrumenti, quod instrumentum publicum de iure cõmuni non habet executionem paratam, quod procedit etiam in instrumẽto iurato, ita post *Franch. & Bero.* probat *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *ampl.* 8. *num.* 29. *& seqq.* hoc tamen limitatur, quando agitur in loco, in quo adest statutum concedens instrumento publico executionem paratam; tunc enim non datur appellatio à sententia lata in vim illius, etiamsi instrumẽtum sit celebratum in loco, in quo non extat tale statutum, ita idem *Scacc. cit. loc. lim.* 9. *num.* 6. *et seqq.* vbi multa.

5 Amplia secundò principalem regulam, adeo dari appellationem à sententia diffinitiua, vt non sit opus in ea aliquam causam exprimere, cũ talis appellatio simpliciter admittatur per *Trid. cit. loc.* aduertit *Nouar. in suis singul. Canon. titul. de appellat. concl.* 5. aliàs 35. *num.* 1.

6 Amplia tertiò eandem principalem regulam, appellari posse à qualibet diffinitiua, procedere non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, *Franch. in cap. cum sit Romana* §. *preterea de appellat. Pract. Papien. in form. appell. à sent. diffin. in gl. coram vobis num.* 9. *vers. quaritur vltra*, & alij quos refert, & sequitur *Scacc. cit. loc. ampl.* 8. *num.* 23. *et seqq.*

7 Amplia quartò, vt appellatio à sententia diffinitiua quacunque, ita sit valida, vt liget manus iudicis, à quo, statim interposita, vel pendente termino ad illam emittendam, est indubitatum, & aduertit *Fusc. tom.* 1. *concl.* 358. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur ab habente vim diffinitiua.*
2 *Sententia habens vim diffinitiua quæ sit.*
3 *Appellatur à sententia reuocationis attentatorum.*
4 *Appellatur à decreto, quo iudex se cõpetentem, vel incompetentem declarat, & quare.*
Appellatur à decreto iudicis se tacitè competentem declarantis.
5 *Appellatur à decreto delationis iuramenti, vel denegantis illius in casu permisso.*
6 *Appellatur à sententia mulctæ.*
7 *Appellatur à sententia, hæreditatem non fuisse aditam.*
8 *Appellatur à sententia, nõ posse à tertio appellari.*
9 *Appelletur nec nè à sententia reuocationis attentatorum?*
10 *Appellatur à sententia, appellationem esse desertam, & quando.*
11 *Appellatur à decreto procedendum ad vlteriora.*
12 *Appellatur à decreto, quem esse maiorem, & non habere restitutionem.*
13 *Sententia de exequendo instrumentum*

tum, sit nè diffinitiua, an habens vim?

14 *Appellatur à sententia, qua quis declaratur confessus, & conuictus, & quare.*

15 *Appellatur à sententia, qua admittitur debitor ad cessionem bonorum.*

16 *Appellatur à sententia de faciendo, vel non faciendo compromisso, & quare.*

17 *Appellatur à secūdo decreto, & quare.*

18 *Appellatur à sententia absolutoria ab obseruatione iudicij.*

19 *Appellatur à decreto lato in causa restitutionis in integrum, aut esse probatam minorem ætatem.*

20 *Appellatur à decreto denegationis copiæ actorum.*

21 *Appellatur à decreto immissionis in possessionem.*

22 *Appellatur à decreto iniustæ admissionis articulorum.*

23 *Appellatur à decreto in causa suspicionis.*

24 *Appellatur à decreto, mulierem esse sequestrandam.*

25 *Appellatur à decreto coarctante dilationes a iure præfixas.*

26 *Appellatur à decreto, executionem esse reuocandam.*

27 *Appellatur à decreto de soluendo.*

28 *Appellatur ab omni decreto, esse finitum officium iudicis.*

29 *Appellatur ab interlocutoria, quæ diffinit articulum substantialem.*

30 *Appellatur à decreto, aliquid dari, vel fieri.*

31 *Appellatur ab interlocutoria non expectante diffinitiuam post se.*

32 *Appellatur ab interlocutoria cum causæ cognitione.*

33 *Appellatur ab interlocutoria afferente præiudicium negotio principali.*

ARGVMENTVM.

De quibus sententijs, & decretis appellari possit.

CAP. CIX.

1 NOn solùm à sententia diffinitiua appellari potest, sed etiā à sententia habente vim diffinitiuæ, vt per *Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap.* 20. & est commune: ratio potest esse, quia habens vim diffinitiuæ regulariter regulatur secundum naturam diffinitiuæ, *Mandos. tract. de commiss. in commiss.* 17. in verbo, *seu vim diffinitiuæ haberi fol.* 46. *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 1. princip. num. 52. & seq.*

2 Dicitur sententia, quæ habet vim diffinitiuæ illa, quæ negotium inter partes in toto determinat, & finit, licèt in ea solenniter non procedatur secundum *Mandos. cit. loc.* qui alios citat post *Anton. de Butrio consil. 6. num.* 4. & refero *ego in prax. 1. par. annot. 8. §. 1. num.* 4. post *Abb. in rub. de sent. & re iud. num.* 8. Vel dicitur, quę fertur sine solennitatibus requisitis in diffinitiua, tamen idem iniungit, quod diffinitiua, ita post *Fel. in rub. de sent. & re iud. num. 3. ego ipse cit. loc.* Vel dicitur diffinitiua, quæ diffinit articulum causæ substantialem, ita quod finietur causa principalis, licèt per indirectum, & non alia sententia expectetur, *Valen. consil. 72. nu. 3. lib. 7. Capyc. decis. 144. sub num. vltim.* cum alijs multis, quos refert, & sequitur *Noudr. in singul. Canon. titul. de appellat. conclus.* 1. aliàs 31. *num.* 4. Ex dictis

3 Colligunt aliqui primò, dari appellationem à sententia lata super reuocatione attentatorum, ex quo vim diffinitiuæ habet secundum *Franch. in cap. cum cessante num. 45. de appellat. Rota decis.* 11. aliàs 85. *de appellat. in nou. Graff. decis. 31. num. 1. de appellat.* multa *Lancell. de attent. par. 3. cap. 286. n. 43. & seqq. Nouar. singul. concl. titul. de appell. concl.* 1. aliàs 31. *num.* 10. sed melius *num.* 9. at contrarium est verius, vt infra *num* 9.

4 Collige secundò, dari appellationem à decreto, quo iudex se declarat

rat competentem, vel incompetẽtẽ, duplici ratione secundum communem .s. nõ tantùm,quia vim diffinitiuæ sententiæ habet, sed etiam quia continet damnum irreparabile, *Ias. in l.quod iussit nu.25.ff.de re iud. Menoch.de adi isc.poss.remed.4.nu. 822. Grau.ad Vestr.lib.3.cap.10.nu.6. Mysinger.obser.35.cent. 3.Grat.discep forens.cap.77.num.1.& 2.Nouar.singul. concl.titul.de appell concl.* 1. aliàs 31. *num 6.egoi se in prax.annot.*8.§.1.*nu.* 15.Quod procedit non solùm quando iudex expressè sententiando se declarat competentem, sed etiam quando tacitè per processum ad vlteriora, ita *Grat.Nouar.& egoipse cit.loc.*

5 Collige tertiò, dari appellationẽ à decreto delationis iuramenti, vel denegationis illius in casu permisso, quia dicitur habere vim sententiæ diffinitiuæ, *Mysinger.cent.* 1. *obser.39 Lancell.de attent.par. 2. cap. 12.lim.50.nu.* 192.*Osasch.decis.* 8. *nu.* 4.*Triuis.decis.4.num.17.lib.1. egoipse in prax.cit.loc.sub num.30.*

6 Collige quartò, dari appellationem à sentẽtia qua quis mulctatur, quia habet vim diffinitiuæ,teste *Marant.in suo specul.par 6 princip.*verbo *& demum fertur sententia num.* 32. *Natta consil.92.nu.2.lib.* 1. *Farin. qq. crimin.q.*101.*ampl.*7. *num.* 16. *Scacc. de appell.cap.2.q.17.lim.* 6. *membr.* 4. *num.*128.

7 Collige quintò,dari appellationẽ à sententia, qua declaratur,hæreditatem non fuisse aditam stantibus probationibus, & reseruato iure latius probandi, quia vim diffinitiuæ dicitur habere,ita post *Ruginell.de appellat.§.2.cap.3.nu.*55.docet *Scacc. de appellat.cap.2.q.17.lim.47.membr. 1.num.*183.

8 Collige sextò,dari appellationem à sententia, qua iudex pronunciat, non posse à tertio appellari, quia habet vim diffinitiuæ, *Bal. in l.vnica n.7.C.ne liceat in vna,eademq; causa, tertiò prouoc.Frãch.in cap.cessante nu.* 42.*de appell. Monach.in cap. cupientes de elect.in 6.*

9 Collige septimò, posse appellari à sententia reuocationis attẽtatorum generaliter loquendo secundum aliquos,quos refert, & sequitur *Nouar.singul.concl.titul.de appell.concl.*1. aliàs 31.*num.*10.quia habet vim diffinitiuæ, *Mandos.de commission.commiss.* 17. *sub vers. sed vim diffinitiua.* Sed melius dicendum est, an detur appellatio à decreto reuocationis attentatorum,esse grauem quæstionem,illamq; triplicem habere sententiam apud *Lãcell.de attent. 3.par. cap.28.num.40. & seqq.* qui partem negatiuam defendit,nempè non dari appellationem in omni attentato;quam sentẽtiam ipsemet *Lancell. eod.loc.num.* 95. omninò procedere testatur in attentatis appellatione pendente, à decreto illa reuocante non dari appellationem, per *tex. in cap.an sit in fin.de appell.*vbi DD.cõmuniter, præsertim *Franch.num.7.* quia qui attentãdo appellationi deferre neglexerit, beneficio se reddit appellationis indignum: seruatur in praxi,& dixi latè in *decis.*23. in qua non admissa per me appellatione à decreto reuocationis attentatorum, sententia fuit confirmata in Vrbe, & præsertim in Signatura, vbi fuit moderata commissio aliàs concessa appellandi à decreto reuocationis attentatorum.

10 Collige octauò,dari appellationẽ à sententia, qua iudex declarat appellationem desertam, quia habet vim diffinitiuæ, & licèt multi,id indistinctè procedere asserant,*Nouar. singul.cõcl.titul.de appell. concl.* 1.aliàs 31.*num.*11.tamen melius dicendum est,procedere in sententia desertionis appellationis interpositæ à diffinitiua,secus ob interlocutoria secũdum *Franch.in cap.ex ratione nu.* 81. *& cap.cum cessante nu.*44. *de appellat. Fel.in rub.de sent. & re iud. num.* 11. *Scacc.de appellat.cap.2.q.17. lim.* 47. *membr.* 1.*num.*185.*vers. tu reprobando,*

do, Viu. decis.302.num.4.

11 Collige nonò, posse appellari à decreto non esse procedendum ad vlteriora propter exceptionem peremptoriam, quia habet vim diffinitiuæ sententiæ, *Fel.in rub.de sent.et re iud.num.9.Scacc.cit.loc.num.190.*

12 Collige decimò, dari appellationem à decreto quo quis pronunciatur maior, nec habere restitutionem in integrũ, quia dicitur habere vim sententiæ diffinitiuæ, *Viu.decis. 302. nu.12.egoipse cit.annot.8.§. 2.sub nu. 30.* Vel si pronuncietur minor, nec deberi restitui in integrum, *Scacc.* vbi supra *num.201.Gam.Lusit.decis.* 159. *nu.2.Salgo.de protect.Reg.tom. 1.par. 2.cap.1.num.54.*

13 Collige vndecimò, licèt controuersum sit inter DD. an sententia de exequendo instrumentum sit diffinitiua, vel interloquutoria habens vim diffinitiuæ, tamen veriorem sẽtentiam esse illam, quæ defendit, esse habentem vim diffinitiuæ, & proinde validè posse ab eã appellari, prout optimè defendit *Scacc.* qui alios citat *de appell.lib.3.cap.2.q. 17. lim.44.membr.1.num.191.& seqq.*

14 Collige duodecimò, appellari posse à sententia qua quis declaratur cõfessus, vel conuictus, dicitur enim illa, vim diffinitiuę habere, quia principale negotium tangit indirectè, & articulum, per quem deuenitur ad sententiam diffinitiuam, *arg. tex. in l. intra vtile*, vbi *Bart. num. 1.ff. de minor.25 annor.*notant *gl.in clem. vltima* verbo *repulsione in fin. de appell.Fel.in rub.de sent.& re iud. nu.3. & 4.Gaill.lib.1.obser.130.nu.6. Marant.in specul.6.par.* verbo *& demum fertur sententia num.44.*post *Bal.in l. 1.C.quand.prouoc.non est necess.*

15 Collige decimotertiò, admitti appellationem à sententia, qua debitor admittitur ad cessionem bonorum, quia hæc sententia dicitur habere vim diffinitiuę, quia non fertur super negotio principali, sed super articulo, qui non expectat aliam sẽtentiam diffinitiuam, tenet *Paris.cõsil.80.nu.49.lib.1.March. de commiss. par.1.in commiss.dilat.mor.cap.2.num. 42.*probat *Scacc.lib.3.cap.2.q.17. limit.princip.47,membr.1.num.197. & seq.*

16 Collige decimoquartò, appellari posse à sententia de faciendo, vel nõ faciendo compromisso, quia illa habet vim diffinitiuę secundum *Frãch. in cap.cum cessante nu. 58.de appellat. Marc.Ant.Blanc.tract. de compromiss. q.5.num.8.tom.3.par.1.*& dari in hoc casu appellationem ex capite grauaminis irreparabilis, dicit *Nouar. singul.concl.titul. de appellat. concl. 1.* aliàs *31.num. 16. & egoipse in praxi annot.8.§.1.num.13.* & ex vtraq; ratione, nempè ex quo sententia habet vim diffinitiuæ, & contineat dãnum irreparabile, probat *Scacc. loc. cit.num. 198. vers. exemplifica 14. & seqq.* vbi benè aduertit, procedere opinionem, quando sententia compromissi est lata in causa appellabili, secus si in causa inappellabili.

17 Collige decimoquintò, concedi appellationem à secundo decreto, quia licèt secũdum decretum sit interlocutorium, ex quo fertur contra absentem, & lite non cõtestata, cùm diffinitiua non possit ferri non contestata prius lite; tamen quia absorbet ius partis, nec speret aliam sententiam diffinitiuam post se, meritò dari appellationem, habereq; vim diffinitiuæ testatur *Bald.in l.2. num. 12.ff.si ex noxal.caus.agat.Marant.in specul.6.par.princip.act.1.sub num. 2. Franch in cap.cessante num. 50.de appellat.Menoch. de recup.poss. remed. 8. q.6 num.86.*

18 Collige decimosextò, dari appellationem à sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, quia dicitur, habere vim diffinitiuæ, *Abb. in cap. ad dissoluendum, notab. de desponsat. impub. Cresc.decis.6.de appellat. egoipse in prax.annot.8.§.1.sub nu.32.*post *Marant.cit.loc.*

19 Collige decimoseptimò, posse appel-

pellari à decreto lato in causa restitutionis in integrum, quo iudex esse probatam minorem ætatem pronunciat; hoc enim decretum dicitur habere vim diffinitiui, secundum *Ias. in l. quod iussit num. 10. & Rip. nu. 27. ff. de re iud. gl. 1. in l. intra vtile ff. de minor. 25. annor.* idem etiam dicendum, quando iudex pronunciat, minorem ætatem non esse probatam, *Marant. cit. par. 6. act. 1. num. 44. Viu. decis. 302. num. 12.*

20 Collige decimooctauò, validam esse appellationem à decreto denegationis copiæ actorum *l. 2. C. vt lit. pendent. Duen. regul. 52. fol. 5. Azeued. in l. Hispan. 3. titul. 18. lib. 4. Grau. ad Vestr. lib. 3. cap. 10. nu. 6.* quos refert, & sequitur *Nouar. singul. canon. titul. de appell. conclus. 1.* aliàs *31. num. 12. Duen. regul. 52. fol. 5. Azeued. lib. 3. titul. 18. lib. 4. nou. recap.*

21 Collige decimononò, appellari posse à decreto immissionis in possessionem, quia habet vim diffinitiui, secundum *Grat. decis. 60*, præsertim de iure Canonico, *egoipse in prax. cit. § 1. num. 31.*

22 Collige vigesimò, concedendam esse appellationem à decreto iniustè admissionis articulorum partis aduersæ, seù à non admissione articulorum, & exceptionis ipsius partis appellantis, *Rot. decis. 44. num. 3. de appell. in nou. Surd. decis. 36. nu. 17. Mascard. de probat. concl. 131. num. 5. Lancell. de attent. par. 2. cap. 14. lim. 1. num. 42.* quos refert, & sequitur *Nouar. cit. loc. num. 13. egoipse cit. §. 1. sub num. 33.* post *Grat. discep. for. cap. 74. num. 15. Trentac. var. resol. lib. 2. tit. de appell. resol. 13. num. 14.*

23 Collige vigesimoprimò, dari appellationem à decreto lato in incidenti, seù in causa suspicionis officialium, secundum *Vincent. de Franch. decis. 408. egoipse loc. cit.*

24 Collige vigesimosecundò, appellari etiam posse à decreto, mulierem esse sequestrandam, *Ann. alleg. 82. Ricc. collect. decis. 166. vers. item appellatur, Nouar. singul. conclus. titul. de appell. concl. 1.* aliàs *31. num. 17. egoipse in prax. 1. par. annot. 8. §. 1. sub nn. 32.*

25 Collige vigesimotertiò, validè appellari à decreto coarctante dilationes à iure præfixas, *Verall. decis. 38. par. 1. & decis. 37. par. 3. Gonz. ad regul. cancell. 8. gl. 9. §. 1. in annot. contra nullit. num. 192.* qui idem dicit de citatione cōtinente breuiorem terminum, à qua admittit appellationē, *Put. decis 150. num. 3. lib. 3.* quos refert, & sequitur *Nouar. cit loc. nu. 14.*

26 Collige vigesimoquartò, dari appellationem à decreto pronunciante, executionem esse reuocandam, tenet, & probat *Amat. decis. 19.* & sequor *ego in prax. cit loc. sub num. 32.*

27 Collige vigesimoquintò, dari etiā appellationem à decreto, seù præcepto de soluendo, & à decreto, seù sententia mulctæ; dicta enim dicuntur habere vim diffinitiui, secūdum *Marant. in specul. par. 6. princip. act. 1. num. 42. in fin.* & de decreto mulctæ dictum est supra *Corall. 4.*

28 Collige vigesimosextò, generaliter dari appellationem ab omni decreto, quo pronunciatur finitum officium iudicis, etiam interlocutoriū, quia habet vim diffinitiui, secundum *Bart. in l. quod iussit ff. de re iud. Marant. vbi supra num. 43.* exemplifica., vt *sup. collige 2. Viu. decis. 32. nu. 11.*

29 Collige vigesimoseptimò, admittendam esse appellationem ab interlocutoria, quæ diffinit vnum articulum substantialem causæ principalis, quia dicitur habere vim diffinitiuæ, secūdum *gl. primam in clem. fin. de appell. & clem. 1. de caus. poss. & propr. Bal. in l. 1. C. quando prou. nō est necess. Alex. in rub. ff. de re iud.* docet *Marant. cit. loc. nu. 44. Viu. decis. 302. num. 10.*

30 Collige vigesimooctauò, concedi appellationem à quauis interlocutoria continente, aliquid dari, vel fieri, quia habet vim diffinitiuæ, secundum *Bar. in l. nec quicquam §. vbi decretum in princip. ff. de off. Proconsul.*

Q Ma-

Digitized by Google

Marant.eod.cit.loc.num.45. Viu.decis. 302.num.6.

31 Collige vigesimononò,dari appellationem à quauis interlocutoria, quæ non expectat aliam sententiam post se, quia talis interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuæ, *Marāt. cit.loc.sub num.42.Franc.in cap.cum cessante nu.9.de appellat. Scacc.de appellat.cap.2.q.17.lim.47.memb. 1.nu. 207.Viu.cit.decis.302.num.7.*

32 Collige trigesimò, dari appellationem à quauis interlocutoria lata cum causæ cognitione, quia dicitur habere vim diffinitiuę,*Put.decis.388. num.4.lib.2.*quem refert, & sequitur *Viu.decis.302.num.3.* ficut etiam datur appellatio à quouis iudicis pręcepto lato cum causæ cognitione, quia habet vim diffinitiuę,*Guid.Pap. decis.12.num.5.egoipse cit.annot.* 8.§. 1.*num.36.*

33 Collige trigesimoprimò, quandocunque interlocutoria parat pręiudicium negotio principali,dicitur, habere vim diffinitiuæ,secundum Bar.*in l.Titia ff.de accusat.& in l.eius, qui ff.de appellat.* & *Guid. Pap.cit.loc. num.*2. & proinde admittit appellationem *egoipse cit.loc.num.*37.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur à decreto,cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequit.*
2 *Grauamen irreparabile quodnam sit.*
3 *Appellatur à grauamine reparabili per appellationem à diffinitiua, sed cum magna difficultate.*
4 *Appellatur à grauamine,quod per appellationem à diffinitiua reparari potest in parte.*
5 *Grauamen,quod per appellationem à diffinitiua reparari non possit,exemplificatur tribus in casibus.*
6 *Appellari potest à decreto, quem esse iustè carceratum,& quando.*
7 *Appellatur à decreto,quo dicitur,aliquem carcerandum vti suspectum de fuga,& quando.*
8 *Appellans carceratus à suffraganeo in quibus carceribus manere debeat,ubi declaratio Congregationis.*
Appellatione interposita à carceratione,vel illius decreto,quid agendum?
9 *Appellatione interposita à sententia carceris,quando reus relaxandus sit.*
10 *Appellatur à tortura,siuè decreto de torquendo.*
Appellatur à comminata tortura.
11 *Appellatione interposita à decreto torture,confessio est nulla.*
12 *Appellatio à comminatione tortura nihil operatur,si friuola, vel calumniosa sit.*
Appellatio interposita à comminatione tortura nil operatur, si omnia rectè praecesserint.
13 *Appellatio iustè interposita à comminatione tortura ligat manus, etiam absque inhibitione.*
14 *Appellatur ab excommunicatione lata per interlocutoriam,& quare.*
Appellatur à comminatione excommunicationis.
15 *Appellatio à grauamine irreparabili, ligat statim manus suffraganei.*
Appellatione interposita à grauamine irreparabili potest iudici pracedere volenti impunè resisti.
Appellationi à grauamine, si deferat suffraganeus potest statim Metropolitanus inhibere,aliàs quid sit agendum.
16 *Appellatione ab excommunicatione, seù interdicto interposita,nō suspenditur executio,& quare.*
17 *Appellatione interposita à sententia excommunicationis,potest denūciari excommunicatus appellans.*
Appellatione à sententia excommunicationis pendēte,potest aggrauari,& si excommunicatus sit beneficiatus, priuari potest fructibus beneficij.
18 *Appellatione pendente à sententia excommunicationis, non potest procedi ad denunciationem contra ignorantem.*
19 *Appellatio à sententia declaratoria excommunicationis, admittitur quoad effectum suspensiuum, & deuolutiuum.*

20 Ap-

Digitized by Google

20 *Appellatio à præcepto sub pœna excõmunicationis, quoad suspensiuum, & deuolutiuum admittitur.*

21 *Appellatio à sententia excommunicationis lata sub conditione, admittitur quoad vtrũque effectum ante purificationem conditionis.*

22 *Appellatio suspendit effectum sententiæ interdicti respicientis temporalia, beneficium, pontificalia, & vsum pallij.*

ARGVMENTVM.

Appellatio à grauamine irreparabili per appellationem à diffinitiua, quos effectus pariat, & in quibus exemplificetur tale grauamen, & de concernentibus ad exemplificata.

CAP. CX.

1 Diximus, dari appellationem à sententia diffinitiua, & ab habente vim diffinitiuæ: hic notandum est, dari etiam à decreto, seu sententia, cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequeat, ex *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 20. de qua materia vide *Menoch. de arbitr. cap.* 409. *num.* 3. *Dec. resp.* 61. *nu.* 21. *vol.* 5. *Petr. Greg. de appellat. lib.* 2. *cap.* 4. *Surd. decis.* 36. *num.* 13. *Gratian. decis.* 202. *num.* 5. *Amat. Roder. de mod. & form. videndi, seu examin. process. cap. vltim. par.* 1. *num.* 4. *vers. verũtamen. Lud. Mirãda de ordin. iudic. q.* 30. *art.* 8. *concl.* 4. *Ceuall. de cognit. per viã viol. gl.* 6. *num.* 10. *par.* 2 *q.* 49. *num.* 1. *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *lim.* 47. *membr.* 1. *num.* 84. *& seqq. Nouar. singul. concl. titul. de appell. concl.* 1. aliàs 31. *meipsum in prax.* 1. *par. annot.* 8. §. 1. *nu.* 5. *& seqq. Card. Tusc.* 1. *tom. conclus.* 359. *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num.* 20. *Zerol. in prax.* verbo *appellatio num.* 6.

2 Quale sit grauamen, quod per appellationem à diffinitiua reparari non possit, non explicatur certa regula à DD. sed per exempla demõstratur, grauamen irreparabile in his terminis dici omnem actum irreparabilem, secundum *Zerol. in prax.* verbo *appellatio vers. ad sextum in principio.* Requiritur tamẽ ad hoc grauamen, quod illud sit indebitè, & euidenter illatum; & dicitur indebitè illatum, idest iniustè, & contra iustitiam; & dicitur euidenter, idest quãdo de eo manifestè ex actis apparet, & non in dubio, vt post *Campanil. diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 312. *et seqq.* testor *ego in prax.* 1. *par. annot.* 8. §. 1. *num.* 5.

3 Ampliant communiter DD. propositam regulam, dari appellationẽ, non solùm à grauamine, quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest, sed etiam ab eo, quod reparari potest, sed cum magna difficultate, aut partis præiudicio, ita post *Bart. Menoch. Marant.* & alios, docet *Scacc de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *lim.* 47. *membr.* 1. *num.* 86. & ante ipsum post eundem *Bart. Fel. Greg. Lop. Duen.* & alios, voluit *Gonzal. ad regul cancell.* 8. *gl.* 9. §. 1. *in annot. num.* 177. sequor *ego in prax. cit loc. nu.* 19. post *Lancell.* & alios allegatos.

4 Ampliant etiam, dari appellationem à grauamine, quod per appellationem à diffinitiua potest reparari in parte, non in totum, *Fel. in cap. cum super nu.* 17. *de re iud. Surd. decis.* 36. *num.* 13. *et seq. Gonzal. cit. loc. num.* 178. *Grat. discept. for. cap.* 74. *num.* 12. *& seq. Bernard. Graua ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *conclus.* 129. *num.* 5. *&* 6. *Hieron. Roder. in compend. qq. regul. resol.* 10. *num.* 36. *ego ipse vbi supra num.* 19. *in fin.*

5 Hoc grauamen, quod per appellationem à diffinitiua reparari non possit, à quo datur appellatio, iuxta terminos *Concil. Trid.* exemplificant moderni in tribus casibus, scilicèt in casu carcerationis, torturæ, & excommunicationis, sic declarasse Sa-

eram Congregationem, referunt *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub num.* 20. *vers. cum à grauamine*, *Genuens. in praxi cap.*88.*num.*42.*in annot.Campanil.diuers.iur.Canon.rub.* 11.*cap.* 13. *num.* 315. *egoipse in praxi annot.* 8. §. 1. *num.*6.

6 A carceratione enim, tanquam ab actu irreparabili, per appellationem à diffinitiua potest appellari, vt dictum est: Quod ampliant, vt possit appellari à decreto, quo iudex declarat, quem esse iustè carceratum; dummodo appellet infra decem dies, ita post alios *Scacc.de appellat.q.* 12.*num.*146.

7 Ampliant etiam, posse appellari à decreto iudicis interloquentis, aliquem de fuga suspectum esse carcerandum, secundum *Ang.Aret.in l.*2. *num.*5. *vers. nota secundum ff. de appellat.recip.& Ruginell.tract.de appellat.*§.2.*cap.*3.*num.*174. Quod tamen restringitur in carceratione vigore rei iudicatæ, seù instrumenti habentis executionem paratam; à carceratione enim in hoc casu non potest appellari, quia est executio rei iudicatæ, seù pars rei iudicatæ, à qua nō appellatur, *Scacc. de appellat. q.* 47. *memb.*1.*num.*160.

8 Controuersum est in his terminis, an carceratus appellans, interim debeat remanere carceratus apud iudicem à quo, vel potius debeat remitti ad iudicem ad quem, sed quicquid sit de alijs, in casu nostro inter suffraganeum, & Metropolitanū, sic sancitum est, videlicèt: *Sanctissimus Dominus noster audita relatione Congregationis Concilij, declarauit, ita esse intelligendū, & ideo ab huiusmodi grauamine appellari posse, & Ordinarium teneri huic appellationi deferre, & teneri processum transferre ad iudicem appellationis: Interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causa cognita aliud iusserit carcerati, sine processu appellatio à Metropolitano cognosci potest, dummodo non impediat executionem correctionis, eadem Sacra Congregatio censuit*, referunt *Quarant.& Genuens.cit.loc. Nouar.singul.conclus.titul.de appell.concl.* 1.aliàs 31.*num.* 20.*egoipse cit.loc. nu.* 8.*Scacc.de appell.cap.*2.*q.*20.*num.* 26. qui optimè id declarat, si est appellatum à carceratione, vel decreto interlocutorio de carcerando, carceratus debet remanere in carceribus iudicis à quo, donec discutiatur articulus appellationis, quo discusso, si Metropolitanus dicit, malè appellatum, suffraganeus prosequitur suum processum, si verò dixerit, malè iudicatum, & benè appellatum, tūc potest idem Metropolitanus petere remissionem carcerati: Si verò appellatum est à diffinitiua carceris potest carceratus petere se remitti ad iudicem, ad quem, ex quo tota iurisdictio ad eum deuoluta est, & carceratio dicitur de processu, *Guid. Pap.de appell.q.*30.*num.*29.*tom.*5.

9 Obseruandum est hic, quod appellans à sententia carceris, si delictum pro quo fuit condemnatus non venit puniendum pœna corporali, potest relaxari præstita cautione pendente appellatione *l. eos* §. *super C.de appellat.Lancell.de attent.par.*2, *cap.*12.*lim.*33.*num.* 1.

10 A tortura, siuè decreto de torquendo, quia continet grauamen irreparabile, dari appellationem dictum est supra, quod ampliatur etiā in casu comminatæ torturæ, quia à comminata tortura potest appellari, vt post multos per ipsum relatos, tenet *Farin.de indit.ad tort.q.*38. *nu.* 15.1.*par.prax.crimin Scacc.de appell. cap.*2.*q.*17.*lim.*47.*memb.*1.*num.* 145. vbi *nu.seq.*id etiam dicit, si esset appellatum à decreto torturæ pro habenda præcisa veritate.

11 Ampliatur quoque, vt si iudex post appellationem prædictam, ad torturam processerit, & à reo confessionem extorserit, talis confessio est nulla, & inefficax ad condemnandum, *Lancell.de attent. cit. loc. lim.* 1. *num.*

num. 99. cum alijs adductis per *Farin.cit.q.*38.*num.*17.

12 Limitant communiter suprapositam doctrinam DD. in appellatione friuola,seù calumniosa,vt aduertunt *Farinac. & Scacc. supracit.* Hinc dixi in *praxi annot.* 8.§.1. *num.* 10. cum *Campanil.* appellationem à decreto de torquendo, vel comminata tortura procedere, quando tortura est euidenter indebita;sed quando omnia ritè,& rectè processerũt, vt quia datæ fuerunt defensiones, & repulsa concessa cum esset petita, & processus publicatus, & auditus reus in omnibus suis iuribus,cum eius procuratore,& aduocato,& inditia non sunt euacuata, tunc quia appellatio videtur calumniosa, non debet admitti,ita *Zerol. in prax.* verbo *appellatio verſ.ad nonum egoipſe cit.nu.* 10. *Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. decis.* 92.*par.*2.

13 Quando verò hæc appellatio est iustè interposita,ita ligat manus iudicis,vt etiam ante inhibitionem nõ possit procedere ad torturam, sed tenetur supersedere, & nihil innouare,*Lancell.cit cap.*12.*lim.*1.*nu.* 99. *Franc. Marc.decis.*40.*nu.*12.*Ricc. loc. cit.Scaccia de appell.cap.* 2. *q.*17.*lim.* 47.*memb.*1.*num.*144.*& nu.*149. ampliat, id etiam procedere pendente termino ad appellandum,*egoipſe in prax.cit.*§.1.*sub num.* 11.

14 Ab excommunicatione lata per interlocutoriam datur appellatio, vt dictum est, quia grauamen excõmunicationis nõ potest reparari per appellationem à diffinitiua, *Franch. in cap. ſuper eo de appellat. Quarant. ſumm.Bull.*verbo *Archiepiſcopi auctoritas num.* 19. *verſ. cenſura eccleſiaſtica*,*Nouar ſingul. concl. titul. de appell. concl.* 1.aliàs 31.*num.*13. *egoipſe in praxi cit.*§.1.*num.*12.& hoc extendimus non solùm ad excommunicationem latam, sed etiam comminatam, à comminatione enim excommunicationis datur appellatio, vt probat post alios *Quar.cit.loc.*eadem ratione, quia continet irreparabile grauamen.

15 Hic obseruandum est, quod appellatio à grauamine irreparabili statim ligat manus suffraganei, qui minimè interim procedere potest,& si de facto procederet,diceretur attentare *l.*2.*ff. de appellat.recip. Lancell.de attent.*2.*par.cap.*12.*lim.*1.*num.* 100.*& ſeqq.Rot.decis.*58.*de appell. in nou.Gonz. ad regul.*8.*Cancell. gl.* 9.§. 1.*in annot.num.*176.imò posse iudici procedere volenti impunè resisti post *Lancell.cit.loc.*tenet *Scacc.de appellation cap.*2.*q.*17.*lim.*47.*membr.*1. *num.*87. quod dicit verum, quando agitur de exequutore pœnæ corporis afflictiuæ: hinc si appelletur à cõminatione talis grauaminis, præsertim à comminatione excommunicationis,& suffraganeus defert appellationi, potest Metropolitanus statim inhibere; si verò non defert suffraganeus appellationi,potest tũc Metropolitanus mandare pro trãsmissione copiæ actorum,& quod interim nihil innouetur, & recognitis actis,si reperiat grauamen comminatum,potest mandare suffraganeo, quod in causa procedat ad vlteriora citra tamẽ excommunicationem, torturam, &c. si verò non constat de grauamine,tenetur causam simpliciter ad suffraganeum remittere,ita est de iure,& testatur *Quarant. sũm. Bull.* verbo *Archiepiſcopi auctoritas ſub num.*20.*verſ. cenſura autem circa medium*,ac seruat praxis.

16 Sed in hac materia appellationis ab excommunicatione, seù interdicto;aduertendum est,quod cùm sententia excommunicationis, seù interdicti secum trahat executionem, ideo per appellationem non suspenditur,per *tex.in cap. Paſtoralis* §.*verũ de appellationibus cap. per tuos de ſent. excomm.cap.is cui eod. titul. in* 6. Ex quibus iuribus communis turba scribentium constituit regulam, à sententia censuræ non dari appellationem ad effectum suspensiuum,

quod peculiare est in sententia censurarũ, ea ratione, quia cùm medicinalis sit, & ad correctionem inuenta, non debet prætextu friuolæ appellationis impediri correctio, *Abb. in cap. sæpe nu.* 15. *de appell.* vbi etiam *Franch. num.* 33.

17 Ex dictis colligi potest primò, ꝙ nõ obstante appellatione interposita à sentẽtia excõmunicationis, potest appellans contra quem lata est sententia denunciari excommunicatus; *cit. cap. pastoralis* §. *verum quia Frãch. in cap. peruenit nu.* 6. *& cap. vt nostrum num.* 4. *de appell. Lancell de attent. par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 21. *num.* 1. *& nu.* 5. *&* 6. Et non solùm potest excommunicatus denunciari pendẽte appellatione, sed etiam potest aggrauari sine periculo attentati, *Lancell. cit. loc. nu.* 13. *Rot. decis.* 59. aliàs 424. *de appell. in nou.* Et si excommunicatus Clericus est beneficiatus, potest etiam pendẽte excommunicatione priuari fructibus beneficij, & distributionibus quotidianis, *Lancell. cit. loc. num.* 1. *& lim.* 22. *num.* 1. *et seqq.* excommunicatus enim, etiam pendente appellatione non facit fructus suos, *Abb. in cit. cap. pastoralis* §. *verum num.* 6. qui *nu.* 17. idem dicit etiamsi in sententia excommunicationis nihil dictum sit de fructibus, & *num.* 16. vlterius addit, etiamsi excommunicatus non habeat aliud vndè viuere possit; tantùm enim in hoc casu est prouidendus ne fame pereat.

18 Non habet primò locũ proposita sẽtentia, nẽpè pendente appellatione à sententia excommunicationis, excommunicatum posse denunciari, quando quis fuisset ignoranter excõmunicatus, tunc sciens deinde appellet, impedit denunciationem, *Franc. in cit.* §. *verum quia nu.* 2. *Lancell. cit. lim.* 21. *num.* 19.

19 Secundò nec habet locum in appellatione à sententia declaratoria excommunicationis; cùm enim sententia declarat, quem incidisse in excommunicationem, admittit appellationem, quoad vtrumque effectum suspensiuum, & deuolutiuum, ita post *Franch. Zerol. Nauar. Ricc.* & alios refero *egoipse in praxi* 1. *par. annot.* 8. §. 1. *n.* 12. *in fin.* & est cõmune, & probat *Scacc. de appell. cap.* 3. *q.* 17. *lim.* 22. *num.* 36. *& seqq.* vbi etiam habetur ratio differentiæ, quare non admittitur appellatio quoad effectũ suspensiuum à sententia excommunicationis, & recipitur à declaratoria excommunicationis, & extenditur doctrina non solùm ad declaratoriam super excommunicatione lata à iure, sed etiam super lata ab homine, vt post *Franch. cit. cap. pastoralis* §. *verum num.* 207. *de appell.* docet *Scacc. vbi supra num.* 42.

20 Tertiò nec habet locũ in appellatione à præcepto facto sub pœna excommunicationis, quia ab eo potest appellari, & appellatio admittitur quoad vtrumque effectum, *Cap. dilecti de appellat.* vbi *Abb. num.* 2. *Farin. qq. crimin. q.* 101. *num.* 70. *Franc. in cap. cum cessante num.* 6. *de appellat. Scacc. cit. lim.* 22. *num.* 47. & probatur ratione de qua supra, quia à grauamine irreparabili non solùm illato, sed etiam comminato datur appellatio.

21 Quartò nec habet locum in appellatione à sententia censuræ latæ sub conditione; ab illa enim si appellatur ante purificatam conditionem, appellatio producit vtrumque effectum, *Franch. in cap. præterea nu.* 4. *de appell.* ratio potest esse, quia ista appellatio dicitur interposita ante excõmunicationem; nã generale est, & indubitatum, excommunicationem latam post legitimè interpositam appellationem nullum sortiri effectum, vndè taliter excommunicatus Clericus potest liberè celebrare absque periculo incursus irregularitatis, *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 26. *num.* 5. *Scacc. cit. loc. num.* 54.

22 Quintò nec habet locum in appellatione interposita à sententia inter-

interdicti respicientis temporalia, item beneficium, pontificalia, & vsū pallij; hæc enim appellatio suspendit effectū sententiæ interdicti quoad dicta *Scacc. vbi supra num.* 60.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur à decreto, esse faciendum compromissum, vel non posse appellari, & quare.*
2 *Appellatur à decreto condemnationis ad triremes.*
3 *Appellatur à decreto legitimationis personæ, & quare.*
4 *Appellatur à decreto reiectionis, vel admissionis probationum.*
5 *Appellatur à decreto concedente dilationem excedentem tempus instātiæ.*
6 *Appellatur à decreto, esse respondendū libello, vel procedendum oppositis nō obstantibus, siuè è contra.*
7 *Appellatur à decreto, procedendum ad vlteriora.*
8 *Appellatur à denegatione copia, & quando.*
9 *Appellatur ab admissione tertij ad impediendam executionem, & quando.*
10 *Appellatur à non admissione exceptionis litis pendentiæ, vel præuentionis.*
11 *Appellatur à reiectione appellationis, & quando.*
12 *Appellatur à quolibet decreto post sententiam diffinitiuam.*
13 *Appellatur à qualibet interlocutoria irrogante damnum irreparabile per appellationem à diffinitiua.*
14 *Appellatur in causa possessorij, si damnum est irreparabile per appellationem à diffinitiua quoad vtrumque effectum.*
15 *Appellatur à quolibet grauamine continente factum.*
16 *Appellans à decreto continente damnum irreparabile potest resistere executioni decreti.*
17 *Appellatio à grauamine irreparabili non exigit necessariò decretum irrogans tale grauamen.*
18 *Appellatio à grauamine irreparabili debet interponi intra decem dies, & quando etiam post eos.*
19 *Appellare non licet à grauamine illato per mensem antea.*
20 *Appellatur à decreto, carcerationem esse iustam.*
21 *Appellatur, si verba dispositionis concedentis appellationem fundentur in tractu successiuo, non momentaneo.*
22 *Appellare debet intra decem dies reus, qui fecerit actum denotantem sententiam esse iustam.*
23 *Appellanti à grauamine futuro fatalia currunt à die illati grauaminis.*
24 *Appellans à grauamine irreparabili debet illud exprimere.*

ARGVMENTVM.

De multis decretis, & grauaminibus, à quibus appellatur.

CAP. CXI.

1 INsequendo eandem materiam grauaminis irreparabilis. Dico primò eadem ratione, dari appellationem à decreto interlocutorio, esse faciendum compromissum, vel nō posse appellari, quia continet præiudicium irreparabile, cùm quis litigare cogatur coram eo, qui fortè nō erit iudex, & hoc non reparatur in diffinitiua, *Cuman. consil.* 17. *Ann. al leg.* 82. *nu.* 9. quos refert, & sequitur *Nouar. singul. concl. titul. de appellat. concl.* 1. aliàs 31. *nu.* 16. *ego ipse in praxi annot.* 8. §. 1. *num.* 13. post *Ricc. collect.* 643. 3. *par. vers.* 3.

2 Dico secundò, decretum condemnationis ad triremes continere grauamen irreparabile, & proinde ab eo dari appellationem post *Franch. decis.* 139. & *Ricc. loc. cit.* dixi *ego ipse vbi supra num.* 14.

3 Dico tertiò ab omni decreto legitimationis personæ, quia secum trahit executionem, & præiudicium quod infert non potest per appellationem à diffinitiua reparari, potest appel-

appellari, etiamsi sit interlocutoriũ, *Bal.in l.ante sententiam num.* 13. *de appell.recip.Honded.consil.*27. *nu.* 20. *& 21.lib.*1.*Grat.discep.forens.cap.*77. *num.*3.

4 Dico quartò, dari appellationem à decreto reiectionis, vel admissionis probationum, quia continet grauamen irreparabile *l.prolatam C.de sentent.& interl.omn.iud.Bal.in l.post sententiam num.* 4.*C.de sent.et interl. omn.iud. Aufr. ad Capell.Tholos.decis. vltima vers.ideo si iudex num.*8.*Grat. discept.for.cap.*77.*num.*11.*&* 12.*egoipse loc.cit.num.*20.

5 Dico quintò, dari appellationem à decreto, quo suffraganeus cõcedit reo tantam dilationem, quæ excedit tẽpus instantiæ, quia cõtinet grauamen irreparabile, *Guid.Papa tract.de appellat.q.*74.*num.*50. *Scacc.de appellat.q.*17.*lim.*47.*membr.*1.*num.*100.

6 Dico sextò, dari appellationem à decreto, quo iudex pronunciat, esse respondendum libello, vel esse procedendum super eo non obstãtibus oppositis ex aduerso; aut non esse respondendum, seù procedendum illis obstantibus, probat post alios *Scacc.de a pellat.cap.*2.*q.*17.*limit.* 47. *memb.*1.*num.*91.

7 Dico septimò, posse appellari à decreto, quo iudex iniustè pronunciat, esse procedendum ad vlteriora; cùm enim cogitur quis litigare, cùm nõ debet, irrogatur eidem molestia, quæ non potest per appellationem à diffinitiua reparari, quia continet factum, & non potest haberi pro infecto, *Lancell. de attent.par.* 2.*cap.*12.*lim.*1.*num.*96.*Bart.in l.eius, qui num.*1. *& in l. ante sententiam nu.* 17.*ff.de appell.Scacc.vbi supra nu.* 94.

8 Dico octauò, dari appellationem à denegatione copiæ, quando de iure est concedenda, quia tunc iudex denegans dicitur grauare irreparabiliter *Cap.perpetuus de fid.instrum.l.* 2.*C.vt lit pend.Neuiz.consil.* 97.*num.* 6.*& seq.Marant.in specul.par.* 6. *act.* 10.*num.*53.*Scacc.cit.loc.num.*102.

9 Dico nonò, dari appellationem ab admissione tertij ad impediendã executionem, antequam ipse tertius docuerit de suo interesse, quia iste articulus, an tertius debeat admitti est præiudicialis, *Angel.Aret.in l.à sẽtentia num.*1.*ff.de appellat. Contor. in l.vnica nu.*36.*C.si de moment.poss.* cum alijs adductis per *Scacc.lib.*3.*cap.*2.*q.* 17.*lim.*6 *memb.*4.*num.*107.

10 Dico decimò, dari appellationem à non admissione exceptionis litis pendentiæ, vel præuentionis oppositæ, si non obstante dicta oppositione iudex in causa procedat, quia tũc dicitur grauare irreparabiliter, est doctrina *Innoc.in cap. cum* M. *Ferrariensis de constitut.* & sequitur *Afflict. decis.*354.*num.*1.*Vant.de nullit.rub.de nullit.ex defectu iurisdict.num.*163.

11 Dico vndecimò, appellari posse à reiectione appellationis in casu, quo non debet recipi, & ab admissione in casu, quo non debet admitti, quia in tali casu dicitur irrogare grauamen irreparabile, docent *Bart.in l.* 1.*num.*3.*quor.appell.non recip.Asin.in prax.S.*31.*cap.*18.*lim.* 4. quos refert, & sequitur *Scacc.cit.lim.*47.*memb.* 1. *num.*106.*& seq.Capyc.decis.* 34. *nu.*5. *& seqq. Franc. in cap. cum speciali S. porrò num.*8.*in fin.de appell.*

12 Dico duodecimò, posse appellari à quolibet decreto lato post sententiam diffinitiuam, quia grauamen quod irrogat non est reparabile per appellationem à diffinitiua, quæ iam lata est, docet post *Rebuff.Scacc.de appellat.lib.*3.*cap.*2.*q.*17.*lim.* 47. *memb.* 1.*num.*167.

13 Dico decimotertiò, non solùm posse liberè appellari ab interlocutoria irrogante damnum irreparabile per appellationem à sententia diffinitiua, sed etiam dicendum est, quod si lex, vel statutum contrarium disponeret, esset iniquum, quia præstaret iudicibus occasionem perperam interloquendi, *Feder de Sen.consil.*66.*Franc.Becc.consil.*31.*num.*2.

14 Dico decimoquartò, quod licèt à de-

decreto in causa possessorij non detur appellatio, saltem quoad effectũ suspensiuum, *Menoch. de adipisc. poss. remed.* 4. *nu.* 828. nihilominus, si hoc decretum irrogaret damnum irreparabile per appellationem à diffinitiua, daretur appellatio quoad vtrumque effectum, vt post *Menoch. cit. loc.* refero *egoipse in prax. annot.* 8. §. 1. *num.* 17. vbi *num.* 28. idem assero dicendum de appellatione à decreto de exequendo, quando continet grauamen irreparabile.

15 Dico decimoquintò, posse appellari ab omni grauamine, quod continet factum, quia cùm factum pro infecto haberi non possit, dicitur irrogare grauamen irreparabile, DD. in *l. quod iussit ff. de re iud. Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 2. *lim.* 1. *nu.* 103. *egoipse cit. loc. num.* 18.

16 Dico decimosextò, appellantem à decreto continente grauamen irreparabile posse impunè resistere executioni decreti, à quo est appellatum, *Angel. l. addictos C. de appellat. Fel. in cap. quærẽti col. penul.* post *princip. de off. deleg. Lancel. de attent.* 2. *par, cap.* 12. *lim.* 2. *nu.* 107. & alij relati per *me in cit.* §. 1. *num.* 22.

17 Dico decimoseptimò secundum veriorem opinionem, in appellatione à grauamine irreparabili, iuxta terminos *Concil. Trid.* nõ requiri necessariò decretum irrogans tale grauamen, sed sufficit actus ipse, ex quo procedit tale grauamẽ ad effectum, vt grauatus possit iustè appellare, *Campanil. in diuers. iur. Canon. rub.* 9. *cap.* 13. *num.* 316. & in praxi seruari, testatur *Nouar singul. concl. titul. de appellat. concl.* 1. aliàs 31. *num.* 23.

18 Ex hoc dicto, obseruandum est, quod appellatio ab ipso grauamine irreparabili debet interponi infra decem dies à die illati grauaminis, vt obseruat *Lancell. cit. loc. lim.* 50. *nu.* 78. quod procedit in momentaneo grauamine; in successiuo verò, vt in carceratione, & similibus, potest appellari, etiam elapsis decem diebus, & quousque durat grauamen, *Lancell. cit. loc. num.* 148. *Rot. decis.* 4. aliàs 54. *de rest. spoliat. in antiq.* cum alijs per *me* adductis *cit. loc. num.* 23. *& seqq.* vbi post *Lancell.* declaro.

19 Primò, sententiam non procedere, quando quis appellaret specificè à grauamine illato, puta per mensem antea; quia tunc respectu præteriti non diceretur appellare infra decem dies.

20 Secundò, si iudex vltra ipsum grauamen, puta carcerationis, declararet ipsam carcerationem iustam; tunc enim tenetur grauatus infra decem dies à tali declaratione appellare.

21 Tertiò, si verba dispositionis concedentis appellationem sint fundata in causa tractus successiui, & reiterabilis, secus si in causa momentanea.

22 Quartò, nisi condemnatus fecerit actum antea, denotantem, sentẽtiam inferentem grauamen successiuum videri iustam; tũc enim tenetur grauatus appellare infra decem dies, ita post *Fel. & Lancell. egoipse cit. loc. num.* 24. *& seqq.* alia ad hanc materiã vide apud *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 12. *num.* 144.

23 Hic nota primò, quod fatalia in appellatione à grauamine futuro, nõ incipiunt, nisi à die illati grauaminis, *Scacc. cit. loc. q.* 15. *num.* 174.

24 Nota secundò, quod appellans à grauamine irreparabili, debet illud exprimere in appellatione, ad hoc, vt iudex possit esse certus, an debeat deferre appellationi, & supersedere in executione, *gl. in cap. Romana de appell. in* 6. *Fel. in cap. quod ad cõsultationem num.* 2. *circa medium vers. reperitur autem de re iud. Rot. decis.* 659. *num.* 4. *& in vna Firmana coram D. Robusterio* 11. *Ianuarij* 1575. *& in nouis de appellat. decis.* 2. vbi appellans ab vno certo grauamine, & ab omnibus alijs grauaminibus, de quibus in actis nõ potest prosequi appellationem, nisi super grauamine expresso,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatur à denegatione sententiæ.*
Appellari quomodo debeat à denegata iustitia.
2 *Appellatio à denegata iustitia à suffraganeo, requirit necessariò trinam instantiam.*
Appellatio à denegata iustitia, requirit necessariò instantias separatas, nec sufficit unica pro trina.
3 *Appellatio à denegata iustitia, confert Metropolitano iurisdictionem in personam suffraganei.*
Appellatio à denegata iustitia, confert Metropolitano iurisdictionem in personas collitigantium.
Appellatio si interponatur in possessorio, potest per iudicem procedi, etiam in petitorio.
Appellatio à denegata iustitia, interponi debet absque arrogantia.
4 *Appellatio, si interponatur à denegata dispensatione, ordine, vel similibus, quid agat Metropolitanus?*
Metropolitanus potest in casu appellationis mandare suffraganeo, quod dispenset, ordinet, &c. vel facere per se, & quando.
5 *Metropolitanus quando possit mandare, & cogere suffraganeum ad desistendum à negligentia.*
6 *Appellatio à decreto, quod non sit procedendum, trina cum instantia devoluit iurisdictionem.*
7 *Suffraganeus ter requisitus, si non faciat, dicitur denegare iustitiam.*
8 *Suffraganeus non ter requisitus, dicitur retardare non denegare iustitiam.*
Suffraganeo retardante iustitiam, potest adiri Metropolitanus.
9 *Litium finiendarum tempus, est biennium.*
Lis, si non finiatur intra biennium, iudex conuincitur de negligentia per trinam requisitionem.
Lis, si non finiatur intra biennium, acta tamen sunt valida.
Lis, si nō finiatur intra biennium, causa prosequibilis est coram eodem iudice.
Lis, si non finiatur intra tempus biennij, non sufficit ad constituendū suffraganeum in negligentia absque trina monitione.
Lis, si non finiatur intra biennium, nō tamen ex negligentia Prælati, non exindè conuincitur de negligentia.
10 *Litis finiendæ tempus biennij, currit à die mota litis.*

ARGVMENTVM.

Quomodo appelletur à denegata, vel retardata iustitia.

CAP. CXII.

1 Diximus, à quibus sententijs, seù decretis datur appellatio: hìc dicemus, dari etiam appellationem signanter in nostris terminis à suffraganeo ad Metropolitanum, à non sententia, seù à non decreto; quando enim suffraganeus coram quo iustè instatur in causa procedi, decretum, vel sententiam interponere minimè curat, dicitur grauamen inferre, & proindè iustè appellari potest ad Metropolitanum, postquam ipse suffraganeus fuerit ter cōgruis loco, & tempore requisitus; & dicitur hæc in praxi appellatio à denegata iustitia, *Abb. in cap. ex parte il 2. num. 3. & alij de appellat. Fel. in cap. pastoralis num. 6. de off. iud. ord. & cap. ex tenore col. antepen. in fin. de rescript. Host. & Ioan. And. in cap. dilecto de appell.* vbi etiam *Imol. not.* 4. & alij, qui mouentur per *tex. in cap. 1. de suppl. negl. Prælat. Neuiz. consil.* 97. *num.* 15. *& seqq. Scacc. de appellat. cap. 2. q.* 17. *ampl.* 16. *num.* 46. *& seqq. Genuens. in prax. cap.* mihi 88. *num.* 3. *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas nu.* 21. *Grat. discept. for. cap.* 169. *num.* 1. *& seqq. egoipse in praxi annot.* 49. §. *vnico n.* 5. *&* 6. De hac materia extat *Ritus Curiæ Archiep. Neapolitan.* 10. vbi *Alber. Oliu. & Ricc.* statuitur in *auth. statuimus C. de Episc. & Cler.*

Cler. & licèt nonnulli, quos citat *Neuiz. loc. allegat.* videantur sentire, à tarditate iudicij non posse appellari, tamen horum sententia procedit, quando iudex à quo non fuerit ter humiliter requisitus congruo loco, & tempore, vt post *Fel. & Neuiz.* tenet *Scacc. vbi supra num.* 48.

2 Ad hoc, vt possit à suffraganeo ad Metropolitanum appellari à denegata iustitia, necessariò requiritur, quod suffraganeus sit ter requisitus pro illa ministranda congruis loco, & tempore, nec sufficit vnica pro trina requisitione, seu in vna comparitione, & petione requiri semel, bis, ter, &c. sicut petuntur apostoli; sed necessariò requiruntur separatę petitiones, & instantiæ separatæ loco, & tempore: Quod probatur ratione; hæc enim appellatio ob denegatam iustitiam, est permissa ob negligentiam suffraganei, sed negligētia Prælatorum conuincitur trina humili requisitione, *Cap. 1. de suppl. negl. Prælat.* ergo: tenent *gl. in clementdudum vers. si verò* in verbo *recusarint de sepult. Marc. Anto. Bauer. tract. de mora par. 1. sub num. 6. vers. contrarium tenuit, Dec. in cap. ex parte il 2. n. 11. de appellat. Neuiz. cit. consil.* 97. *nu.* 17 probat multis argumentis *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. lim. 1. num.* 53. *& seqq.* Hoc tamen fallit, quando suffraganeus in prima requisitione expressè recusauerit iustitiam ministrare, tunc potest appellari absq; trina requisitione, *Alex. consil.* 81. *nu.* 3. *lib.* 4. *Scaccia de appellat. cit. loc. num.* 59.

3 Ampliatur proposita sententia, vt hæc appellatio interposita à denegata iustitia, vt supra, conferat iurisdictionem Metropolitano, nō solùm in personam ipsius suffraganei, cui potest liberè mandare, quod iustitiā ministret, vt tenetur; sed etiam confert iurisdictionem in subditos suffraganei, nam inter ipsos potest Metropolitanus ministrare iustitiam per se in causa, in qua reperitur iniustè denegata iustitia, vel commissa negligentia; hic enim est proprius effectus appellationis, deuoluere iurisdictionem in litigantes ad iudicem ad quem, *Felin. in cap. pastoralis num. 6. de off. iud. ordin.* qui testatur de communi contra *Abbat. in cap. si quis contra Clericum num. 7. de for. compet. Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num.* 21. *egoipse in prax. annot.* 49. §. *vnico sub num.* 5. quod ampliat *Neuiz. cit. consil.* 97. posse iudicem ad quem, si appellatum est à denegata iustitia procedere, etiam in causa principali petitorij, si appellatum est in causa possessorij; hæc enim deuolutio iurisdictionis pendet à sola appellatione, quæ interponenda est formiter post trinam interpellationem factam cū humilitate, & debita reuerentia sine aliquo rumore, vel spiritu arrogantiæ, *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst.* 22. *num.* 83.

4 Ampliatur etiam sententia prædicta, illamque procedere dicendum est, non solùm in actibus iudicialibus, & litium progressibus; sed etiam in actibus extraiudicialibus; puta si petantur à suffraganeo dispensatio, ordo, licentia, & similia, in casu, quo concedi debet, vel in contrarium nullum adest impedimentum, vel ratio cur concedi non debeat, tunc si subditus id ter congruis loco, & tempore humiliter à suffraganeo petierit, & deinde ab eo negante ad Metropolitanum appellauerit, potest Metropolitanus non solùm mādare ordinario suffraganeo, vt dispenset, ordinet, licētiam det, vel similia faciat; sed etiam id potest facere Metropolitanus dè per se, & cū subdito suffraganei appellante iustè, & ab indebita negatione dispensandi, ordines conferendi, licentiam dādi, & similia faciendi; in hoc enim casu recipit Metropolitanus iurisdictionem in subditum suffraganei ab ipsa appellatione, cuius est suspendere, & deuoluere *Barbos. de iure*

Digitized by Google

iure Eccles.lib.1.cap.7.num.61.egoipse cit.annot.49.§.vnico num.6.in fin.Lotter.vbi supra num. 83. Dummodo sit pronunciatum super negligentia Episcopi, & sententia transijsset in iudicatum, *Barbos.cit.loc.*

5 Limitatur suprapofita sententia, quando ob negligentiam suffraganei fit recursus ad Metropolitanum per viam querelæ; tunc enim ipse Metropolitanus habet iurisdictionẽ tãtùm in ipsum suffraganeum,& potest eidem mandare,eumque cogere ad desistendum à negligentia, & ad faciendum id, quod facere tenetur, minimè verò potest cognoscere inter subditos suffraganei, & per se ipsum facere, quod negligit suffraganeus,ex quo recursus est tantùm per viam querelæ sine appellatione, docet latè *Lotter.cit.lib.1.q. 22.num. 70.& seqq.egoipse vbi supra num.6.* faciunt dicta per *Quarant.cit. num.* 21. vbi *Prosper de August. & Genuens. in prax.cap.88.num.3.DD. in cap.pastoralis de off.iud.ordin.*

6 Ex suprapofita generali doctrina; Collige primò,quod si reus conuentus opponit exceptionem, non esse procedendum ad vlteriora in causa, & suffraganeus minimè procedit, verùm non decernit, nec decretat expresè,non esse procedendum in causa,tunc si reus ter instat,cum effectu decerni, & sententiari,non esse procedendum,& deinde appellat; dicitur iusta appellatio interposita à denegata iustitia, & deuoluit iurisdictionem ad Metropolitanum, tenet *Cornen.consil.*80.*num.*3.quem refert,& sequitur *Scacc.de appellat. cap.* 2.*q.*17.*lim.*1.*num.*49.

7 Collige secundò, quod suffraganeus si ter requisitus non facit iustitiã,dicitur eã denegare à qua denegatione communiter admittitur appellatio, *Neuiz.consil.97.num.15.& seq.Scacc.vbi supra num.*58.

8 Collige tertiò,quod suffraganeus, qui non fuit ter requisitus, vt supra, non dicitur negare iustitiam, sed solùm illam retardare, & à tarditate sola non potest appellari, *Bal. in l. fin.§.illud num.4.vers. nota litteram C.de tempor.appell.Fel. in cap.pastoralis num. 6. de off.iud.ordin. Franch.in cap.ex ratione num.60.de appellat.* Potest tamen à tarditate prædicta,etiã ante trinam requisitionem adiri Metropolitanus per viam querelæ, vt dictum est supra,& tunc potest Metropolitanus, remittendo causam suffraganeo,eũdem astringere,vt faciat iustitiam,*Felin.& Scacc.cit.loc.*

9 Hic notandum est,de iure *Concil. Trid.*esse determinata tempora, intra quæ suffraganeus debet causam expedire,& si intra illa nõ expediat dicitur negligens:Omnes enim causæ spectantes ad forum ecclesiasticum,etiam beneficiales,debent in prima instãtia infra biennium à die motæ litis terminari,ita *Trident.sess.* 24.*de ref.cap.*20.quo tempore elapso, si conuincatur suffraganeus de negligentia per trinam requisitionẽ, potest validè appellari, licèt acta valida sint,& possint partes non obstante lapsu temporis prædicti prosequi causam coram eodem suffraganeo,*Scacc.de appellat. cap.* 2. *q.*15. *num.*279.*& num.*280. benè aduertit in hoc casu, solùm lapsum temporis biennij non sufficere ad constituendum suffraganeum in negligentia, & ad iustificandam appellationem, sed requiri etiã, quod suffraganeus sit requisitus pro expeditione,& ter, vt supra;nec etiam requisitio prædicta sufficit, sed requiritur quoque, quod stet per suffraganeum ipsum, quin causa expediatur, quia si ex parte ipsius minimè steterit, cùm causa non expediatur ob eius grauitatem,aut qualitatem,aut partium cauillationes, vel ob aliud iustum impedimentum, tunc nec etiam appellari potest,*Marchef.de commiss.* §. 4 *num.54.par.2.Leon.in Thes.for.Eccles.cap.1.num.72.par.* 2. & alij, quos refert,& sequitur *Nouar.singul. conclus.titul.de causis prima instãtia,& cat.*

concl.

Tituli. aliàs 55. *num. vltimò*, vbi testatur, ita à Sacra Congregatione decisum.

10 Aduerte, quod tempus prædictum dicitur currere à die motæ litis; & quando dicatur lis mota, vide *Rebuff. in l. litis nomen 36. ff. de verb. signif. Parlad. differ.* 128. *num.* 4. *Cabed. Lusitan. decis.* 15. *num.* 11. *par.* 2. *Salgado de protect. Reg. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 13. *num.* 44.

SVMMARIVM.

Appellari quando non possit.

2 *Appellare non potest renuncians appellationi.*

Appellans, si post interpositam appellationem pro eadem causa adeat iudicem, dicitur, renunciasse appellationi.

Appellans non dicitur, renunciare appellationi, si redeat ad docendum de grauamine, vel pro eius reuocatione.

Appellans non dicitur renunciare appellationi, si redeat pro reuocatione attentatorum.

3 *Appellatio, si admittatur, non censetur renunciatum, si appellans redeat ad eundem iudicem.*

4 *Appellans non censetur renunciare per regressum ad iudicem, si redeat, vt reus, non sic si, vt actor.*

5 *Appellans, si dolosè inducatur ad agendum coram iudice à quo, non censetur, renunciasse appellationi.*

Appellans rediens pro actu necessario ad appellationem prosequendam, nō censetur, renunciasse appellationi.

6 *Appellans pro defensione possessionis contra tertium potest redire ad iudicem à quo.*

Appellans in causa petitorij, non censetur renunciare appellationi, si redeat pro possessorio.

7 *Procurator non potest renunciare appellationi in praiudicium principalis.*

8 *Procurator omittens appellare præiudicat principali.*

9 *Procurator, si habeat mandatum ad renunciandum appellationi, renunciando præiudicat principali.*

10 *Appellationis renunciatio in criminalibus non tenet.*

Appellationi in criminalibus quomodo renuncietur tacitè.

11 *Appellationi in matrimonialibus causis renunciari non potest.*

ARGVMENTVM.

Appellari quando non possit, vel renunciatum intelligatur appellationi.

CAP. CXIII.

1 DIximus supra, quando possit appellari, ex quibus colligi posset, quando non possit appellari; & ad maiorem intelligentiam dicēdum est hic, & in sequentibus, quando non possit appellari, &

2 Primò, quando renunciatum est appellationi, non potest renuncians appellare, *l.* 1 *ff. à quib. appell. non lic. Specul. titul. de appell* §. *in quibus num.* 13. *vers. nono lib.* 2. *Marant. in specul. par.* 6. *act.* 2. *princip.* verbo *quandoque appellatur limit.* 29. *nu.* 341. & est cōmune inter DD. & procedit etiamsi sit renunciatum ab vna parte, *Frāch. in cap. interposita* §. *ille denique num.* 22. *de appellat.* Et non solùm in renunciatione expressa, sed etiam tacita, prout aduertit *Marant. cit. loc. & Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *in præfat. num.* 15. *&* 19. Vndè si is, qui appellauit post interpositam appellationem redijt in eadem causa coram suffraganeo, dicitur tacitè, renūciasse appellationi, *Marant. cit. loc. num.* 342. *Lancell. vbi supra nu.* 15. *Franch. in cap. cum teneamur num.* 4. *& cap solicitudinem num.* 10. *de appellat. Caputáq. decis.* 29. *de appellat. num.* 1. *par.* 1. dummodo comparens appellās coram suffraganeo nō compareat pro reuocatione grauaminis, vel ad docendum de grauamine, vt suffraga-

neus desistat à processu, vel futuro grauamine; tunc enim non dicitur appellationi renunciare, cùm id tendat ad declinandam iurisdictionem suffraganei, *Rot.decis.*2.aliàs 287. *in fin.de renunciat.in nou.Fel.in cap.gratum num.* 8. *de off.& potest. iud.deleg. Dec.in cit.cap.solicitudinem num. 6.de appellat.Marant cit.loc.nu.*425. *Aufr. ad Capell.Tholos.decis.*194.*fol.*12.idē etiam est dicendū, si appellans comparet coram suffraganeo pro reuocatione attentatorū; adhuc enim nō dicitur, renūciasse appellationi, *Abb. in cap.cum teneamur nu.* 2. vbi etiam *Franch. num.*3.*de appellat.Lancell.de attent.par.* 2. *cap.* 12. *ampl.*2.*princip. num.*5.*Cassan.consil.*68.*num.*75.

3 Sed id, quod dictum est, per regressum ad suffraganeum videri renunciatum appellationi.

Primò declara, dummodo suffraganeus non detulerit appellationi; quia tunc, licèt appellans redierit ad eundem, non videtur renunciatum appellationi, *Rot.decis.*49. aliàs 363. *num.*3.*& seq.de appell.in nou.Franch. in cit.cap.solicitudinem num.*12.*de appellat. Aufrer. ad Capell. Thol.cit.loc. num.*4. quicquid contra supradicta teneat *Fel.in cap.gratum num.*9. *de offic. & potest. iud. deleg.*vel si de hoc dubitet *Franch.cit.loc.*

4 Secundò declara, dummodo appellans rediens coram suffraganeo faciat actum, quod sonat in agere, secus, si actus sonat in pati; nam in primo casu censetur renunciarum appellationi, non in secundo, *Frāch. in cap.solicitudinem cit.num.*10.*Fel.in adducto cap.gratum num.*8. *Aufr. vbi supra num.*4.*Gabriel lib.*2.*de appellat. concl.*2.*lim.*9.*num.*23. *& concl.*3. *lim.* 1.*num.*8.

5 Tertiò per regressum factum ab appellante coram suffraganeo, non dicitur renunciatum appellationi, quando rediens fuit ab ipso suffraganeo dolosè inductus ad faciendū aliquem actum; tunc enim nec censetur renūciatum appellationi, quia dolus facit cessare consensum, & actus sine consensu nihil operatur, *Fel.in cit.cap.gratum num.*10. vbi *nu.* 11.id etiam dicit, quando appellans redijt pro apostolis, seù pro alio actu necessariò ad inchoandam, seù perficiendam appellationem.

6 Quartò, si appellans turbatur in sua possessione à tertio, potest absq; periculo appellationis redire ad suffraganeum pro defensione suæ possessionis contra tertium, *Franch. in cap.cum teneamur num.*15.*& seq. de appellat.Lancell.cit.loc.lim.* 10.*num.*1. *& par.*1.*cap.*3.*num.*2.*& seqq.* vbi latè: Idem etiam dicēdum est, si sit appellatum à sententia lata in causa petitorij, & appellans turbetur in possessorio ab eodem appellato, tūc nec etiam per regressum ad suffraganeum pro recuperatione, vel manutentione possessionis videtur renunciatum appellationi, *Franch. in cit.cap.cum teneamur num.*19.

7 Hic posset dubitari, an principalis possit appellare, si eius procurator renunciauit appellationi: Et quidem Respondetur affirmatiuè; non enim potest procurator expressè renūciare appellationi in præiudicium principalis, *Franch.in cap. Nicolao nu.* 13. *de appellat.& cap. ex ratione num.*42. *eod.titul.Bal.in l.final.* §. *vltimo num.* 7.*C.de tempor.appellat.Cassad.decis.*3. *num.*2.*de rescript.*Et hoc etiamsi procurator esset effectus dominus litis; adhuc enim non potest expressè renunciare appellationi, *Franch in cap. interposita* §.*ille deniquè num.*9. *de appellat.* quod etiam verum est in appellatione interposita per ipsummet procuratorem; nam nec etiam huic potest renunciare expressè, *Mohed. decis.*3.aliàs 89.*in fin.de appell.*

8 Quod, si procurator omittat appellare, tunc præiudicat principali, quia elapso tempore, nec ipse potest amplius appellare, cùm ei præiudicet tacita renunciatio procuratoris, non solùm in non appellando, sed etiam in non prosequendo appellatio-

tio-

tionem, *Franch. in cap. ea ratione nu. 40. & seqq. & in cap. Nicolao num. 13. de appellat. Vrsill. ad Afflict. decis. 78. num. 9. in fin.*

9 Vlterius præiudicat principali procurator renunciando expresse appellationi, quando habet mandatum speciale ad renunciandum, *Card. Alex. in cap. ea ratione num. 18. de appell.* vbi etiam dicit, quod procurator potest renunciare expresse appellationi ex noua, & magna causa, ex qua certò similiter etiam dominus renunciaret.

10 Suprapositam principalem regulam, quod renuncians non possit appellare; limita primò in criminalibus, quibus in causis non potest renunciari appellationi expresse, tanquam speciei defensionis, *Franch. in cap. cum speciali §. porrò num. 6. de appellat. Farinac. qq. crimin. par. 2. tom. 1. q. 101. num. 20. Afflict. decis. 78. num. 3.* vbi *Vrsill.* An verò appellationi possit renunciari tacitè in criminalibus, controuersum est inter DD. sed verior est opinio affirmatiua, quia ob non appellationem, vel ob non prosecutionem inducitur appellationis desertio, *Franch. cit. cap. cum speciali §. porrò num. 6.*

11 Limita secundò in causis matrimonialibus, in quibus non potest expresse appellationi renũciari, *Frãch. in cap. interposita §. ille num. 23. de appellat.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in notorijs.*
2 *Notorium quotuplex sit.*
3 *Notorium ex confessione, & probatione facit, quod non admittatur appellatio.*
4 *Notorium ex confessione tantùm facit, quod non admittatur appellatio, nisi exprimatur rationabilis causa.*
5 *Notoriũ ex probationibus facit, quod admittatur appellatio.*
6 *Appellatio conuicti non admittitur in criminibus grauissimis.*
7 *Notorium præsumptionis, & fictionis, facit, quod non detur appellatio.*
8 *Notorium præsumptionis iuris, & de iure, facit, quod non detur appellatio.*
9 *Notorium ex fragranti crimine, facit, quod non detur appellatio.*
10 *Notorium facere, quod non detur appellatio, intelligitur quoad suspensiuum, non deuolutiuum.*
11 *Notorio in crimine, si appelletur assignata rationabili causa, est admittenda appellatio quoad vtrumque effectum.*
12 *Notorij à sententia appellatio, etsi aliquando non detur, sustinetur tamen à declaratione notorij.*
13 *Notorij criminis à sententia appellatio semper admittitur, si sententia notoriè sit iniusta.*
Notorij criminis à sententia, etsi non appelletur, appellari tamen potest ab excessu in iudicando.

ARGVMENTVM.

Notoria, quæ sint, & quando admittenda sit, vel non appellatio ab eis.

CAP. CXIV.

1 PRosequẽdo numerationem casuum, in quibus non datur appellatio: hic dicendum est, in notorijs non dari appellationem, *Cap. peruenit, cap. consuluit, cap. cum sit, Romana,* vbi DD. communiter *de appellat.* contra *Franch. in cap. proposuit nu. 10. de appellat.*

2 Dicitur primò notorium, quod oritur ex confessione, & probatione. Secundò, quod oritur ex sola confessione. Tertiò, quod oritur ex sola probatione. Quartò dicitur notoriũ fictionis, siuè præsumptionis. Quintò dicitur notorium præsumptionis iuris, & de iure. Sextò notoriũ ex fragranti crimine.

3 In primo notorio, quod oritur ex confessione, & probatione, certum

est,non dari appellationem,vt diximus supra *Cap.* 107. & tenent DD. post *gl.in l.* 2.*C.quando appell.non recip.*contra *Azor.in rub.C.quor.appell. non recip.sub nu.*5.contra confessum, & conuictũ potest non obstante appellatione exequi sententia, *Farin. qq.crimin.par.*2.*tom.*1.*q.*101.*nu.*114. *Lancell.de attent.par.*2.*cap.* 12. *ampl. princip.*4.*nu.*12. Et ad hunc effectum denegandi appellationem dicitur confessus,& conuictus,etiã qui conuincitur ex inditijs indubitatis, *Farinac. cit. loc. num.*128. & dictum est supra.

4 In secundo notorio, quod oritur ex confessione tantùm, regulariter dici solet,non dari appellationem, maximè de iure Canonico;quod sine dubio procedit, quãdo in appellatione nulla exprimatur causa rationabilis,secus tamen si rationabilis causa exprimatur,*Farinac. cit. q.* 101.*num.*157.*& seq.*latè *Scacc.de appell.cap.*2.*q.*17.*lim.*4.*num.*30.*& seqq.* & dictum est supra.

5 In tertio notorio, quod oritur ex probationibus tantùm, contra quos nihil fuit oppositum,potest appellari;conuictus enim,vt diximus supra, appellat *Rot.decis.*100.*num.* 9.*par.* 1. *diuers.Lancell.de attent.par.*2.*cap.*12. *limit.*9.*princip.nu.*12.*Farinac.qq.crimin.q.*101.*num.*62.*&* 131. quod verum est etiam in notorio per famã, in quo potest quoque appellari, *Lãcellot.cit.loc.*

6 Limitatur id tamen in aliquibus criminibus grauissimis, in quibus conuictus non appellat,vt est in crimine hæresis, raptus virginum,insigni latrocinij, & similibus, de quibus *Scacc.de appellat.cap.*3.*q.*17. *lim.* 4.*num.*76.*& seqq.*

7 In quarto notorio præsumptionis,& fictionis, prout surgit à facto notorio,non datur appellatio,vt post *Butr.tract.de notor.art.*4.*num.*56. tenet *Scacc.de appellat.cap.*2.*q.*17.*limit.* 4.*num.*86.

8 In quinto notorio,quod oritur ex præsumptionibus iuris, & de iure, non datur appellatio, *Menoch. de præsumpt.lib.*1.*q.*76.*num.*1. *Farin. qq. crimin.q.*101.*nu.*124.*par.*2.& dictum est supra.

9 In sextò notorio, quod oritur ex fragranti crimine,nec etiã datur appellatio;nã in hoc casu quis dicitur notorius delinquens, qui potest statim condemnari, & condemnatio exequi,*Scacc.lib.*1.*cap.*46.*num.* 28.*& cap.*71 *num.*3.*& lib.*3.*cap.*2.*q.*17.*lim.* 4.*num.*88.& nos diximus supra.

10 Quòd dictum est,in notorijs non dari appellationem,intellige quoad effectum suspensiuum,secus tamen est quoad effectum deuolutiuum; quoad hũc enim effectum datur appellatio,etiam in notorijs, *Lancell.de attent.par.*2.*cap.*12.*lim.*9.*princip. nu.* 3.*Farin.qq.crimin.par.*2.*tom.*1.*q.*101. *num.*63.

11 Similiter intellige, quando in appellatione non exprimitur rationabilis causa,quæ si exprimatur,etiam in notorijs datur appellatio,DD. in *Cap.consuluit de appell.Marant.in specul.par.*6.*act.* 2. *princip.* in verbo *& quandoque appellatur num* 29.*;lim.*4. & iudex à quo tenetur deferre quoad vtrumque effectum, *Farinac. qq. crimin.par.*2.*tom.*1.*q.*101.*nu.*64.

12 Nota, quod quando in notorijs non datur appellatio,vt supra,nõ est id verum in declaratione notorij;ab hac enim declaratione datur appellatio, vt aduertit *Scacc.de appell.cap.* 2.*q.*17.*lim.*4.*num.*92.

13 Nota etiam,nec procedere suprapositam regulam,non dari appellationem in notorijs, quando sententia est notoriè iniusta;in hoc enim casu datur appellatio, & est regula generalis,dari appellationẽ à quacunque sententia, à qua aliàs non daretur appellatio, quando ipsa sẽtentia est notoriè iniusta, *Farin.loc. supracit.num.*112. Similiter,si sumus in casu,in quo non datur appellatio regulariter,vt in notorio, & similibus, & iudex excedit pœnam, ab hoc

hoc excessu potest liberè appellari, idem *Farin, vbi supra num.* 110. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 9. *princip. cap.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à sententia fauore alimentorum, & quare.*
2 *Appellatio à sententia fauore alimentorum, siuè diffinitiua, siuè incerlocutoria sit, non datur.*
3 *Appellatio non datur à sententia super parte alimentorum.*
4 *Alimentorum nomine, quæ veniant.*
5 *Appellatio non datur à sententia, decernente expensas pro sustinenda lite.*
6 *Appellatio non datur à decreto fauore reseruatæ pensionis pro alimentis.*
7 *Appellatio nõ datur à decreto pro subsidio charitatiuo pro alimentis* Episcopi.
8 *Appellatio non datur à decreto, decernente, ex beneficio præstanda esse alimenta* Clerico *suspenso.*
9 *Appellatio datur à decreto pro alimentis præteritis, & quare.*
Appellatio non datur à decreto pro alimẽtis futuris, et præsentibus, et quare.
10 *Appellatio datur à decreto fauore alimentorum, & si petantur iure actionis.*
11 *Appellatio datur à decreto fauore alimentorum quoad effectum deuolutiuum, & quare.*
12 *Appellatio datur à decreto contra alimentorum præstationem, & quare.*
13 *Appellatio à decreto pro alimentis non datur, siuè incidenter, siuè principaliter de eis agatur.*
14 *Appellatio non datur à decreto fauore petentis mercedem, & quare.*

ARGVMENTVM.

Appellatio, an, & quando admittatur à decreto pro, vel contra alimentorum præstationem.

CAP. CXV.

1 Item non datur appellatio à sẽtentia lata fauore alimentorum, quia continet in se negotium, quod non recipit dilationem, & hoc est secundum magis veram, & communem opinionem, quæ probatur ex *tex. in l. fin. C. de appellat. recip.* refert *Surd. de aliment. titul.* 8. *priuil.* 60. *num.* 5. *& seq. Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *lim.* 7. *membr.* 9. per totum; quicquid teneant nonnulli, quos refert *Specul. titul. de appell. §. in quibus, & Tiraq. de priuil. pia cauß. priuil.* 153.

2 Ampliatur primò proposita doctrina, vt procedat non solùm in sẽtentia diffinitiua, sed etiam in interlocutoria; denegatur enim appellatio, non solùm à sententia diffinitiua, sed etiam ab interlocutoria lata in causa fauore alimentorum, quia cùm appellatio prohibeatur propter celeritatem, ita intelligitur prohibita à sententia diffinitiua, sicut ab interlocutoria, *Scacc. cit. loc. num.* 13. *vers. infero tertiò.*

3 Amplia secundò, non dari appellationem à sententia interposita super parte alimentorum, puta frumẽto, vino, veste, & similibus, quia eadẽ est ratio partis quoad partem, quæ est totius, quoad totum, *Surd. vbi supra num.* 13. *&* 14. *Scacc. cit. loc. nu.* 2.

4 Aduerte hic, quod appellatione alimentorũ venit totum id, sine quo corpus ali non potest, puta cibaria, vestitus, & habitatio, *Scacc. cit. loc. vers. nota* vbi remissiuè, quando medicamenta veniant appellatione alimentorum.

5 Ex proposita regula principali, collige primò, non dari appellationem à decreto, decernente alimenta ad sustinendam litem, puta cùm litigat filius cum patre, monachus cum Abbate, vxor cum marito, & cæt. *Scacc. cit. loc. num.* 3. *&* 4.

6 Collige secundò, non dari appellationem à decreto lato pro pensione reseruata pro alimentis, *Gig. de*

 pen-

*pension.q.95.tom.3.nu.5.par.1. Scacc. cit.loc.num.*5. Sed in hoc casu generaliter denegatur appellatio, quando pensio est imposita à Papa,& pēsionarius est in possessione exigendi, prout dicemus alibi.

7 Collige tertiò, à decreto lato pro subsidio charitatiuo imposito pro alimentis Episcopi non dari appellationem;*Gig.cit.loc.num.*4.quem refert,& sequitur *Scacc.vbi supra nu.6.*

8 Collige quartò, non dari appellationem à decreto,mandante, præstanda esse alimēta à beneficio Clerico suspenso,ita post *Rebuff tract.de sentent.prouisional.in præfat.num.*110. tenet *Scacc.cit.lim.7.num.7.*

9 Limitāt primò communiter DD. propositam regulam principalem in alimentis præteritis; à decreto enim lato super alimentis præteritis datur appellatio,*Lancellott.de attent.2.par.cap.12.lim.24.num.*8.*Surd.de aliment.titul.8.priuil.60.num.* 15. *Scacc. de appell.cap. 2. q. 17.lim.7.num.* 14. *versf.secus* post *Rot.diuers. decis.* 764. *& alios*,& ratio est,quia in alimentis præteritis cessat ratio pietatis: vndè pcedit tantū regula in alimentis futuris,& præsētibus;in eis enim,quia militat ratio pietatis, habet locum priuilegium denegationis appellationis,ita *Surd.Scacc.& alij supracitati*; Et dicuntur in hoc casu alimenta futura,quæ debentur à die litis contestatæ, secundum *Surd.cit. loc. num.* 16.vel à die motæ litis, secundum *Scacc.vbi supra num.* 15. post *Rot. diuers.cit.decis.*764.*num.*5.*Caputaq. decis.24.par.1.*

10 Limitant secundò eandem principalem regulam, quando alimenta petuntur iure actionis;tunc enim datur appellatio à decreto lato in causa alimentorum, nisi alimenta debeantur inopi,quia tunc etiam,quod petantur iure actionis,non datur appellatio,vt benè aduertunt *Scacc.nu.* 17.*& Surd.num.*22.*loc.cit.& alij*, qui firmant principalem regulam, non dari appellationem in causa alimētorum, quando illa petuntur officio iudicis.

11 Limitant tertiò propositam regulam,non dari appellationem in causa alimentorum quoad effectum deuolutiuum, quia quoad hunc effectum datur appellatio;solùm enim denegatur quoad effectum suspensiuum appellatio in causa alimentorum,iuxta communem distinctionē, quam post alios adducunt *Surd. cit. priuileg.60.nu.*17.*& seq. & Scacc. allegat.lim.7.num.*27.& ratio est, quia in hoc casu denegatur appellatio,vt celeriter deueniatur ad executionē, sed hæc ratio militat tantùm quoad effectum suspensiuum, ergo &c.

12 Limitant quartò eandem regulā, quando sententia lata est contra alimenta; tunc enim condemnatus iustè appellat, & appellatio admitti debet; solùm enim procedit regula, non dari appellationem in causa alimentorum, quando decretum latum est ad fauorem, & pro alimentis;& ratio est, quia quando decretum est latum contra alimenta, tunc non militat ratio priuilegij alimentorum, ob quam causam denegatur appellatio, ergo nec militare debet dispositio,ita in *allegat.loc.Surd.num.* 25.*& seqq.& Scacc.nu.*19.*& seq.* qui respondent argumentis,quę in contrarium possent adduci.

13 Vltimò hic aduerte, quod in his terminis est reprobata distinctio illa, quando alimenta petuntur principaliter,& quando incidenter, nam siuè de eis tractetur incidenter, siuè principaliter,semper denegatur appellatio quoad effectum suspensiuū, vt supra, prout benè aduertit *Surd. cit.priuil.60.num.*24.

14 Ex dictis potest inferri, non dari appellationem à decreto lato in fauorem petentis mercedē, idest quoad effectum suspensiuum, vt supra, quando is pro quo latum est decretum pauper est:& ratio est,quia supposita paupertate, merces habet rationem alimentorum futurorum,

voluit

volùit *Rot. diuers. decis.* 764. *num.* 3. *par.* 1. *Scacc. de appellat. cit. loc. lim.* 8. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur ab executiuis, & quare.*
2 *Appellatio quoad suspensiuum non datur ab executione instrumenti habentis executionem paratam; & quid si celebretur in loco, vbi per statutum instrumentum non habet talem executionem paratam?*
3 *Appellatio à decreto pro instrumento, habente executionem paratam, est prohibita in toto illo iudicio.*
4 *Appellatio non datur, si instrumentum non sit liquidum, postea tamen liquidetur.*
5 *Appellatio datur, si actor se dirigat via ordinaria, potens agere via executiua.*
6 *Appellatio datur ab executione publici instrumenti, si rationabilis exprimatur causa.*
7 *Appellatio non datur ab executione sententiæ, quæ fecit transitum in iudicatum.*
8 *Appellatio, an detur à pronunciatione de exequẽdo rem iudicatam, vbi duplex opinio.*
9 *Appellatio datur à pronunciatione de exequendo rem iudicatam, si exprimatur iusta causa.*
10 *Appellatur ab excessiua executione sententiæ.*
11 *Sententiæ executio tripliciter excessum pati potest.*
12 *Appellatio, vt detur ab excessu executionis, quid sit necessariò exprimendum, & probandum.*
13 *Appellatio admittitur à liquidatione, quæ non fuit facta in sententia, nisi non admittatur in executione sententiæ.*
14 *Appellatur ab excessu taxationis expensarum, licèt non à sententia.*
15 *Appellari nequit à mero executore litterarum Apostolicarum.*

ARGVMENTVM

Appellatio, quando detur, vel non ab executiuis, & taxatione expensarum.

CAP. CXVI.

1 VLterius nec datur appellatio quoad effectum suspensiuum in executiuis, quia cùm desiderent celeritatem, sunt expedienda sine dilatione; est communc apud omnes: Exemplificatur primò in decreto lato vigore obligationis cameralis; ab eo enim non appellatur quoad vim suspensiuam, *Gallef. ad form. Cameral. obligat. par.* 3. *rub. de liquid. in fin. num.* 6. *tom.* 6. *par.* 2. *Lancell. de attent par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 53. *princip. num.* 59. *Marches. de commiss. par.* 2. *in commiss. appell. cap.* 2. *nu.* 27. *&* 28. *fol.* 33. *& cap.* 5. *num.* 7. *& seqq. et nu.* 87. *Vestr. in prax. lib.* 7. *cap.* 3 *num.* 17.

2 Idem etiam dicendum est in executione publicorum instrumentorũ; denegari .s. appellationẽ quoad effectum suspensiuum, quando agitur in foro, in quo ex statuto conceditur publicis instrumenris executio parata, etiamsi instrumentum sit celebratum in loco, in quo non extat tale statutum, dummodo extet in loco iudicij, *Cas. Barz. Bononien. decis.* 41. *num.* 12. *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *lim.* 9. *num.* 9.

3 Ampliatur proposita conclusio, non solùm denegari appellationem quoad effectum suspensiuum decreto diffinitiuo, lato in vim obligationis Cameralis, vel publici instrumẽti in loco, in quo publicum instrumentum habet executionem paratam; sed etiam à decreto interlocutorio, lato in tali casu, quia appellatio est prohibita hic in tota causa, *Scacc. cit. loc. num.* 43.

4 Ampliatur secundò, in casu proposito non dari appellationem, etiãsi obligatio Cameralis, seù instrumen-

mentum publicum non essent liquida,& venirent liquidãda; facta enim liquidatione, denegatur appellatio quoad effectum suspensiuum, quia in tali casu potest agi via executiua, *Bart.in l.1.num.17.ff.de leg.2.*

5 Limitatur tamen proposita conclusio, quando quis cùm posset agere via executiua vigore publici instrumenti, vel obligationis cameralis, egit via ordinaria; tunc enim potest appellari in tali causa quoad vtrumque effectum, *Alex.consil.113.num.9.lib.5.* post alios, quos refert; & sequitur *Scacc.cit.lim.9.num.* 44. qui *nu.seqq.* docet, quando actor, qui cepit agere via ordinaria, possit mutãdo iudicium agere via executiua.

6 Limitatur quoque, quando in appellatione exprimeretur iusta causa appellandi; nã tunc, et ab executione publici instrumenti, vel obligationis cameralis datur appellatio quoad vtrumque effectum, vt post *Roman.consil.41. num.1.* docet *Scacc. eod.loc.num.62.*

7 Exemplificant secundò propositã regulam in *princip. huius cap.* in executione sententiæ; ab hac enim executione non datur appellatio inter personas, inter quas fuit lata sentẽtia, per *tex.in l.ab executione,* vbi *DD. C.quor. appell. non recip. Abb. in cap. quoad consultationem num.10.de sent. & re iud. Lancell.de attent.par. 2. cap. 16.num. 38. Caputaq.decis.40.par. 1.*

Quod intellige de executione sententiæ, quæ fecit transitum in rem iudicatam, quia ab executione rei iudicatæ non datur appellatio, *Rot. decis. 100.num.13.par.1.diuers. Gabr. lib.2.conclus.titul.de appell.concl.4.nu. 1.& 2.* qui testatur de communi.

8 Dubitari solet in his terminis, an detur appellatio à pronunciatione de exequendo rem iudicatam: In qua dubitatione duplex est sententia; vna tenet, dari appellationem, per *gl.primam in l.ab executore ff. de appell. & relat.* & in *l.ab executione,* vbi *Bart.& Sal.C.quor.appell.non recip.Specul.titul.de appellat. §.in quibus num.6.Rom.consil.41. num. 1. & alij.* Alia opinio tenet contrarium, nempè, adhuc à tali pronunciatione denegari appellationem, *Specul.titul.de exeq.sentent.§.penult. vers. sed secundum num. 5. Cyn.in l. ab executione num.2.C.quor. appell. non recip. Bart. in l. ab executione num. 1.ff.de appell. & relat. Bal. in l. si cum exceptione §. hac autem ff.quod met.caus. Fel.in cap. quod ad consultationem nu.14.de sent. & re iud. Lancell.de attent.par.2. cap. 12.lim.princip.50.nu.120. Corn. consil.71.num. 5. lib. 1.* qui testatur de communi, *Alex.consil.95.nu.4.lib.12. Marant.in specul.par.6.act.2. princip.* in verbo *& quando appellatur limit. 7.num. 260.Capyc.decis.1.nu.17.Grauat.ad Vestr.lib.7.cap.3.num. 43. Rot. cit.decis.100.diuers.num. 13.par. 1. & alij,* probat satis abundè *Scacc. de appellat.cap.2.q.17.lim. 10.num. 9. & seqq.* & hæc videtur magis communis, & verior sententia, quando nil noui addatur in pronunciatione de exequendo.

9 Fallit proposita sententia primò, quando in appellatione exprimitur iusta causa; tunc enim potest appellari ab executione, *Rom. consil.41. num.1.*

10 Fallit secundò in executione excessiua; quando enim executio excedit terminos sentẽtiæ, potest ab executione appellari, *l. ab executione C.quor. appellat. non recip.* quia licèt quis per rem iudicatam videatur consentire sententiæ, nunquam tamen videtur consentire excessui modi, vel formæ in exequendo, docet *Abb. in cap.quod ad cõsultationem num.10.& 27.de sent. & re iud. Rom. cit.consil.41.num.1.Marant.in specul. par.6.act.2.princip.* verbo *& quandoque appellatur lim.7.num.259.Vestr.in prax.lib.7.cap.3.sub nu. 9. Rot.diuers. par.1.decis.100.nu.17. Cæsar Barzius decis.Bononien.55.num.6.*

11 Sed hìc notandum est, quod excessus in executione potest committi

mitti tripliciter, nempè vel ratione rei; puta cùm sufficit exequi rem minorem, fit executio in re magna, vel in re non iudicata, & cæt. *gl. in cit. l. ab executione* verbo *excedas, Vestr. ubi supra num.* 9. vel ratione temporis; puta si executio fiat ante tēpus, vel pendente restitutione in integrum, *gl. & Vestr. cit. loc.* vel ratione exceptionum validè oppositarum contra executionem, quæ nihilominus fuerunt reiectæ, vt de exceptione, quod quis non teneatur vltra quam facere potest, & similibus, *Cæsar Barz. cit. decis.* 55. *nu.* 11. *&* 31. post *gl. & Vestr. cit. loc.*

12 Notandum est secundò, quod ad validitatem appellationis ab excessu, requiritur expressio excessus, ita *Innoc. in cap. super eo nu.* 4. *de his, quæ vi met. caus. fiunt, Abb. in cit. cap. quod ad consultationem nu.* 33. vbi etiā *Fel. num.* 18. *&* 19. *de sent. & re iud. Dec. in cap. nouit. num.* 13. *&* 14. *de appell. Rot. diuers. cit. decis.* 100. *nu.* 30. *par.* 1. quicquid dicat *Vestr. in prax. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 12. quem reprobat *Scacc. de appell. cap.* 2. *q.* 17. *lim. princip.* 10. *nu.* 61. *& seq.* Et vlterius non sufficit tantùm expressio excessus, sed requiritur eiusdem excessus aliqualis probatio, secundum *Scacc. cit. loc. nu.* 64. *& seqq.* vbi refert contrarium seruari in Signatura.

13 Fallit tertiò principalis conclusio, quando iudex in executione rei iudicatę liquidat sententiā; tunc enim, licèt non detur appellatio ab executione, admittitur tamen à liquidatione, quæ non fuit facta in sententia, *Cæsar. Barz. cit. decis.* 55. *nu.* 7. *Rot. diuers. alleg. decis.* 100. *num.* 1. *& seq. par.* 1. vbi *nu.* 28. secus dicit, quādo liquidatio non mutat substātiam rei iudicatæ, id est non addit, nec minuit illam.

14 Similis huic est alia doctrina, videlicèt; certum est, non dari appellationem à taxatione expensarum, quorum condemnatio est facta in sententia, quia id esset rescindere pronunciatum, sed benè appellatur ab excessu taxationis expensarum, *Felin. in cit. cap. quod ad cōsultationem num.* 16. *de sent. & re iud.* post *Bart. in l. ab executore num.* 13. *ff. de appell. & relat. Marant. in specul. par.* 6. *act.* 3. *princip.* in verbo *post omnia num.* 22. & licèt sint, qui teneant, posse appellari à tota liquidatione expensarū; id tamē procedit, quādo in re iudicata non extat condemnatio expensarū, iuxta distinctionem *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *limit. princip.* 10. *num.* 58. *vers. distingue*, qui *nu.* 69. notat, quod ab executione excessiua semel tantùm appellatur & ad interponēdam hanc appellationem requiritur speciale mandatum.

15 Hìc etiam notandum est, à mero executore Apostolicarum litterarū non dari appellationem, *Cap. nouit,* vbi *DD. de appellat. Rota in Hipporigien. Præpositura* 11. *Decembris* 1587. *coram Bubalo.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à decreto pro solutione decimarum, & ad quem effectum.*
Appellatio datur à decreto pro decimis, si rationabilis causa allegetur, & qualis ea sit.

2 *Appellatur ab excessu colligentis decimas.*

3 *Appellat à decreto pertinentia decimarum vna Ecclesia contra aliam, quoad vtrumque effectum.*

4 *Appellatur à decreto pro decimis, ostēso priuilegio cum alijs adminiculis, quoad vtrumque effectum.*

ARGVMENTVM.

A decreto pro decimis, an appelletur, & quo casu.

CAP. CXVII.

1 Item à decreto lato pro solutione decimarum, non dari appellatio-

tionem quoad vim ſuſpenſiuam, deciditur in *Cap. tua nobis de decim. in finalib. verbis*, ibi, *appellatione remota compellas*, vbi DD. communiter docent, *Specul. titul. de appell. §. in quibus verſ. quarto num. 5. Marant. in ſpecul. par. 6. act. 2. princip.* in verbo *& quandoque appellatur lim. 15. nu. 304. Scac. de appellat. cap. 2. q. 17. lim. princip. 18. num. 1. & ſeqq.* qui alios citat, *Franch. in rub. de appell. num. 2. in 6.* & rationem afferũt, quia cauſa decimarum pia eſt, & decimæ ſunt tributa animæ, *Cap. decimæ 16. q. 1. Abb. in cap. tua nobis cit. num. 9.* qui benè reſpondet contrarijs, & declarat, ſententiã habere locum, quando is, à quo petuntur decimæ, allegaret conſuetudinem, præſcriptionem, vel aliam ſimilem iuſtam cauſam, & exceptionem enumeratam *in cit. cap. tua nobis*; tunc enim benè denegatur appellatio contra ſolutionem decimarum, ſecus tamen eſt, ſi is, à quo petuntur decimæ, allegaret exemptionem, ſeù legitimam cõpoſitionem; tunc enim ſi in hac ſua exceptione non audiretur, poſſet validè appellare, ita DD. communiter in *cit. cap. tua nobis*, præſertim *Ioan. And. num. 7. Scacc. vbi ſupra num. 2.* multa *Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 26. num. 7.*

2 Limita tamen ſuprapoſitam concluſionem, quando collector decimarum excederet modum, quia tũc iuſtè appellari poteſt ab exceſſu, ita aduertit poſt *Dec. in cap. nouit nu. 10. de appell. Scacc. vbi ſupra num. 4. Salgat. de pract. Reg. tom. 1. par. 3. cap. 2. n. 77. Barboſ. ſupra cit. num. 8.*

3 Limita etiam, quando inter duas Eccleſias litigatur de iure decimandi; tunc enim Eccleſia victa à decreto contra ſe lato, benè appellat quoad vtrumque effectum, prout notat poſt *Io. And. & Ant. de Butr. in cit. cap. tua nobis num. 7. Scacc. cit. lim. 18. num. 3. Rot. in Corduben. decimarum 2. Decembris 1605. coram D. Pamph. iun.* quam refert *Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 26. titul. de decim. §. 4. num. 7. in fin.* Et generaliter limitatur concluſio, ac admittitur appellatio in cauſa decimarum, quandocunque agitur cum perſona eccleſiaſtica, quæ prætendit habere potiora iura in decimis, vt poſt *Hoſt. in cit. cap. tua nobis nu. 22. verſ. item ſecus, Henr. nu. 7. & 8. Præpoſ. in cap. fin. §. quoties nu. 32. q. 6. & Gemin. num. 22. de appellat.* tenet *Barboſ. de iure Eccleſ. cit. cap. 26. ſub num. 7.*

4 Limita quoque, quando non allegatur ſola præſcriptio, vel conſuetudo, ſed oſtenditur priuilegium; tunc enim à decreto lato pro decimis datur appellatio, quoad vtrumq; effectum, & ſufficit in hoc caſu ſola exhibitio priuilegij, *Anton. variar. reſol. lib. 1. reſol. 112. cap. 17. Rota apud Tamb. de iure Abbat. in fin. to. 3. deciſ. 91. num. 2. & ſeqq.* quam refert, & ſequitur *Barboſ. cit. cap. 26. nu. 4. ſub nu. 7.* vbi etiam docet poſt *Anton. cit. loc.* appellationem non dari à ſententia lata ſuper primitijs, & expenſis factis in lite quoad effectum ſuſpenſiuum.

SVMMARIVM.

1 *Appellare non poteſt victor à non condemnatione, vel inſufficienti expenſarum, ſi victus appellauit à cauſa principali.*

2 *Appellatus victor, etiam deſerta appellatione à victo, illius virtute condemnationem obtinere poteſt pro expenſis, vbi amplia.*

3 *Appellare poteſt victor à non condemnatione expenſarum, ſi victus appellauit à parte, & partibus ſententiæ contra ſe facientibus.*

Appellatus non poteſt victi appellatione vti, ſi is appellauit à parte, & partibus contra eum.

4 *Appellatio datur à non condemnatione expenſarum petitarum, ſecũdum veriorem opinionem.*

Appellatio à non condemnatione expenſarum non petitarum, an detur.

Iudex non condemnans in expenſis, tene-

tenetur de proprio.

5 *Metropolitanus potest condemnare in termino appellationis ad expensas non petitas coram suffraganeo.*

6 *Metropolitanus, condemnans ad expẽsas, cẽsetur tàm ad factas in prima, quàm in secũda instantia condẽnare. Metropolitanus an condemnet ad expensas victum, si ex nouis deductis infirmetur sententia prima instãtia.*

7 *Metropolitanus condemnans ad expensas in secunda instãtia, non comprehendit victum rationabiliter litigantem.*

8 *Appellari potest à condemnatione expensarum.*

9 *Appellatur ab excessiua taxatione expensarum.*

10 *Appellatur ab excessu taxæ expensarum, etsi decretũ sit interlocutorium. Appellari non potest à taxa expensarum, facta ante diffinitiuam sententiam.*

11 *Contumax appellare potest à taxa excessiua expensarum.*

12 *Contumax non appellat à condemnatione expensarum contumacialium, & quare.*

ARGVMENTVM.

An, & quando à condemnatione, vel non condemnatione, vel excessu taxæ expensarum appelletur.

CAP. CXVIII.

1 SI in causa coram suffraganeo terminata per sententiam, in qua ipse suffraganeus omisit condẽnare victum in expensis, vel illum condemnauit, sed insufficiẽter, idem victus appellauerit, non potest victor appellare à prædicta omissione, vel minus sufficienti condemnatione expensarum, & hoc nullo modo, nec quoad effectum deuolutiuum, nec suspensiuum; quia frustra appellat victor, cùm possit obtinere condemnationem expensarum in causa appellationis, quam introducit victus, & lex nunquam deferat secundæ appellationi, cùm appellatio facta ab vno, etiam in parte sententiæ, deuoluat totam causam, quando sẽtentia continet vnum negotium, *l. final. C. quando prouoc. non est necess. Abb. in cap. significauerunt num. 7.* vbi etiam *Felin. num. 2. & seq. de except. Franch. in cap. si duobus num. 4. de appellat. Marches. de commiss. par. 2. in commiss. appellat. cap. 3. num. 63. & seq. Rot. decis. 47* aliàs *353. num. 3. de appell. in nou.*

2 Hinc est, quod si in tali casu victus, qui appellauit, renũciet appellationi per ipsum interpositæ, non obstãte tali renunciatione, potest victor per viam appellationis interpositæ, & renunciatæ à victo procurare cõdemnationem expensarum, *Abb. in cit. cap. significauerunt num. 7. & Fel. num. 5. de except. Specul. titul. de appellat. S. in quibus num. 24. lib 2. Bal. in l. final. nu. 4. C. quand. prouoc. non est necess. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. princip. 21. num. 7. & seqq.* vbi ampliat conclusionem: Primò etiamsi appellans renunciaret appellationi re integra. Secũdò etiamsi omiserit prosequi appellationem, ita ut illa fiat deserta. Tertiò etiamsi victus non appellet, sed solùm dicat de nullitate sẽtentiæ. Quartò etiamsi teneamus, capitulum expensarum esse separatũ à principali negotio; adhuc enim in his casibus potest victor prosequi appellationem à victo interpositam, & procurare condemnationem expensarum, secundũ *Scacc. & alios per ipsum citatos.*

3 Restringitur proposita doctrina principalis, quando victus non appellauit totaliter, sed eius appellationem interposuit à parte, & partibus sententiæ contra se facientibus; in hoc enim casu potest victor appellare ab omissione condemnationis expensarum, docet *Abb. num. 7. & seq.*

seq. & Fel. num. 3. in cap. significauerũt de except. March. de commiss. par. 2. in commiss. appell. cap. 3. num. 66. & seq. & hoc etiam procedit, quando victus appellauit generaliter non expresso grauamine, sed simpliciter dixit, appello à tali sententia, & à parte quatenus cõtra, &c. & ratio est, quia cum tot sententiæ iudicentur, quot sunt eius capita, seù capitula; ideo victus appellans ab vno capitulo videtur in alio consentire, & proinde eius appellatio aduersario non prodest, docet *Papin. in prax. in form ap pellat. à sent. diff. in gl. occasione cuiusdã sub num. 4. fol.* 408. Vndè benè concludendum est, appellationem in parte, & partibus, non prodesse appellato, nec posse ea vti in capitulis, facientibus contra ipsum appellatum, *March. cit. loc. num. 67. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 29. & 30. Scacc.* qui vtilem esse talem practicam appellandi in parte, & partibus testatur *cap. 2. q. 17. limit. princip. 21. nu. 21. & seqq.* quod intellige, quando capitula sunt separata.

4 Hic generaliter videndũ est, quando possit victor appellare ab omissa condemnatione expensarum, & dupliciter dicendum est; Primò, quando expensæ fuerunt petitæ; & tunc duplex est sententia: tenent nonnulli, non posse appellari ea ratione; quia iudex, qui nec condemnauit, nec absoluit ab expensis petitis, tenetur de proprio, & proinde cum victor possit à iudice recuperare expensas, non potest appellare, *Afin. in prax. §. 32. cap. 2. ampl. 39. nu. 5. & seq.* qui alios citat. Alij verò tenent (& hæc est vera opinio) quod possit appellari, ita *Specul. titul. de appellat. §. in quibus vers. trigesimoquartò sub num. 25. Abb. in cap. significauerunt num. 10. de except. & alij.* Secundò, si expensæ non fuerunt petitæ, & in hoc casu adhuc duplex est sententia; prima negatiua, tenens, victorem non posse appellare ab omissa condemnatione expensarum, quia iudex non tenetur officium suum interponere non petitum, nec videtur grauare non condemnando in expensis non petitis; hanc sententiam tenent *Abb. in cap. significauerunt num. 10. de except.* post *Bal. in l. final. num. 3. C. quand. prouoc. non est necess. Fel. in eod. cap. significauerunt num. 4. & alij.* Alia est opinio affirmatiua, quod possit appellari, quia iudex tenetur condemnare ad expensas, etiã non petitas, aliàs malè faceret, ita post *Ant. de Butr. Salic. Imol. Rot. & alios citatos per eum*, tenet *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. princip. 21. num. 35. vers. contrariam opinionẽ*, qui testatur de veriori opinione: primam sententiam sustineo *ego in prax. annot. 21. nu. 6. in fin. cum Bart. Fel. & alijs.*

5 Quæro hac occasione, an Metropolitanus possit condemnare, etiam ad expensas non petitas coram suffraganeo. Et quidem respondetur secundum veriorem sententiam, posse, quia sicut poterat suffraganeus condemnare ad expensas factas post litem contestatam, etiam non petitas, secundum *Couar. pract. qq. cap. 27. nu. 5. Rebuff. de expens. exact. art. 3. gl. vn. num. 16. tom. 3. & alios*, ita potest etiam Metropolitanus, ita *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. princip. 21. num. 52.*

6 Aduerte, quod Metropolitanus tenetur condemnare ad expensas factas, tàm in causa appellationis, quàm in causa principali; imò, si Metropolitanus simpliciter condemnauit victum in expensis, intelligitur condemnare in expensis factis, tàm in secunda, quàm in prima instantia, ita post *Fel. in cit. cap. significanerunt nu. 7. de except. & Put. decis. 240. lib. 2.* tenui *egoipse in praxi 1. par. annot. 21. num. 13.* & semper, quod Metropolitanus confirmat sententiam primæ instantiæ, ex eisdem actis tenetur condemnare victum ad expẽsas vtriusque instantiæ, *Rot. decis. 10. aliàs 251. de dol. & contum. in nou. egoipse cit. loc. num. 12.* Si verò ex nouiter

Digitized by Google

uiter deductis infirmat sententiam primæ instantiæ; tunc non potest victum condemnare, quia victus habuit pro se primam sententiam, *Verall.decis.* 292. *Ricc.collect.par.* 4.*collect.*864.*Scacc.cit.loc.num.* 54. *egoipse vbi supra*, qui post *Carauit. rit.*297. *nu.*21.benè aduerto, quod si nouiter deducta concernant factum proprium illius, qui primò vicit, ita vt de illis poterat verisimiliter constare in prima instantia, adhuc condemnatur in expensis victus in secunda instantia ex nouiter deductis.

7 Supradicta de condemnatione expensarum in secunda instantia declara, non habere locum, quando victus habuit iustam causam litigādi; tunc enim Metropolitanus non debet illum in expensis condemnare, et si illum condemnauit, non intelligitur, condemnasse in expensis vtriusque instantiæ, quia verba sententiæ non sunt interpretanda, vt videatur iudex facere iniustitiam, *Fel. in cit.cap.significauerunt num.*7.docet *Scacc.cit.limit.*21.*princip.num.*49. vbi refert, contrarium seruari in *Rota.*

8 Dictum est, quando potest victor appellare ab omissa condemnatione expensarum; dicendum est nunc, quando possit victus appellare à cōdemnatione expensarum; & quidem constituenda est regula affirmatiua, cōdemnatū .s. ad expensas posse appellare, *Dec.in cap.tua nobis num.* 20. *de appellat.Franch.in cap.directa num.* 5.*eod.titul.de appell. Couar. pract. qq. cap.*25.*num.*6.quæ tegula ampliatur

9 Primò, vt non solùm possit appellari à condemnatione expensarum, sed etiam à taxatione excessiua expensarum, quia in nullo casu censetur prohibita appellatio ab excessu, *Ias.in l.properādum* §. *finè autem alterutra num.*25. *C.de iud. Innoc. in cap. final.num.* 4. *de his, quæ vi met. caus. fiunt, & cap.sæpè nu.*3.*de appellat.Bart. in l.ab executore num.*13.*de appell. & relat.Bal.in l.*2.*nu.*21.*C.de Episc. aud.* quicquid nonnulli sentiant in contrarium, quorum sententia est vera, quando taxatio non est excessiua; à taxatione enim excessiua liberè appellari potest, etiamsi appellatum non sit à sententia negotij principalis, vel à sententia condemnationis expensatum, *Franch.in cap.sæpè num.* 56.*de appell.*vbi etiam *Abb. num.*25. *& Innoc.num.*3.

10 Secundò, vt possit appellari à taxatione expensarum excessiua, facta per decretum interlocutorium, quia licèt sit interlocutorium, tamen habet vim diffinitiuæ, quia nullam aliā proferendam ab eodem iudice post se expectat, *Roman.consil.*358. *Sal.in l.penultim.num.*5.*&* 7.*C. quor. appell. non recip.Abb.in cap.super eo* 2.*notab. de appellat.Carauit.super rit.*298. *nu.* 23.qui aduertit, id procedere, quando taxatio expensarum sit post diffinitiuam, secus si ante, quia si ante, eius grauamen potest reparari per diffinitiuam.

11 Tertiò, vt possit etiam contumax appellare ab excessiua taxatione, esto, quod non possit audiri, nisi refectis expensis, *Bal.in l.terminato nu.* 17.*C. de fruct. & lit.expens. Ias. in l. sancimus num.*17.*C.de iud.*

12 Limitatur principalis conclusio, non posse appellare victum à condemnatione expensarum contumacialium, quia contumax non auditur, nisi refectis expensis, ideo non potest appellare ab eius condemnatione, probat post alios per se adductos *Scacc.de appell.cap.*2.*q.* 17. *limit. princip.*21.*num.*67. *& seqq.* vbi *num.* 69. aduertit, quod si clericus conuentus coram iudice seculari, tardè allegat priuilegiū clericatus, quia in hoc erit contumax, non debet audiri, nisi refectis expensis, *Bellam.decis.*226.*de for.compet.Vrsill.ad Afflict. decis.*2.*nu.* 4. quod est verum in clerico non notorio, uel in citato vti clerico, vt post *Foller.*aduertit idem *Scacc.cit.loc.num.*70.

S SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quoad effectum suspensiuū à sententia excommunicationis, seù interdicti, non datur.*
Excommunicatio secum trahit executionem.
Excommunicationis vis procedit à potestate clauium, non à iustitia causæ.

2 *Excommunicatus quis publicari potest, non obstante interpositione appellationis.*

3 *Excōmunicatio aggrauari, et reaggrauari potest, non obstāte appellatione.*

4 *Excommunicatio, eiusque effectus, veluti priuatio fructuum beneficij, non suspenduntur per appellationem.*
Excommunicatus beneficiatus eleemosynaliter succurrendus est ex fructibus beneficij.

5 *Excommunicatus est vitandus, etiam appellatione pendente.*
Excommunicatus est vitandus, etiamsi appellatum sit à denunciatione.

6 *Excommunicatio, eiusq; absolutio non suspenduntur per appellationem.*

7 *Excommunicationem, eiusq; effectum non suspendi per appellationem, limitatur multis modis.*

8 *Appellationi à decreto censuræ, si deferatur à suffraganeo, vel admittatur à Metropolitano, suspenditur denunciatio.*
Appellans à decreto censuræ, si sinat labi tempora ad prosequendum, non impeditur denunciatio.

9 *Excommunicatus, si per denunciationem in plus ligetur, potest ab ea appellare, quæ appellatio producit vtrūque effectum.*

10 *Excommunicationis, vel alterius censura denuntiatione facta post inhibitionem, suspenditur effectus illius.*

11 *Excommunicationis decreto lato sub conditione, si appelletur ante eam purificatam, denunciatio non potest fieri, secus in conditione de præterito, vel præsenti.*

12 *Excommunicatus ignoranter, si à die scientiæ appellet, suspenditur denunciatio.*

13 *Excommunicationis dubiæ appellatio impedit denunciationem, seù publicationem.*

14 *Excommunicationis causa per appellationem deuoluitur ad superiores.*

15 *Excōmunicationis sententia non transit in iudicatum ad effectum obtinēdæ absolutionis; benè tamen ad effectum deuolutionis.*
Excommunicatus non appellans intra decem dies, non potest coram Metropolitano causam introducere.

16 *Excommunicatus non appellans in tēpore, si petat absolutionem, eique denegetur, appellare potest.*

17 *Excommunicationis sententiæ sub cōditione, tempus appellādi currit à die purificatæ conditionis.*
Excommunicationis sententia, lata causa testimonium ferendi, non admittit appellationem.

18 *Censurarum incursarum à declaratione appellari, an possit quoad vtrūque effectum, vbi duplex opinio.*

19 *Excommunicationis incursæ à declaratione, si appelletur, publicatio fieri nequit.*

20 *Excommunicationis latæ, siuè à iure, siuè ab homine declaratio per appellationem suspenditur, cùm habet annexum factum.*

21 *Excommunicationis declaratoria ob non paritionem mandatorum suspenditur per appellationem, & quare.*
Excommunicationis à declaratoria, si appelletur & fiat denunciatio, absolutio dari potest ad beneplacitum.

22 *Excommunicationis declaratio contra obligatum in forma Cameræ, per appellationem non suspenditur, quin publicetur.*

23 *Excommunicationis declaratio, & publicatio, non suspenditur per appellationem in facto notorio.*

24 *Excommunicationis declaratio ob nō paritionem rei iudicatæ, non suspenditur per appellationem, & quare.*

25 *Excommunicationis declarationē suspēdit appellatio interposita ante illā.*

26 *Excommunicationis comminatæ declaratio suspenditur per appellationem.*

27 Ex-

27 *Excommunicatione comminata, si appellatio admittatur, statim inhibetur per Metropolitanum.*
Excommunicatione comminata, si appellatio non admittatur mandatur pro transmissione actorum, & quid tunc agendum.

ARGVMENTVM.

De appellatione à sententia, declaratione, publicatione, & comminatione excommunicationis.

CAP. CXIX.

1 Item denegatur appellatio quoad effectum suspensiuum à sententia excommunicationis, seu interdicti; hæc enim sententia secum trahit executionem; quia sententia censuræ est medicinalis, inducta ad correctionem, meritò prætextu friuolę appellationis impediri non debet, deciditur in *Cap. pastoralis* 53. §. *verum de appellat. cap. per tuas de sent. excomm. cap. is cui eod. titul. in 6. Cap. ad hæc de appellat.* aduertunt communiter DD. & indistinctè procedere in omnibus censuris, probat latè *Vgol. de censur. tabul.* 1. §. 5. *cap.* 13. vndè siuè censura sit excommunicatio, siuè suspensio, siuè interdictum, quia ad hunc effectum non differunt, ideo ab ea appellatio interposita non suspendit effectum, *cit. cap. is cui*, vbi *gl.* in verbo *sequentem DD.* communiter in *Cap. statutum eod. titul. & lib. Lancell. de attent. cap.* 12. *limit.* 23. *nu.* 12. post *Abb. in cap. pastoralis cit. §. verum num.* 7. *& seqq.* qui pro hac conclusione ponit quatuordecim rationes, inter quas illa videtur sanior, quia excommunicatio secum trahit executionem, ita Summus Pontifex in adducto §. *verũ, & in cit. cap. is cui*, & ratio cur secum trahat executionem potest esse, quia cùm vis excõmunicationis procedat ex clauium potestate, non à iustitia causæ, *Abb. in cap. ab excommunicato num.* 10. *de rescript. Gemin. in cap. Romana* §. *in vniuersitatem ante num.* 3. *de sent. excomm. lib.* 6. vbi etiam *Franch. num.* 4. ideo excommunicatio, & executio perficiuntur eodem in instãti, & hæc ratio militat in omnibus censuris. Proposita conclusio ampliatur pluribus modis, &

2 Primò, vt non obstante appellatione interposita ab excommunicato, possit ipse excommunicatus appellans denunciari, & publicari excommunicatus, *cit. §. verum*, *Lancell. cit. loc. lim. princip.* 21. *num.* 1. *& seqq. Gutier. Cōr. qq. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 90. *&* 95. *Farinac. quæst.* 101. *lim.* 13. *num.* 68 qui alios citat, *Rota decis.* 59. aliàs 424. *de appell. in nou.* & apud *Achill. de Graff. decis.* 4. *de sent. excom. Capell. Tholos. decis.* 300. *Nauar. in Manual. cap.* 25. *num.* 124. *Cened. collect.* 42. *nu.* 1. *Scacc. de appell. cap.* 2. *q* 17. *lim. princip.* 22. *nu.* 4. *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num.* 14. *versic. autem.*

3 Secundò, vt non solùm possit denunciari excommunicatus appellãs, sed etiam aggrauari, *Rot. cit. decis.* 59. *Lancell. cit loc. num.* 13. *Mil. in repert.* in verbo *attentata post executionem sententiæ*, & non solùm aggrauari, sed etiam reaggrauari, *Ricciul. de iur. person. lib.* 4. *cap.* 64. *num.* 9. *vers. deducitur*: Et hoc vulterius verum est, etiamsi à denunciatione, siuè publicatione iterum fuerit appellatum, *Lancell. cit. loc. num.* 18, post *Franch. in cap. per tuas* 11 1. *num.* 6. *de appellat.* & quando aggrauatio non excedit fines excommunicationis, ita *Scacc. cit. loc. num.* 7. *vers. intellige.*

4 Tertiò, vt sicut per appellationem non suspenditur ipsa censura, ita nõ suspenduntur ea, quæ habentur vti pars, & consequutiua censuræ, per *tex. in cit. cap. Pastoralis §. verum*, vbi *Abb. Franch. & alij*, *Ricciul. de iure person. cap.* 64. *num.* 8. qui *num.* 9. ex

hoc deducit, quod excōmunicatus, non obstāte appellatione per ipsum interposita à sententia excommunicationis, priuatur fructibus, & distributionibus beneficij; iste enim est effectus cōsequutiuus excommunicationis, *vt in cit. §. verum, Marant. in specul. par. 6 act. 2 princip.* in verbo *& quandoquè appellatur lim. 5. num. 179. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. princip. 21 num. 8. & lim. 21 num. 1. & seqq.* quos refert, & sequitur *Scacc. de appell. cap. 2. q. 17 limit. 2 num. 8* qui post *Abb. & Franch.* per ipsum adductos, testatur, excōmunicato subtrahēdos esse fructus beneficij, quāuis excommunicatio sit iniusta, & quauis appellatione pendente, & etiamsi in sententia excommunicationis nihil dictum sit de fructibus beneficij, *Abb. in cit. cap. Pastoralis §. verum num. 17. Marant. vbi supra nu. 5.* & etiamsi excommunicatus aliud non haberet, vndè viueret, per *gl. in cit. §. verum* vbi *Abb. num. 16.* qui tamen admittit, excommunicatum esse succurrendum nè fame pereat, saltem eleemosynaliter ex fructibus ipsius beneficij.

5 Quartò ampliatur, nam sicut appellatio non suspendit effectum excommunicationis, ita non obstante appellatione interposita à sententia excommunicationis, tenemur excōmunicatum vitare, *Abb. Franch. Ricciul. & alij cit.* etiamsi à denunciatione excommunicationis sit iterum appellatum, *Franch. in cap. peruenit num. 6. de appell. Lancellot. cit. limit. 21 num. 18.*

6 Quintò, vt sicut appellatio nō suspendit censuras, ita nec illarum absolutionem, *Cap. qua fronte, vbi Abb. & Franch. de prob. Lancellot. de attent. cap. 12. lim. 23.* per totum, *Ricciull. cit. cap. 64. num. 6. & 7.* qui vlterius addit, etiamsi absolutio sit iniusta, *Cap. venerabilibus §. fanè de sent. excomm. in 6. Vgol. de censur. cap. 13. §. 3. sub num. 3.*

7 Propositam regulam censuram, siuè eius effectum non suspendi per appellationem, restringūt DD. communiter multis modis, &

8 Primò, quando suffraganeus, vel alius iudex à quo, detulit appellationi interpositæ à decreto censuræ, vel si Metropolitanus, aut alius superior admittit appellationem; in vtroque enim casu, ex quo iurisdictio excommunicatoris remanet suspensa, non potest procedi ad publicationem, & denunciationem, *Cap. cum appellationibus de appell. in 6. Iunct. in cap. Pastoralis § verum nu. 2.* vbi etiam *Imol. Abb. & Franch. de appellat. Lancell. de atten. par. 2. cap. 12. lim. 21 num. 3. Achill. de Graff. decis. 4. nu. 4 de sent. excom* cum alijs, quos refert, & sequitur *Ricciull. de iur. person lib. 4 cap. 64 num. 5* vbi *num. 16.* dicit id non procedere, quando appellans est negligens in prosequendo appellationem, & sinat labi tempora ad prosequendum eam, ad quod allegat *tex. in cap. licèt,* vbi *DD. de sent. excomm in 6.*

9 Secundò, quando excommunicatus per denunciationem in plus ligatur; quia tunc potest appellare, & appellatio valet quoad vtrumq; effectum, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 2. num. 14. & seqq.* post *Imol. & Franch. per eum adductos, Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. lim. 22. nu. 12.* declarat *Ricciul. loc. cit. num. 18. & seqq. Quarant. summ Bull.* verbo *Archiepiscopi auctor. sub num. 20 vers. id quod.*

10 Tertiò, quando excommunicationis, vel alterius cēsuræ denunciatio, est facta post inhibitionem; nam tunc suspenditur effectus censuræ, *Lancell. de attent. cap. 10. lib. 18. Mascard. sen. variar. resol. lib. 1. cap. 112. cas. 174.*

11 Quartò restringitur conclusio in sententia censuræ lata sub conditione; hoc enim casu, si à tali censura appellatur ante impletam conditionem, non potest deueniri ad denunciationem, & talis appellatio suspēdit effectum censuræ, quod procedit, etiam

etiam post adimpletam conditionē, *Lancell. de attent. cit. limit. princip. 21. num. 30. & seqq.* post DD. per illum *tex. in cap. praeterea requisiti de appellat. Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 10. num. 4. Guttier. Canonic. qq. lib. 1. cap. 4. num. 25. Ricciull. cit. cap. 64. num. 25. & seqq.* vbi optimam affert rationē: Hæc autem procedunt in conditione de futuro, secus tamen in conditione de præterito, vel de præsenti, quia talis conditio, propriè non est conditio, *l. cum ad præsens ff. si cert. petat.* aduertit *Vgol. de censur. cap. 13. §. 5. sub num. 3. tab. 1.*

12 Quintò restringitur regula in excommunicato ignoranter, hic enim, si à die notitiæ appellet, appellatione pendente non potest denunciari, seù publicari excōmunicatus, *Frāch. in cap. Pastoralis §. verum num. 26. de appellat. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. lim. princip. 21. num. 19.*

13 Sextò restringitur etiam, quando est dubium de excommunicatione, & de ea non constat; in hoc enim casu appellatio impedit excommunicationem, & illius denunciationem, seù publicationē, *Franch. in cap. peruenit num. 6. de appell.* sequitur *Scacc. loc. cit. num. 16.*

14 Septimò restringitur quoad effectum deuolutiuum; appellatio enim interposita à sententia censuræ, præsertim ab excommunicatione deuoluit causam ad Metropolitanum, siuè alium superiorem, per *tex. in cap. ab excommunicato de rescrip. cat. 1.* vbi *DD. de except. in 6. cap. per tuas, & cap. sacro de sent. excommunic. cap. dilecto, cap. venerabilibus, et cap. licèt eod. titul. lib. 6.* nisi excommunicatio lata sit propter contumaciam, quia tunc nō potest appellari, *Gennens. in prax. cap.* mihi 28. *num* 9. qui alios citat.

15 Et licèt sententia excommunicationis non transeat in iudicatum ad effectum absolutionis obtinendæ, *Cap. ex litteris de constit. & cap. sacro §. si verò iudex de sent. excommun. Abb. in cap. consanguinei num. 9. de sent. & re iud.* & alij communiter: tamen quoad effectum deuolutionis benè transit in iudicatum, & excommunicatus, qui intra decem dies nō appellauit, nō potest coram Metropolitano introducere causam, qui non est iudex, neque excommunicati, neque excommunicantis, nisi per viam appellationis, *Cap. venerabilibus de sent. excomm. in 6. cap. ex parte de verb. signif. cap. Pastoralis de appellat.*

16 Declara tamen prædicta primò, quod licèt verum sit, excommunicatum, vel alia censura irretitum, non appellantem intra decem dies, non posse amplius appellare, & Metropolitanum per viam appellationis adire: tamen si post dictum tempus, & iam sententia transacta in iudicatum petit absolutionem à suffraganeo, qui iniustè eam denegat, tunc quasi ex nouo grauamine potest ad Metropolitanum appellari, *Cap. per tuas in fin. de sent. excomm. Abb. in cap. sacro num. 18. de sent. excomm. Fel. in cap. consanguinei num. 3. de sent. & re iud. Ricciul. de iure person. lib. 4. cap. 63. num. 14.*

17 Declara secundò, à sententia excommunicationis, vel alterius censuræ, lata sub conditione, appellari posse post decem dies à die sententiæ; non tamen potest appellari post decem dies à die purificatæ conditionis, quia, quicquid sit in alijs sententijs, à sentētia excommunicationis sub conditione lata, decem dies ad appellandum computantur à die purificatæ conditionis, non verò à die latæ sententiæ, *DD. in cap. praeterea de appellat* vbi præsertim *Frāch. & Dec. num. 7. Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 10. sub num. 4. Guttier. Canon. qq. lib. 1. cap. 4. num. 25.* contra *Panormitan. in dicto cap. praeterea num. 8.* sicut, nec appellari potest à sentētia excommunicationis, lata causa ferendi testimonium, *Gennens. in prax. cap* mihi 28. *num. 10.*

18 Octauò restringitur principalis cō-

clusio, in sententia declaratoria incursus censurarum non habere locum;ab hac enim sententia declaratoria benè datur appellatio quoad vtrumque effectum, deuolutiuum, nempè,& suspensiuum. ita communiter *DD.* & refert *Gabriel concl.* 3. *num.*59.*de regul.iur.Scacc.de appellat. cap.*2.*q.*17.*limit.princip.*22. *num.* 36. *Ricciull.de iure person.lib.*4.*cap.*64.*nu.* 30.*& seqq.*qui alios citant,*Put.decis.* 271.*num.*1.*&* 4.*lib.*3.*Rot.diuers.decis.* 100.*num.*3.*&* 31.1.*par.* & licèt sint aliqui,qui contrarium tenent, quos citat idem *Scacc.eod.loc.num.* 39. tamen prædictorum sententia communiter reijcitur ; & ratio differentiæ , quare à sententia excommunicationis non detur appellatio,& detur à declaratoria incursus, est,quia sententia excommunicationis non est ferenda ab homine , nisi concurrentibus monitione, & contumacia; vndè cum feratur super re manifesta,& de præsenti,habet naturam sētētiæ,quæ fertur super notorio,quod secus est in declaratoria, quæ fertur super re de præterito , in qua facilius potest errari,*Scacc.cit.loc.nu.* 38. *Quarant.summ.Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub nu.*20.*vers. quando verò.*

19 Hinc infertur , quod interposita appellatione à declaratoria incursus in sententiam excommunicationis, non potest declaratus publicari excōmunicatus,cùm appellatio impediat publicationem,*Franch.in cap. pastoralis num.*27.*de appell.Lancell.de attent.par.*2.*cap.*11.*lim.*21.*num.*21.& si de facto sequeretur denunciatio, siuè publicatio excommunicationis post appellationem,redderetur nulla,*Franch.eod.cap.Pastoralis §.verum nu.* 27. *de appellat.*& excommunicatus non est vitandus,*Thesaur.de pœn. Eccles.par.*1.*cap.*25.*vers. tertio modo.*

20 Limitatur tamen conclusio , quādo declaratoria incursus excommunicationis, siuè alterius censuræ habet annexum factum, super quo iudex decipi potuit;tunc enim appellatio suspendit declaratoriam , siuè sit à censuris latis ab homine, siuè à lege,*Cap.peruenit,cap.consuluit,et cap. si Romana §. final. de appellat. Fel.in cap.cum non ab homine num.*12.*de iudic.Dec.in cap reprehensibilis num.*21. *de appell.Duen.regul.*42.*num.*8.*Farinacc.q.*101.*num.* 67. *Gabriel concl.* 3. *num.* 39. *de regul. iur. Capyc. decis.*1. *num.*19.

21 Hinc per appellationem suspenditur declaratoria lata ob non paritionem mandatorum, vel ob aliam inobseruantiam,in cuius probatione iudex potuit decipi, vel quia potuit adesse iusta causa cur parere non teneatur,*Achill.de Graff.decis.*4 *num.*7. *et* 17.*de sent.excomm.Put.decis.*27.*lib.* 6.*Rot decis.diuers.*100.*num.* 3. *&* 31. *par.*1.*Marches.de commiss. in commiss. oblig.Cameral.par.*1.§.2.*num.*176.*Seraph decis.*1296.*nu.*2.qui aduertunt, quod si post appellationem ab hac declaratoria fiat denunciatio,illa reuocatur,& datur simpliciter absolutio ad beneplacitum.

22 Limitatur etiam,vt non procedat regula in declaratoria incursus in excommunicationem, aliasque censuras contra obligatum in forma Cameræ, cùm appellatio à declaratoria isto casu non suspendat publicationem excommunicationis,*Lancell.de attent.cit.loc.lim.*21.*nu.*26.*Gallesi ad form.Cameral.oblig.in* 2.*par.*3. *par. princip. in cap. reliqua de processu num.*38.*cum seqq.&* 43. *Scacc. de appellat.cap.*2.*q.*17.*limit.princip.* 22. *nu.* 45.*&* 46.& rationem affert,quia declaratoria in isto casu est pars executionis obligationis cameralis.

23 Limitatur quoque in facto notorio , in hoc enim casu appellatio à declaratoria non suspendit publicationem censuræ, & appellatio habet vtrūq; effectum,vt in *cit.cap. peruenit cap.consuluit.& cap.cum sit Romana §. final.de appellat, Fel. in cap. Rodulfus num.*41.*de rescript.Ricciull.cit.loc. nu.* 33.*&* 34. & in hoc casu dicitur noto-

torium, quando constat, appellanti à declaratoria nullam competere defensionem, ita *Dec. in cap. peruenit 1. num. 14. circa med. de appell. Thesaur. de pen. Eccles. 1. par. cap. 25. sub vers. tertio modo.*

24 Limitatur similiter, non procedere regulam in declaratoria censurarum ob non paritionem rei iudicatæ; quia cùm talis declaratoria dicatur pars executionis rei iudicatæ, meritò ab illa nõ datur appellatio quoad vim suspensiuam, *Lancell. de attent par. 2. cap. 12. lim. 21. nu. 27. Rot. in Salamantina Canonicatus 28. Ianuarij 1564. coram D. Aldobrãdino, Verall. decis. 421. Rot. diuers. decis. 101. num. 32. 1. par. Scacc. de appellat. cit. limit. princip. 22. nu. 44. Ricciull.* qui alios citat *de iure person. lib. 4. cap. 64. num. 35.*

25 Limitatur vltimò, quando appellatio præcedit excommunicationẽ, siuè declaratoriã; tunc enim suspendit effectum illius, & reddit illam nullam, *Cap. per tuas §. nos igitur de sent. excomm. cap. solet eod. titul. lib. 6. Lancell de attent. 2. par. cap. 12. limit. 23. Rot. decis. 20. vers. in quibus de appellat. in nou. Ricciull. cit. loc. num. 37.* vbi *num. seq.* dicit, id procedere, siuè appellatio sit iudicialis, siuè extraiudicialis, dummodo non fuerit lata à Prælato extraiudicialiter pro defensione Ecclesiæ.

26 Hic nota primò, à præcepto facto sub pœna excommunicationis dari appellationem quoad vtrumque effectum; appellatio enim à comminata excommunicatione suspẽdit illã, *Cap. dilecti de appellat.* vbi *Abb. nu. 2. Farinac. q. 101. nu. 70. Franch. in cap. cum cessante num. 6. de appellat. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. lim. princip. 21. num. 47.* qui refert contraria tenentes, & ab illis discedit *Genuens. in prax. cap.* mihi *28. num. 1.*

27 Nota secundò, ita dari appellationem à comminata excommunicatione, vel alia censura, vt si suffraganeus appellationem admiserit, potest Metropolitanus statim inhibere: si verò appellationem suffraganeus non admiserit, & tunc Metropolitanus potest mãdare suffraganeo, quod transmittat copiam actorum, & interim nihil innouetur: quibus actis visis per ipsum Metropolitanum, ac constito de grauamine, potest inhibere suffraganeo, vt non procedat ad excommunicationem cõminatam, & vt remittat causam, nec in ea procedat ad vlteriora circa excõmunicationem; si verò non constat de grauamine, debet remittere causam, appellatione non obstante, ita testatur de iure, & consuluisse in praxi *Quarãt. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub nu. 20. vers. censura ecclesiastica.*

SVMMARIVM.

1 *Censura à iudice ad quem relaxari, vel annullari nequit, nisi auditis partibus.*
Censuram, si iudici ad quem constiterit, esse iustam, remittitur excommunicatus absoluendus à iudice à quo.
Censuram, si iudici ad quem constiterit, esse iniustam, quid agendum.

2 *Censuræ causa pendente coram Metropolitano per appellationem, suffraganeus absoluere potest.*
Appellatio à censuris non impedit absolutionem, neque denunciationem.
Censuræ absolutio reddit faciliore causam appellationis.

3 *Censuræ absolutio à suffraganeo impartitur, etiam extra necessitatem pendente appellatione.*

4 *Censuræ absolutio impendi potest à suffraganeo, qui detulit appellationi eiusdem.*

5 *Appellans petens absolutionem à suffraganeo, videtur renunciare appellationi, nisi contrarium exprimat.*

6 *Censuræ absolutio à Metropolitano impartiri solet, interposita appellatione à suffraganeo.*

7 *Absolutio ad cautelam quid sit.*

8 *Absolutio ad cautelam quomodo per Me-*

Metropolitanum sit impartienda.

9 Absolutio ad cautelam non datur, nisi parte citata.

Absolutio ad cautelam impeditur in casu manifestæ offensionis.

10 Absolutio ad cautelam non datur à Metropolitano, nisi visis actis.

Absolutio ad cautelam de iure dari poterat non visis actis, contra hodie ex decreto S. Congregationis.

11 Absolutio ad cautelam datur, cùm dubitatur de nullitate censuræ.

Absolutio non ad cautelam, sed simpliciter datur, cùm constat de nullitate.

Absolutio ad cautelam datur, cùm dubitatur de nullitate censuræ, contra, si de iustitia, vel iniustitia.

12 Absolutionem petens, nullitatem specificam an allegare, vel deducere debeat, & quando.

13 Absolutio ad cautelam vt impartiatur, capienda est informatio, et qualis in sententia censuræ diffinitiua, ac qualis in interlocutoria.

Absolutio ad cautelam danda est hodie cognita nullitate ex actis, aliàs probata.

14 Absolutionis impartiẽda ad cautelam nullitas sufficiens erit, si lata post appellationem sit sententia in casu appellabili.

Absolutionis ad cautelam dandæ nullitas sufficiens erit, si sententia contineat errorem expressum.

Absolutionis ad cautelam dandæ nullitas sufficiens erit, si excõmunicentur participantes absque monitione, si à non iudice feratur sententia, vel ab excommunicato, vel à delegato contra voluntatem delegantis, si ab intruso, à iurisdictione suspenso, vel violatore interdicti, vel contra subditum priuilegiatum.

15 Absolutio ad cautelam requirit, quod dubitetur de nullitate excommunicationis latæ ab homine.

Censura lata ab homine nullæ esse possunt, secus à iure.

Censura Synodales censentur iuridicæ.

16 Absolutio ad cautelam datur, cùm dubitatur de nullitate excommunicationis latæ ab homine, vel à iure, si adsit dubium facti, vel iuris probabile.

17 Absolutio ad cautelam datur ad breue tempus, & quale illud sit.

Absolutio ad cautelam dari potest pro diebus quindecim, Romæ autem datur ad bimestre, & quare.

18 Absolutio ad cautelam datur cum reincidentia.

Absolutus ad finem testamentum ferendi, vel eligendi, electione, vel depositione facta reincidit.

19 Absolutionem ad cautelam impartiens Metropolitanus, cautionem exigit de stando iuri, & parendo mandatis.

Absolutio ad cautelam sustineri posset absque cautione, & quare.

20 Absolutioni ad cautelam præponi potest iuratoria cautio, quod si de ea dubitetur est exigenda fideiussoria.

Excommunicatus ob non paritionem mandatorũ, non est absoluendus cum cautione iuratoria, sed fideiussoria.

21 Absolutioni ad cautelam opponi potest manifesta offensa, exigique satisfactio.

22 Absolutionem ad cautelam impedit manifesta offensa, & quanam ea sit.

Absolutionem ad cautelam impedit notorietas offensæ, semiplenè probata infra octo dies.

23 Absoluendus ad cautelam, tenetur soluere expensas, cùm ob manifestam contumaciam fuit excommunicatus.

Absolutio ad cautelam non impeditur prætextu incertæ quantitatis expensarum, sed soluto certo, præstatur cautio de incerto.

24 Cõtumacia manifesta in quo consistat.

25 Absoluendus ab excommunicatione ob manifestam contumaciam, tenetur præstare cautionem de iudicio sisti coram excommunicatore.

Cautionis appellatione intelligi potest sola promissio.

Absolutionem ad cautelam, an iuratoria, vel fideiussoria præcedere debeat cautio, remittitur arbitrio iudicis.

Absoluendus ad cautelam, si contra iura-

iuramentum proprium venire dubitetur, fideiussoriam praestare debet.

26 Absolutio ad cautelam datur ab omnibus censuris, praeterquam ab interdicto generali.

27 Absolutio ad cautelam est inducta ex gratia.

Absolutio ad cautelam difficilius, quã simplex est impartienda.

28 Absolutionem ad cautelam dare, an cogi possit superior, ubi duplex opinio.

29 Absolutio ad cautelam dari potest, à suffraganeo iudice à quo, & à Metropolitano iudice ad quem.

30 Absolutio ad cautelam à Metropolitano dari potest, etiam appellatione interposita à suffraganeo ad Papam.

31 Absolutio ad cautelam non potest peti per procuratorem, nisi cum speciali mandato.

Absolutionem petere non potest Canonicus pro alio, nec prior pro monaco.

Excommunicationis nullitatem declarari, petere potest quis cum generali mandato, non absolutionem.

ARGVMENTVM.

De absolutione à censuris, praecipuè de ea, quae datur ad cautelam.

CAP. CXX.

1 Dictum est Cap. praecedenti de appellatione à censuris; hic dicemus aliqua de absolutione à censuris in terminis appellationis à suffraganeo ad Metropolitanum. Et quidem praemittendum est, quod censura ecclesiastica, in appellantem prolata, relaxari aut nulla declarari per iudicem appellationis non potest nisi auditis partibus, & causa cognita, & tunc si constiterit, eam iustam esse ad iudicem, qui excommunicauit, appellans remittendus est, vt ab ipso iuxta sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem praestiterit obtineat: si verò, iniustam esse, clarè apparuerit, superior absolutionem impendat: si dubitetur, honestius est, vt ad excommunicatorem intra breuem aliquẽ competentem terminum eidem praefigẽdum, absoluendus remittatur, licèt etiam superior hoc casu id ipsum per se praestare iure possit; his verbis declarasse Sacram Congregationem, refert *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas post nu. 20. vers. censura ecclesiastica.*

2 Nota primò, quod suffraganeus potest pendẽte appellatione ad Metropolitanum à sententia excõmunicationis, vel alterius censurae, ipsum excommunicatum absoluere: Ratio est, primò, quia dictũ est *Cap. praecedenti*, appellationem à sententia excommunicationis, non solùm non suspendere denũciationem excommunicationis, sed nec etiam effectum absolutionis. Secundò, quia absolutio tendit in faciliorem exitum causae appellationis, *Abb. in cap. qua fronte num. 1. Franch. num. 27. & seqq. & Dec. num. 17. de appellat. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. princip. 4. num. 10. & 25. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 3. num. 39. Ricciull. de iure personar. lib. 4. cap. 64. num. 6.* post *Vgol. de censur. tab. 1. cap. 13. §. 5. sub num. 3.*

3 Et hoc non solùm verum est, quãdo excõmunicatus est in mortis articulo, quod indubitatum est, *Lancell. cit. loc. lim. 43.* sed etiam extra casum necessitatis, *Frãch. in cit. cap. qua fronte num. 18. de appellat.* vbi etiam *Dec. num. 17. Scacc. cit. loc. num. 41.*

4 Item ampliatur, posse suffraganeum absoluere excommunicatum, qui appellauit à sententia excommunicationis, etiamsi ipse suffraganeus detulisset appellationi, *Franch. cit. cap. qua fronte nu. 9.* quem refert, & sequitur *Scacc. vbi supra num. 42.*

5 Aduerte, quod excommunicatus petendo absolutionem à suffraganeo, videtur renunciare appellationi interpositae ad Metropolitanum, nisi pro-

protestetur, quod non intendit renunciare appellationi, *Franch. in cap. solicitudinem nu. 16. de appellat. Scac. de appellat. q. 17. lim. 2. num. 44.* & latius *num. 60.* vbi cum distinctione melius loquitur; quod si excommunicatus petat absolutionem à suffraganeo, qui sit cogniturus de iustitia, vel iniustitia causæ, & tunc videtur renunciare appellationi; si verò absolutionem petat simpliciter, & tunc non videtur renunciare appellationi accedente protestatione.

6 Nota secundò, quod interposita appellatione à suffraganeo ad Metropolitanum à sententia excommunicationis, solet quandoque Metropolitanus absoluere ad cautelam excommunicatum, prout in *Cap. per tuas de sentēt. excomm. cap. solet. & cap. venerabilibus eod. titul. lib. 6.* de qua absolutione habetur etiam in *Cap. ad præsentiam de appellat. in cap. veniens il 2. de testib. Cap. Apostolicæ de exception. Cap. cum desideres §. 1. & cap. venerabilibus de sent. excomm & in cap præsenti eod titul. in 6.* tractant *Ioan. And. Innoc. Host. & Io. Monach. in cit. cap. solet de senten. excomm. in 6. Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num. 14. Genuens. in praxi cap* mihi 5. *Ricciull. de iure personar. lib. 4. cap 66. Cardin. Tusc. pract. concl. 1. par. conclus 46. 47. & 48.* de qua materia dicam ego aliqua.

7 Primò, absolutio ad cautelam est vera, seù putatiua ab ecclesiastica censura liberatio, secundum *Quarant. cit. loc* vel est à vera, seù apparēte censura liberatio eos, quos res tāgit prospiciens, secundum *Ricciull. cit. loc.* qui testatur, definitionem esse ex mente *Io. And. in cit. cap. solet.*

8 Secundò de hac absolutione ad cautelam quomodo, & quando sit danda, extat *decretum Sacræ Congregationis*, quod refert *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas post num. 20. Barbos. collect. ad Concil. Trid sess. 23. de ref. cap 1. nu. 27 & alij* huiusmodi sub tenore: *Absolutio ad cautelam non nisi parte citata, & visis actis; cùm dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel à iure, si occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit; tuncq; ad tempus breue cum reincidentia, & præstita per excōmunicatum cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantùm, & si iuxta formā à iure præscriptam apparebit, quem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare, et si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, et cauere de iudicio sisti coram excommunicatore, quis tenebitur priusquā ad cautelam absoluatur*, hactenus *Sacra Congregatio*, quibus in terminis, dicendum est

9 Tertiò, absolutionem ad cautelā non posse dari à Metropolitano, nisi parte citata, ita *Congregatio in citato decreto*, antequam concedatur hæc absolutio, citanda est pars, cuius interest, idest ad cuius instātiam excōmunicatio fuit lata, & si fuit lata à suffraganeo, ex officio citandus est ipse suffraganeus: & ratio potest esse, quia cùm hæc absolutio possit impedi i in casu manifestę offensæ, meritò debet ipsa pars citari, *Cap. venerabilis §. porrò in fin. de off ordin. DD.* communiter *in cit. cap. solet, Quarant. cit. loc. nu. 14. uers. quinta conclusio, Genuēs. in prax. cap.* mihi 5 *n. 5.* vbi licèt contrarium referat fuisse seruatū in praxi ante dictum *decretū Sacræ Congregationis*, post verò dicit, partem esse omninò citandam, *Ricciull. vbi supra num. 43.* nisi periculum esset in mora, *Quarant. & Genuens. cit. loc.*

10 Quartò Metropolitanus non potest cōcedere absolutionem ad cautelam ab excommunicatione lata per suffraganeum non visis actis, vt in *decreto Sacræ Congregationis*, & licèt verum sit iuxtà terminos iuris communis, absolutionem prędictam posse dari, etiam antequam iudex de veritate causæ cognoscere incipiat, *Cap. venerabilibus § sed si ex causa,*

ſa, vbi *Franch. de ſenten. excomm. in 6. Quarant. ſumm. Bull.* verbo *Archiepiſcopi auctoritas ſub num.* 15. *verſ. ſexta concluſio*, & etiam, antequam cognoſcat, an benè, vel malè ſit lata excõmunicatio, dummodo conſtet, infra decem dies eſſe appellatum, ſecundum *Card. Tuſc.* 1. *par. concluſ.* 49. *nu.* 1. tamen hodie vigore *dicti decreti* non poteſt impendi, niſi viſis actis.

11 Quintò inter alia requiſita, ad hoc, vt Metropolitanus poſſit in cauſa appellationis à ſentẽtia excommunicationis dare abſolutionẽ ad cautelam, eſt, vt concurrat dubium de nullitate excommunicationis, vt ex illis verbis *decreti Sacra Congregat.* ibi, *cum dubitatur de nullitate excommunicationis*. Ad quæ verba, nota primò, quod requiritur dubium nullitatis excõmunicationis, id eſt, quod dubitetur; vndè ſi clarè cõſtet abſq; dubio de nullitate ſententiæ, tunc eſt concedenda abſolutio ſimpliciter, non verò ad cautelam, ita poſt *Cardin. Alex. in cap. quoties* 2. *q.* 6. docet *Quarant. ſub. cit. num.* 14. *ſub verſ. ſecunda concluſio*, & poſt *Ioan. And. Domin. Anch. Franch. in cap. ſolet*, & *cap. venerabilibus* §. *ſanè de ſent. excomm. Genuenſ. in prax. cap.* mihi 5. *nu.* 2. ſecundò noto, requiri, quod dubitetur de nullitate excommunicationis; vndè ſi dubitetur de iuſtitia, vel iniuſtitia excommunicationis, nõ eſt concedenda abſolutio ad cautelam, quia excommunicatio, ſiuè iuſta ſit, ſiuè iniuſta ligat, & ſtante ligamine eſt concedenda abſolutio ſimpliciter, ita *cit. loc. Quarant. et Genuenſ. Ricciull. de iure perſon. lib.* 4. *cap.* 66. *num.* 28. quod locum habet in quacunque ſpecie nullitatis, *Io. And. in cap. ſolet nu.* 1, vbi etiam *Anch. nu.* 1. *Gemin. num.* 6. & *Franch. num.* 9. *de ſent. excomm. Couar. in cap. alma mater* §. 12. *ſub num.* 7. *verſ. primum non tantum*, *Henric. de Bott. tract. de Synod. Epiſc. par.* 3. *concl.* 13. *num.* 112. quos refert, & ſequitur *Ricciull. cit. loc. nu.* 7. qui omnes citati id ampliant, etiamſi prætendatur nullitas ex defectu iuriſdictionis, vel exemptionis, ſecundum *Genuenſ. cit. loc. num.* 2.

12 Vndè petens abſolutionem ad cautelam ex capite nullitatis, non tenetur allegare in petitione ſpecificam nullitatem, cùm quælibet ſufficiat, licèt teneatur deindè ad effectum obtinendi abſolutionẽ ad cautelam deducere nullitatem in ſpecie, *Ricciull. cit loc. num.* 8. ad quod allegat *Rot. deciſ.* 6. *de ſent. excomm. in antiq. Ioan. And. Gemin.* & *Franch. in cit. cap. ſolet*, & ita intelligendus eſt, *Genuenſ. cit. num.* 2. *in fin.*

13 Hinc etiam DD. dicunt, de hac prætenſa nullitate ad finem habendi abſolutionem ad cautelam capiẽdam eſſe aliqualem informationem, *Rot. deciſ.* 4. *de ſenten. excomm. in nou. Put. deciſ.* 41. *nu.* 2. *lib.* 1. *Cæſar de Graſſ. deciſ.* 1. *de ſent. excomm.* quę informatio, ſi ſumus in appellatione interpoſita à diffinitiua, ſufficit ſummaria, *Rot. deciſ.* 4. *de ſent. excomm. in antiq.* & admittitur, ſi ſit per vnicum teſtem, vel inſtrumentum denunciationis, aut per aſſertionem excommunicati iuramento vallatam, *Rot. deciſ.* 8. *de ſent. excomm. in nou. Couar. in cap. alma mater par.* 1. §. 12. *col. penult. verſ. ſanè potius*; ſi verò ſumus in appellatione interpoſita ab interlocutoria, requiritur plenaria probatio, per *tex. in cap. venerabilibus* §. *final. de ſent. excomm. Couar. cit. loc.* multa *Ricciull. de iure perſonar. lib.* 4. *cap.* 66. *nu.* 38. & *ſeqq. Genuenſ. in prax. cap.* mihi 5. *num.* 6. quibus adde, quod cùm hodie non poſſit concedi abſolutio ad cautelam, niſi viſis actis, vt per propoſitum *decretum Sacra Congreg.* ſequitur, quod ſi ab ipſis actis conſtet de nullitate excommunicationis, nõ ſit inueſtiganda alia probatio; ſi verò non conſtet, tunc recurrendum eſt ad prædicta.

14 Proponuntur nonnulla exempla nullitatum, de quibus dum dubitatur, poteſt Metropolitanus in cauſa appellationis à ſententia excommunica-

nicationis absoluere ad cautelam. Primum est, quando excõmunicatio est lata post legitimam appellationẽ in casu appellabili, vt in *cit. cap. solet, & cap. venerabilibus §. sed si ex causa, et §. final. de sent. excomm. Cap. per tuas*, vbi *gl.* in verbo *ad cautelam eod. titul. lib. 6. Fed. de Senis consil. 198. in princip.* Secundum est, quando sententia continet errorem patẽter expressũ, *cit. cap. solet, & cap. venerabilibus §. potest quoque, Abb. in cap. per tuas nu. 11. de sent. excom.* Tertium est, quãdo excommunicatio est lata contra participantes cum excommunicato in locutione, salutatione, & similibus, non præmissa monitione canonica, *Cap. statuimus de sentent. excomm. in 6. Ricciull. cit. loc. nu. 33* vbi refert declarationem Sacræ Congregationis. Quartũ est, si dicatur, quod iudex nõ erat is, qui tulit sententiam, *Cap. 3. de consuetud. cap. olim de priuil.* Quintum est, si à iudice suo lata est, qui tamen est excõmunicatus, *Cap. audiuimus 24. q. 1.* Sextum est, quando excõmunicatio est lata à delegato cõtra volũtatẽ delegantis, *Cap. vltimo de præb. cap. auctoritate de priuil. in 6.* Septimũ est, si ab intruso, vel à iurisdictione suspẽso, *Cap. alienationes 12. q. 2.* Octauum est, si feratur à violante interdictũ hominis, *Cap. tanta il 1. de excess. Prælat.* Nonum est, quando Prælatus subditum excõmunicat cõtra tenorẽ sui priuilegij, *Cap. cum capella, & cap. quanto de priuil.* Hæc, & alia adducit *Gl.* in verbo *ad cautelam in cap. præsenti de sentent. excomm in 6.*

15 Sextò ad hoc, vt possit Metropolitanus in casu appellationis absoluere ad cautelam, requiritur etiam, quod dubitetur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ; & ratio est, quia excommunicationes latæ ab homine possunt esse nullæ, secus dic de latis à iure, *Quar. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub num. 14. Genuens. in prax. cap.* mihi 5 *nu. 3.* qui aduertunt ad hunc effectum, censuras latas à statutis Synodalibus dici latas à iure.

16 Septimò potest dari absolutio ad cautelam, non solùm, quando dubitatur de nullitate excommunicationis latæ ab homine, sed etiam latæ à iure, si occurrat dubiũ facti, vel probabile dubium iuris, vt ex verbis adducti *Decreti Sacræ Congregationis*, ex quibus clarè habemus, concedendam esse absolutionem ad cautelam ab excommunicatione lata à iure, solùm, quando in ea occurrit dubium facti, vel dubium iuris, sed probabile, aduertit etiam de iure cõmuni, *Ioan. And. in cap. solet sub nu. 11. de sentent. excomm. in 6.* & alij apud eum, *Quarant. & Genuens. loc. cit.*

17 Octauò absolutio ad cautelam est concedenda ad breue tempus, prout ex eodem *cit. Decreto Sacræ Congregationis*, ibi, *& tunc ad tempus breue*: dicitur tempus breue idem, ac modicum, & quantũ sit hoc breue tempus, in iure non statuitur, & secundũ diuersas materias reperitur diuersæ taxationes, refert *Menoch. de arbitr cas. 31. num. 4.* qui *num. 5.* concludit, remitti iudicis arbitrio quale sit modicum, & breue tempus, *Gl. in l. 1. §. quod autem de superfic.* vbi etiam Bart *& in l. cum quidam num. 12. ff. de leg. 2. & in l. si in insulam num. 3 ff. de verb. oblig.* & hæc est vera sententia, nempè, remitti iudicis arbitrio quale sit breue tempus: Ego verò iudicãs in Curia Metropolitana Capuana pluries absoluendo ad cautelam appellantes à suffraganeis, practicaui absoluere per dies quindecim; & licèt dignissimi iudices Vrbis, præsertim Auditores Cameræ soliti sint absoluere cum reincidentia appellantes per duos menses; hoc tamen est, quia iudices Vrbis magis distãt, quam Metropolitanus.

18 Nonò absolutio ad cautelam fit ad breue tempus, vt dictum est, & cũ reincidentia elapso tempore prædicto, ita vt statim elapso tempore absolutionis ad cautelam, absolutus reincidat in eandem excommunica-

tio-

tionem absque alia declaratione, ita post *Dec. consil.* 145. *num.* 4. docet *Genuens. in prax. cap.* mihi 5. *num.* 10. vbi pòst alios aduertit, testem absolutum cum reincidentia ad finem testimonium ferendi, & canonicus ad finem eligendi, facta testificatione, vel electione, statim reincidere in eandem excommunicationem absque alia declaratione.

19 Decimò, quando Metropolitanus absoluit ad cautelam excommunicatum appellantem à suffraganeo, vt supra, debet ab eodem exigere cautionem de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ, prout disponit propositum *Decretum Sacræ Congregationis* in illis verbis, *præstita per excommunicatum cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantùm*; & hoc est etiam de iure communi, à quo exigitur in absolutione ad cautelam cautio prædicta, per *tex. in cap. ex parte de verb. signif. in cap. cùm cõtingat de off. deleg. cap. venerabilibus* §. *sed si ex causa, &* §. *final. de sẽt. excom. in* 6. vbi disponitur, quod hæc absolutio fieri debeat iuxtà Ecclesiæ formam, quæ forma illa est, vt præstetur cautio, saltẽ iuratoria, *Cap. ex tenore, & cap. cum desideres de sent. excomm.* & licèt contra hanc sententiam posset adduci decisio *Rot. in nouiss.* 36. *in fin. de procurat.* tamen decisio communiter non est recepta, & contrarium verissimum testatur *Ricciull. de iure person. lib.* 4. *cap.* 66. *num.* 44. *vers. prior opinio*, qui *nu.* 48. tenet, quod licèt hæc cautio requiratur, cùm id sit ad cautelam magis, & ex consuetudine Ecclesiæ, quàm ex rigore, si de facto non interueniat, absolutio sustinetur, per *tex. in cap. cum desideres*, vbi *DD. de sent. excomm. Abb. in cap. qua fronte de appellat.*

20 Sed hìc aduerte, quod licèt dictũ sit, sufficere cautionem iuratoriam ad obtinendam absolutionẽ ad cautelam, tamen si dubitetur, quod absoluendus possit venire contra iuramentum, tunc est exigenda cautio fideiussoria, colligitur ex *Cap. Clericus de cohabit. Cler. & mul. Abb. in cit. cap. qua fronte num.* 18. vbi etiam *Franch. num.* 20. *vers. secundus casus*, *Ricciull. cit. loc. num.* 46. qui *num.* 47. vlterius dicit, quod si quis est excommunicatus, quia non paruit iuri, non est absoluendus ad cautelam cum sola cautione iuratoria, sed requiritur fideiussoria, per *gl. in cit. cap. qua fronte* verbo *cautione*, *& Franch. eod. loc.*

21 Vndecimò, in absolutione ad cautelam est exigenda quandoque satisfactio, scilicèt quando iuxtà formam à iure præscriptam constet, petentem fuisse excommunicatum ob manifestam offensam, vt ex iisdẽ verbis decreti propositi, & disponitur de iure communi in *Cap. soles de sent. excomm.* vbi *Ioan. And. num.* 14. *et* 15. Hinc DD. aduertunt, quod petẽti absolutionem ad cautelam potest obiici de manifesta offensa; & offensa propriè dicitur illa, quæ consistit in faciẽdo, veluti, si quis monitus dare, vel facere, quod tenetur, minimè dat, vel facit, ita post alios exemplificat *Ricciull. loc. supra cit. num.* 51.

22 Hæc autem offensa, quæ impedit absolutionem ad cautelã, debet esse manifesta, & dicitur illa, quæ notoria est, & constat per confessionem, vel probationem legitimè factam, vel per rei euidentiam, quæ nulla tergiuersatione celari potest, *Cap. cũ olim de verb. signif. gl. in cit. cap. soles*, verbo *manifesta*, vbi *Gemin. num.* 12. Et ad probandam talem notorietatem sufficit semiplena probatio, facta etiam per publicam vocem, & famam, *Fel. in cap. apostolica col. fin. vers. dicitur de except. Rot. decis.* 6. *eod. titul. in nouiss.* Quæ probatio est facienda infra terminum dierum octo à die talis exceptionis propositæ, ita vt, si infra dictum tempus non probetur manifesta offensa, non potest impediri absolutio ad cautelam, & terminus currit de momento ad momentum, *Gemin. in cit. cap. soles nu.* 14.

Digitized by Google

vers.quod si iste,& vers.an in isto, vbi etiam *Franch.num.7.Rot.decis.4.de sent.excomm.in antiq.*

23 Duodecimò absoluendus ad cautelam tenetur etiam quandoque soluere expensas,& tunc est,quando fuit excommunicatus ob manifestā contumaciam, vt ex verbis *adducti decreti*, & est iuxtà terminos,*Cap.solet de sent.excom.in 6.*& ad istum effectum offensa,& contumacia æquiparantur, *Egid.decis.684.* vndè sicut in casu manifestæ offensæ non datur absolutio ad cautelam, nisi præmissa satisfactione, vt dictum est paulò ante,ita etiam in casu manifestæ cōtumaciæ; quo in casu facienda est vlterius satisfactio expensarum,in causa excommunicationis iustè factarum, vt in *dicto decreto*, & *cit.cap. solet*,vbi *Ioan.And.num.5.* & alij cōmuniter: Quod si de hac satisfactione dubium sit inter partes, ad arbitrium iudicis recurrendum est secūdum *Io.And.cit.loc.*qui vlterius addit,quod si constet de aliqua parte, & de alia est dubiū,non per hoc differenda est absolutio ad cautelam; sed tunc fit satisfactio de quantitate certa, & præstatur cautio quantitatis dubiæ.

24 Dicitur manifesta contumacia, idest vera,& est,quæ consistit in non veniendo,vt post *Gemin.in cit.cap.solet num.14.vers. quaero de qua offensa*, & ibidem *Staph.Costam sub num. 15.* aduertit *Ricciull.de iure personar. lib. 4.cap.66.num.51.*

25 Decimotertiò excommunicatus ob manifestam contumaciam,vt supra,non solùm tenetur satisfacere, vt dictum est ad hoc, vt possit absolutionem ad cautelam obtinere,sed etiam tenetur præstare cautionem de iudicio sisti coram excommunicatore, vt in vltimis verbis *dicti Decreti Sacræ Congregationis*:Et quia hìc fit mētio de cautione in genere, posset dici,solam promissionem sufficere, cùm cautionis appellatione sola promissio intelligatur, *l. Sancimus C.de verb.signif.Tusc.cōclus.167. num.1.*Sed melius dicendum est, remitti iudicis arbitrio,an sufficiat iuratoria, vel requiratur fideiussoria, *Menoch.de arbitr.cas 140.num.2.* qui iudex,si cognoscat,quod qui cautionem præstare tenetur, possit venire contra proprium iuramentum, tunc non debet admittere cautionem iuratoriam, sed exigere fideiussoriam, colligitur ex *Cap. Cleros de cohabit. Cler.& mulier.Abb.in cap.qua fronte de appell.nu. 18.* & dictum est hìc supra *vers.sed hìc aduerte.*

26 Decimoquartò,absolutio ad cautelam datur ab omnibus cēsuris, & q.dē ab excōmunicatione, probatur in *cap solet,& cap.venerabilib.de sent. excom.in 6.&cap.per tuas extra eodē*;à suspēsione,ꝓbatur in *Cap. venerabili de sent.excom.& cap. Apostolica de except.*ab interdicto ꝑsonali,& speciali ꝓbatur in *Cap.præsenti de sent excom. in 6.* Non tamen datur hæc absolutio ad cautelam ab interdicto generali, prout in *dicto Cap. præsenti*, vbi DD. communiter; ita docent etiam moderni,ita *Genuens. in prax. cap.*mihi *5.num.1.Ricciull.de iure personar.lib.4.cap.66.num.12.& 13.*

27 Decimoquintò, absolutionem ad cautelam secundum magis communem, & veriorem sententiam fuisse inductam ex gratia, defendunt in *Cap.solet de sent.excomm. in 6. Ioann. And.num.13.Gemin.num.9.Anch.nu. 2.Franch.num.12.vers.8. quæris, Couar.in cap.alma mater par. 1.§.12.nu. 8.vers. iudex verò*, *Genuens.in prax. cap.*mihi *5.nu.7. Ricciull.loc.supracit. num.13.vers.altera verò*,qui *num.16.* ex hoc deducit, quod absolutio ad cautelam,veluti gratiosa,& contra iuris dispositionem inducta, difficilius est concedenda, quàm absolutio simplex, *Rot.decis. 36.de procur. in nou.*

28 Dubium potest hìc esse,an teneatur iudex præsertim Metropolitanus dare petitam absolutionem ad cautelam; Et quidem respondet *Genuens.*

Digitized by Google

nuens. in prax. cit. cap. 5. num. 7. post *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub nu.* 14. *vers. quarta conclusio*, quod cùm absolutio ad cautelã sit ex gratia, ad eam faciendam non potest compelli Archiepiscopus, vel alius, ad quem spectat; & hæc opinio probatur etiam ex *cit. cap. venerabilibus* §. *sed si ex causa*, & §. *potest*, & §. *fin.* vbi Summus Põtifex loquẽs de absolutione ad cautelam, vtitur verbis potestatiuis, non necessarijs; Contrariã sententiã probat ex *Cap. solet de sent. excomm. in* 6. vbi Summus Pontifex mãdat, quod hæc absolutio non negetur, & alijs rationibus, *Vgol. de censur. tab.* 1. *cap.* 22. §. 1. *num.* 15. & sequitur *Ricciull. de iure personar. lib.* 4. *cap.* 66. *num.* 18. *vers. contrarium, & seqq.* vbi benè respondet dispositioni *Cap. venerabilibus*, & *num.* 20. *in fin.* concludit, quod ita est necessariò danda hæc absolutio ad cautelam in casu permisso, vt ab illius denegatione detur appellatio.

29 Decimòsextò, absolutio ad cautelam dari potest ab ipso suffraganeo excommunicatore, & à Metropolitano, ad quem delata est causa per legitimam appellationem, ita DD. *in cap. per tuas de sent. excomm.* præsentit *Ioan. And.* & *in cap. solet* cũ alijs, quos citat, & sequitur *Ricciull. cit. loc. nu.* 21. post *Vgol.* vbi supra *nu.* 19. vbi etiam, quando delegatus, *Genuens. in prax. cap.* mihi 5. *num.* 8.

30 Ampliatur conclusio, vt nõ solùm possit Metropolitanus absoluere ad cautelam, quando appellatio interposita est ad ipsum; sed etiam pendente appellatione, interposita ab Episcopo ad Papam, *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas sub num.* 14. *vers. septima conclusio, Genuens. in prax. cit. cap.* 5. *num.* 9.

31 Decimoseptimò, absolutio ad cautelam non potest peti à procuratore, nisi habeat speciale mãdatum, cùm non sufficiat ad hoc generale, *Genuens. in prax. cit. loc. nu.* 12. & *Ricciull.* vbi *supra nu.* 41. qui alios citat, & ex hoc deducunt cum *Rot. decis.* 36. *de procur. in nou.* canonicum pro canonico alio, & priorem pro suo monacho non posse petere absolutionem ad cautelam, quicquid sit de nullitate excommunicationis, quam petere potest declarari procurator cum generali mandato.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non suspẽdit à decreto visitationis, et correctionis morum, vbi DD. ad materiam.*

2 *Appellatio denegatur quoad suspensiuum ab ijs, quæ à visitatione procedunt, & quænam ea sint, standum est dicto Ordinarij.*

3 *Appellari nequit quoad suspensiuum à visitatis prætextu allegationis priuilegij, et exemptionis; contra si constet de priuilegio.*

4 *Appellatio non solùm, sed neque inhibitio, impedit executionem visitationis.*

5 *Appellatio non suspendit decreta visitationis, si ea pertineant ad mores, contra si ad alia.*

6 *Appellatio à visitatione, & morum correctione non suspendit, si absque processu, contra si cum eo.*

7 *Appellatio datur ab excessu correctionis morum in visitatione, expressa tamen causa.*

8 *Appellatio à decreto visitationis, & correctionis morum, deuoluit negotium, non suspendit.*

9 *Appellatio à decreto suffraganei deuoluit causam visitationis ad Metropolitanum, licèt procederet vt delegatus, & quare; secus in alijs causis, quæ sub iurisdictione eius non sunt.*

10 *Visitans allegari nequit suspectus à visitatis quoad correctionem morum, si processum non formet, nec excedat modum.*

ARGVMENTVM.

Appellatio à decretis visitationis, & morum correctionis an, & quando suspendat, & deuoluat causam.

CAP. CXXI.

1 Reuertor ad materiam, à qua discessi, nempè quibus in casibus non admittitur appellatio; & dico, à decretis visitationis, & correctionis morū non dari appellationē, quoad effectum suspensiuum, ita vt executio prædictorum decretorùm impediri non possit, quamuis appelletur, disponit *Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 10.* notant *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 18. princip. num. 6. Raginell. de appellat §. 2. cap. 3. nu. 46. Soor. de Pace in pract tom. 2. par. 5. cap. vnico nu. 14. Marches. de commiss. par. 1. de commiss. appell. extr. Rom. Cur cap. 6. num. 78. fol. 78. in 2. impress. Curi. Philip. par. 1. §. 7. num. 10. Fr. Emmau. qq. regul. to. 2. q. 6. art. 2. Leon. in thes. for. Eccles. par. 2. cap. 2. nu. 77. Armend. in addit. ad recap. legum Nauarræ lib. 1. titul. 6. de visit. nu. 104. & seqq. Scac. de appell. cap. 2. q. 17. limit. princip. 26. Valast alleg. iur. tom. 1. alleg. 70. nu. 5. cum seqq. Sayr. in clau reg. lib. 8. cap. 2. num. 13. Piasec. in prax. Episcop. par. 2. cap. 3. num. 61. Ricc. in prax. 2. par. resol. 7. Salgad. de protect. Reg. tom. 1. par. 2. cap. 10. nu. 26. Nouar. pract. conclus. titul. de appell. concl. 3. aliàs 33.*

2 Ampliatur primò proposita sententia, vt non solùm denegetur appellatio quoad effectum suspēsiuum ab ipsa visitatione; sed etiam ab his, quæ ex ipsa visitatione procedunt, probatur ex vltimis verbis *Concil. Trid. cit. cap. 10. ibi, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint,* docēt *cit. loc. Marches. & Scacc. num. 2.* Quod vlterius verū est, non solum, si prædicta mandata, decreta, aut iudicata facta fuerint in actu visitationis, sed etiam si extra actum visitationis, dūmodo facta sint ratione visitationis, & in hoc est credendum assertioni Ordinarij, asserentis, ea fieri ratione visitationis, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. princip. 18. num. 8. & 9. Nouar. cit. conclus. 3. num. 2.*

3 Ampliatur secundò, non dari appellationem quoad effectum suspēsiuum, & ad impediēdam executionem visitationis, etiā si visitati exceptionem, vel priuilegium allegarent dummodo Episcopus visitans non procedat in exemptos, & priuilegiatos cōtra eorum priuilegia, & exceptiones; quia tunc daretur appellatio quoad vtrumque effectum, si de priuilegio, vel exemptione constet, resoluunt *Marches. de commiss. par. 1. de commiss. appell. extr. Roman. Cur. cap. 6. nu. 78. Ricc. in prax. 2. par. resol. 7. nu. 3. vers. verum, Barbos. de potest. Episc. opi 2. par. alleg. 73. num. 74.* Et hoc vltimum est adeo verum, nempè dari appellationem simpliciter, quando Episcopus procedit visitando exemptos, & priuilegiatos contra eorum exemptionem, & priuilegium, vt habeat locum, etiamsi visitaret, & procederet tanquam sedis Apostolicæ delegatus, tunc enim validè appellari potest ad Metropolitanum, vt ex infra dicendis hoc *Cap.*

4 Ampliatur tertiò, non solùm appellationem non suspendere executionem decretorum visitationis, sed nec etiam inhibitionem, disponunt aperta verba *Concil. Trid. cit. cap. 10. ibi, aut vlla inhibitio,* aduertit *Scacc. alleg. limit. 26. num. 5. & 6.*

5 Declara primò suprapositа, tunc appellationem non suspendere executionem decretorum visitationis, quando hæc decreta sunt facta ad correctionem morum: duo enim requiruntur in his terminis ad denegandam appellationem quoad effectum suspēsiuum, nempè quod Episcopus visitet, & mores corrigat, ita ante *Concil. Trid.* statutum erat in

Cap.

Cap. irrefragabili de off. ordin. & cap. ad nostram de appellat. vndè, si Episcopus visitando sanciret super alijs, his non concurrentibus, aliud esset, veluti, si ordinaret, quod distributiones quotidianæ augerentur ex fructibus in Ecclesijs, in quibus augendæ non sunt, tunc appellatio suspẽdet, ita *Gonzal. Mend. lib. 1. diuers. iur. argum. cap. 19. num. 9.* testans, fuisse declaratum per *Sacr. Congreg.*

6 Declara secundò, prædicta procedere, quando Episcopus visitans procedit absque processu, & sine scriptis, etiam carcerando, & carceratos detinendo; quia si procederet formato processu, & seruatis seruandis, tunc daretur appellatio, etiam quoad effectum suspensiuum, *Leon. Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 2. num. 77. Barbos. in collect. ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 10. nu. 3. Nouar. pract. conclus. titul. de appellat. concl. 3.* aliàs *33. nu. 5.*

7 Declara tertiò, prædicta non habere locum, quando Episcopus visitando, & mores corrigendo excederet; tunc enim ab excessu in corrigẽdo, etiam sine processu, & scriptis, datur appellatio quoad vtrumq; effectum, quia nulla datur causa, in qua possit prohiberi appellatio ab excessu, dummodo exprimatur causa grauaminis, *Scacc.* qui alios citat *de appell. cap. 2. q. 17. limit. princip. 26. num. 12. & 13. Nouar. cit. conclus. 3. nu. 5. & nu. 9.* vbi ad id adducit *Nauarr. Gostam, & Ricc.*

8 Declara quartò, id solùm procedere quoad effectum suspensiuum; appellatio enim à decretis visitationis, & correctionis morum deuoluit negotium ad superiorem, est communè, ita *Villadieg. in Specul. visit. fol. 35. num. 31. Erasm. à Cochier de iurisd. ord. par. 2. q. 14. num. 5. Thom. Valasc. alleg. iur. tom. 1. alleg. 70. num. 5. in fin.* contra *Gonzal. Mend. de Cabedò diuers. argum. lib. 1. cap. 19. num. 8.*

9 Ampliatur hęc quarta declaratio, dari appellationem quoad effectum deuolutiuum à decretis visitationis à suffraganeo ad Metropolitanum, etiamsi suffraganeus procederet tãquam sedis Apostolicæ delegatus, quia, quæ agit suffraganeus in visitatione, iure ordinario agit, & ideo de illis cognoscere debet Metropolitanus, docent *Piaf. in prax. par. 2.* verbo *visitatio §. 3. Villadieg. cit. loc. n. 31. Cochier vbi supra Ricc. in prax. 2. par. resol. 449. num. 2. Caned. quæst. Canon. 33. Barbos. de potest. Episcopi par. 2. alleg. 73. num. 35. & alleg. 92. nu. 14.* Secus tamen est in causis, quæ sub iurisdictione suffraganei non comprehenduntur; tunc enim ab eo, procedente tanquam sedis Apostolicæ delegato, non datur appellatio ad Metropolitanum, *Garz. de benef. par. 4. cap. 5. num. 12.*

10 Vltimò in his terminis aduertunt etiam cõmuniter moderni, non posse Episcopum visitãtem allegari suspectum ab ipsis visitatis, quando Episcopus procedit absq; processu, & sine scriptis, & intra visitationis terminos se continet, nec eos excedit; neque probatione, vel allegatione suspicionis impediri potest, quominus pęna extraordinaria, quę morum correctionẽ, & emẽdationẽ respiciat, visitatos puniat, & corrigat, asserit decisum *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 198. Armendar. in addit. ad recap. leg. Nauar. lib. 1. titul. 6. l. 5. §. 2. num. 7. & 8. Genuens. in prax. cap. 21. Piasec. in prax. Episc.* verbo *visitatio cap. 3. par. 2. Barbos. de potest. Episcopi par. 2. alleg. 73. num. 38. Nauar. pract. conclus. titul. de appell. conclus. 3.* aliàs *33. num. 6.* qui transcribit quoddam Breue Pauli V. fel. record. super hoc transmissum Episcopo Portugalen. sub data 29. Octobris 1610. Quod totum intelligunt verum ijdem citati DD. quando in visitando, vel corrigendo Episcopus modum non excesserit, vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio nō datur à suffraganeo, vicarium dante curato imperito, vel priuante beneficijs scandalosè viuētem, vbi de DD. ad materiam.*

2 *Concil. Trid. sess. 21. de reformatione, cap. 6. in quo casu non admittat appellationem.*

3 *Parochi imperiti, qui dicantur.*
Parochus imperitus dicitur quoq; nesciens distinguere inter lepram, & lepram.

4 *Ignorantia est mater omnium errorū.*
Illiteratus comparatur cæco, & venit appellatione iumentorum.

5 *Parochis illiteratis dare coadiutorem, spectat ad Episcopum, & non ad vicarium, nisi cum speciali mandato.*

6 *Parocho illiterato auferēdus est coadiutor, postquā studio efficietur habilis.*

7 *Parochus, cui datus est coadiutor, tenetur residere.*

8 *Parochi coadiuti de beneficio assignādā est portio coadiutori, et quid si non sufficiat.*

9 *Parochi scandalosi, in nequitia perseuerantes, postquam puniti fuerint, beneficijs priuantur appellatione remota.*

10 *Appellatio à priuatione parochi scandalosi, vel assignatione coadiutoris deuolutiuâ tantum.*

11 *Coadiutoris assignatio parocho illiterato, vel scandaloso post appellationem, non est attentata.*

ARGVMENTVM.

Appellatio non datur ab assignatione coadiutoris parocho imperito, vel scandaloso.

CAP. CXXII.

1 HIc notandum est ex *Concil. Trid. sess. 21. de ref. cap. 6.* Episcopum posse parochialium Ecclesiarum rectoribus imperitis, ac minus aptis sacris officijs dare coadiutores, aut vicarios pro tempore cum congrua fructuum portione, vel si ipsi rectores turpiter, & scandalosè viuunt incorrigibiliter, posse illos etiam beneficijs priuare, & hoc quacunque appellatione remota statuit *Concil. Trid. sess. 21. de ref. cap. 6. cit.* & iste connumeratur inter alios casus, in quibus nō datur appellatio à suffraganeo ad Metropolitanum: quod intellige verum de appellatione suspensiua tantùm, non verò deuolutiua, quæ potest interponi ad Metropolitanum, non obstante, quod Episcopus suffraganeus procedat tanquam sedis Apostolicæ delegatus, nisi quando procederet cōtra exēptum, vt delegatus, quia tūc esset appellandum ad sedem Apostolicam, docet *Garz. de benef. par. 4. cap. 5. nu. 9. & seqq.* De hac materia *Salzed. ad Dian. in pract. cap. 21. lit. G. in nouiss. edit, Sbroz. de off. vic lib. 2. q. 112. Frāc. Leo in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 2. nu. 71. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 29. Zerol. in prax. Episc. par. 1.* verbo *Parochia §. 7. Valer. Reginal. in prax. for. pœnit. lib. 30. tract. 3. nu. 172. Garz. cit. loc. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 5. cap. 5. Nouar. pract. conclus. titul. coadiutoria concl. 1. & 2. Renatus Coppin. lib. 2. Monasticon. titul. 3. nu. 7. Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 63. nu. 6. & seqq. Scip. de Rub. in aphor. Episcop.* verbo *coadiutor num. 3. Vgol. de off. Episcopi cap. 54. nu. 2. idem Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. nu. 12. & seqq. Ricc. in prax. 4. par. resol. 546. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum par. 1. num. 210. & alij.* In quibus terminis.

2 Præmitto, *Concil. Trid.* in duobus casibus in proposito *tex.* non admittere appellationem quoad effectum suspensiuum; in primo, quando Episcopus dat vicarium, siuè coadiutorem curatis imperitis, sed bonæ vitæ; in secundo, quando priuat curatos scandalosè viuentes, & incorrigibiles: His præmissis

3 Dico primò, ad hunc effectum dici

illi-

illiteratos, & imperitos illos, qui inhabiles sunt ad explenda ea, quæ incumbunt muneri, ac oneri beneficij, quod habent, & secundum dignitatem, statum, & officium ad quod assumuntur, ita *Ricc. in praxi cit. resol.* 547. *par.* 4. quem refert, & sequitur *Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap.* 10. *num.* 13. vel secundum alios, illiteratos dici illos, qui rectè non versātur circa eorum officia; ita vt vbi quis habet tantam scientiam, quæ sufficere potest ad suum munus obeundum, & tractandum, illiteratus appellari non debet, ad *tex. in cap. cum in cunctis* §. *inferiora de elect. clem.* 1. §. *vt igitur* in verbo *sufficientem de Magistras. Panormit. in cap. venerabilis num.* 3. *&* 8. *de preb. Graff. de effect. Cler. in præluds. nu.* 74. *Nouar. cit. titul. de Coadiut. concl.* 1. *num.* 5. vel quia animarum cura est ars artium, *Cap. penult de ætat. & qual. Vital. in clem.* 1. *num.* 28. *de prebend.* & parochus debeat confessiones audire, sacramenta alia ministrare, ac populum instruere, &c. dicitur ēt illiteratus, qui nescit distinguere inter lepram, & lepram, peccatum, & peccatum, Euangelium declarare, & Sacramentorum, quæ administrat virtutem, vt in Catechismo Romano, ad *tex. in cit. cap. penult. Staph. de litter. grat.* §. *sensu forma num.* 2. *Nauar. in cap.* 1. §. *caueant num.* 19. *& seqq. de pœnit. & remiss.*

4 Est autem hæc conciliaris sanctio facta in odium ignorantiæ, quæ mater est omnium errorum, maximè in clericis, *Cap. ignorantia, et cap. si in laicis* 38. *dist. cap. nisi cum pridem* §. *pro defectu de renunciat.* & facit personā vilem *DD. in cap. nos, qui* 40. *dist. & in cap. penul. de preb. Tiraq. de nobilit. cap.* 4. & clericalem dignitatem multum ledit ignorantia, tanquam singulorum malorum mater; vndè summoperè in ecclesiasticis damnatur, *Nouar. cit. conclus.* 1. *num.* 2. Hinc illiteratus comparatur cæco, *Cap. post translationem* §. *item si quis de renunciat.* & est nullus in Ecclesia Dei, *Cap. Congregatio*, vbi *Bal. num.* 4. *de elect.* quinimò non venit appellatione hominū, sed iumentorum, *Gomez. in regul. de annal. q.* 47. *in fin.*

5 Dare coadiutorē illiteratis prædictis Episcopi esse, minimè verò eius vicarij generalis sine speciali commissione, aduertunt communiter *DD.* ita *Sbroz. de off. vicar. lib.* 2. *q.* 112. *num.* 2. *Ricc. resol.* 494. *par.* 1. *in prax. Nouar. cit. conclus.* 1. *num.* 4. *Barbos. de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 5. qui alios citat, *& in collect. ad cit. loc. Concil. Trid. num.* 3.

6 Dico secundò, coadiutorem datum illiteratis vigore *cit. tex. Concil. Trid.* cessare, postquā parochus coadiutus didicit, & factus est habilis ad explendum suum munus, quia iam cessauit finalis causa, propter quam fuit datus, *arg. tex. in cap. cum cessāte de appell. & l. quod Seruius*, vbi *gl. ff. de condict. causa data, etc. Surd. decis.* 327. *nu.* 11. docent in nostris terminis *Gonzal. ad* 8. *regul. Cancell. gl.* 5. §. 9. *num.* 39. *Nouar. cit. conclus.* 1. *num.* 4.

7 Dico tertiò, parochum illiteratū, cui datus est coadiutor vigore dictæ conciliaris dispositionis, teneri adhuc ad residentiā, nec posse abesse, referunt communiter DD. moderni, ita *Quarant. summ. Bull.* verbo *residentia vers. præter summistas, Gōzal. cit. loc. cap.* 5. *num.* 8. *Piasf. in prax. Episcop. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. *Vgol. de off. Episc. cap.* 15. §. 3. *ad fin. Barbos. de potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 63. *num.* 8.

8 Dico quartò, coadiutori dato parocho illiterato vigore *cit. loc. Concil. Trid.* esse assignandam partem fructuum eiusdem beneficij, sufficiētem ad victum coadiutoris, vt ex iisdem verbis *Concil. Trid. cit. cap.* 6. ibi *partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare*, notant *Gambar. de off. leg. lib.* 5. *titul. de coadiut. num.* 11. *Azor. instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 9. *& lib.* 8. *cap.* 6. *q.* 1. *Gonz. cit. loc. num.* 33. *Barbos. allegata alleg.* 63. *num.* 13. *&* 14.

Digitized by Google

& 14 vbi quid faciendum, si redditus Ecclesiæ coadiutori,& coadiuto non sufficiũt,alia multa ad hanc materiam dixi *egoipse in praxi 2.par.ad tex.in cap.vltimo de Cler.ægrotant.*

9 In *2.par.cit cap.6. Concil. Trid.* disponitur,Episcopum posse castigare Parochos,qui scandalosè viuunt,& si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent,eos beneficijs priuare,etiam appellatione remota, vt in vltimis verbis *eiusdem tex.*cuius priuatio beneficiorum,ad hoc,vt locum habeat, requiritur , quod Parochi scandalosi , in eo fuerint præmoniti,deinde puniti , & castigati , & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerauerint , possunt beneficijs priuari appellatione remota,aduertit *Bellect. disquis.Cler.tit.de pæn.cler. 2.par.§.52.nu.6. & 7.* vbi ex *eod.tex. Concil.*deducit regulam generalem, clericos, contra disciplinam ecclesiasticam appellare non posse , nisi iniustè grauentur,*Cap.reprehensibilis,* vbi *gl.*verbo *subiecti de appell.*

10 Vltimò dicendum est,in prædictis casibus vigoré *Concil.Trid.*denegari tantùm appellationem quoad effectum suspẽsiuum minimè verò quoad effectum deuolutiuum; vt dictum est,& ad talem effectum,posse liberè appellari à suffraganeo ad Metropolitanum, licèt suffraganeus vigore *Concil.Trid.* procedat tanquam sedis Apostolicæ delegatus , ita declarasse *Sacr. Congreg.* referunt *Cened.collect.157.ad decretal. Garz.de benef.par.4.cap.5.num.12.*

11 Vndè ex his benè deducitur, dationem hanc coadiutoris vigore *Concily cit.loc.* non esse attentatam quamuis sit executa post interpositam appellationem à sententia eius, qui iudicialiter processit , quia per illud decretum tollitur appellatio ad effectum suspensiuum, sic fuisse decisum per *Rotam in vna Bertusen. Archipresbyteratus 16.Nouẽbris 1594. coram D.Penna,* refert *Garz. cit. loc. num.9.& 10.Ricc.in prax.4.par.resol.546. Barbos. de potest. Episcopi 3.par. alleg.63.num.10.& de iure Eccles. lib. 3.cap.10.num.14.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio de iure canonico datur etiam in minimis,non sic de iure ciuili,& Regni.*
2 *Appellare in minimis minus rectè fit, quàm iniuriam pati secundum Apostolum.*
3 *Causa minima,quæ dicatur, vbi varia sententia.*
Causa minima quæ sit remittitur arbitrio iudicis.
4 *Causa minima an dicatur , quæ respectu collitigantis pauperis est non minima.*
5 *Causa minima appellationem admittit quoad deuolutiuum.*
6 *Causa habens summam minimam, & magnam , an appellationem admittat,& quomodo.*

ARGVMENTVM.

Appellatio in causis minimis de iure canonico datur , & quænam eæ sint.

CAP. CXXIII.

1 IVra ciuilia non permittunt appellationem in causis minimis, & breuioribus , per *tex. in auth. nisi breuiores C.de sent.ex peric.recit.* & in Regno extat *Ritus Magnæ Curiæ 257.*
2 disponens, in causis duarum vnciarum ciuiliter petitarum nõ dari appellationem , & licèt hæc dispositio fuerit canonizata in *Decreto cap. anteriorum 2.q.6.circa medium,* tamen Alexander Tertius in *Cap. de appellationibus sub titul. de appellat.* disposuit, deferendum esse appellationibus interpositis, etiam in causis minimis,& ad eundẽ *tex.*notant omnes Canonistæ post *gl. Abb. Franch.Præpos.& alij,*idem *Franch.in cap.Pastoralis*

valis num. 3. de appellat. qui testatur, quod de iure canonico potest appellari pro omni casu grauaminis, quãtuncumque minima; & ratio est, quia appellatio non est fundata super quantitate grauaminis, sed super iniustitia sententiæ, & iniquitate iudicis, quæ possunt accidere, non solùm in maioribus, sed etiam in minimis *gl. in cit. cap. de appellationibus*, vbi etiam *Abb. num. 2.*

2 Proposita sententia, licèt vera sit, & indubitata, & licèt canones permittant appellationem in minimis, tanquam licitam, tamen non omnes eam recipiunt tanquam expedientem; est enim pro paruo incommodo abstinendum à strepitu iudiciorum, nec expedit viro probatissimo appellare in minimis negotijs; vndè Apostolus suadet pati iniuriam, & fraudem potius, quàm in iudicio cũ fratre contendere, *Card. Alex. in cit. cap. de appell. num. 1. & Abb. num. 5. ad finem*, quos refert, & sequitur *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17 lim. 40. num. 19.* quam ob causam in nonnullis Curijs Metropolitanis adest peculiaris Ritus, quo non admittunt appellationem in causis minimis, & infra summam.

3 Quæ autem dicatur causa minima, dicunt aliqui, dici, quæ non excedit duos aureos, per *tex. in l. si oleũ §. final. cum l. sequenti ff. de dolo*, refert *Scacc. lib. 1. cap. 53. num. 15. vers. si verò, post med.* Alij verò dicunt, causam minimam dici, quę est aureorum quinque, per *tex. in l. Diuus ff. de bonis damnator.* quę, ad rem nõ conferre, asserit *Menoch. de arbitr. cas. 72. num. 5.* Nonnulli testantur, causam minimam dici, quæ est decem aureorum, *gl. in cit. cap. de appellationibus.* Quidam etiam dicunt, causã minimã dici, quæ non sufficit ad sumptus iudiciales, & cuius valorem impensa excedit, *gl. cit. loc.* refert *Menoch. de arbitr. cas. 72. cit. nu. 6. & seqq. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. 40. nu. 4. vers. tertia opinio.* Verior tamen sententia est, relinqui iudicis arbitrio, quæ sit minima causa, inspecta qualitate personarum, *Bart. in auth. nisi breuiores num. 1. C. de sent. ex peric. recit. Franch. in cit. cap. de appellationibus, Menoch. de arbitr. cit. cas. 72. num. 10.* qui alios citat *Cumia rit. 38. num. 52. Caranit. rit. 257. num. 1. Marches. de commiss. par. 1. commiss. 2. auocat. caus. cap. 1. nu. 10. Scacc. 1. par. cap. 53. sub cit. num. 15.* & latius *3. par. cap. 2. q. 17 limit. 40. num. 4. vers. quarta, & vltima, Mascard. de probat. conclus. 1154. nu. 7. & 8. lib. 3. Beninc. de pauper. q. 6. num. 17.*

4 Dubitatur in his terminis, quando vertitur causa in iudicio inter diuitem, & pauperẽ, & continet quantitatem, quę respectu diuitis est parua, & minima; respectu verò pauperis est magna; an debeat iudicari minima, vel potius magna, & successiuè deferri, vel non deferri appellationi.

Respondetur, iudicandã esse causam minimam, vel magnam, prout magis expedit pauperi, & proinde pauperi concedendam esse electionem, & iudicandum ad fauorem pauperis, ad dicta per *Beninc. tract. de pauper. q. 4. nu. 8.* & probatur quia personæ miserabiles trahunt, & non trahũtur, vt in *l. vnica C. quando imper. inter pupill.* vndè, si in dicta causa fuerit condemnatus pauper, debetur ei appellatio, si diues denegatur ei appellatio. *Scacc. de appell. cap. 2. q. 17. lim. 40. num 6.*

5 Sed aduertendum est, quod in sententia ciuili, vel canonica secundum moderationem, de qua supra hic *vers. proposita sententia*, appellatio in causis minimis non admittitur quoad effectum suspensiuum, secus tamen quoad effectum deuolutiuum, secundum quem effectum, etiam in minimis admittitur appellatio, *Caranit. ad rit. 257. nu. 1, in fin. & 2.* quem refert, & sequitur *Scacc. de appell. supracit. loc. num 16.*

6 Dubitatur etiam, quid si sententia

sia contineat duas summas, vnam, minimam,& inappellabilem, & aliã magnam,& appellabilem?

Respõdetur,si sunt separatim petitæ summæ prædictę,denegatur appellatio quoad summam minimam, & admittitur quoad magnam,secus si non sunt separatim petitæ; namtunc admittitur appellatio quoad totum, *Scacc.de appellat.cap.2.q.17.limit.princip.43.num 4.*

SVMMARIVM.

1 *Appellare non pôtest fiscus ab absolutione rei in tribunali A. C. secundum Bullam Pij IV.*

2 *Appellatio fisci non admittitur ab absolutione rei in Regno, & in alijs multis partibus.*

3 *Appellare non potest fiscus à nullo decreto pro reo, etiam non absolutorio.*

4 *Appellare non potest fiscus in absolutione ab obseruatione iudicij.*

5 *Appellatio accusatoris ab absolutione rei, eo desistente, non prodest fisco.*

6 *Appellatio, præcisis Bulla, statutis particularibus, & cõsuetudine, est interponibilis à fisco in absolutione rei.*

Appellat fiscus à suffraganeo ad Metropolitanum in absolutione rei, vbi non est consuetudo, vel statutum in contrarium.

7 *Appellatio fisco prohibita in absolutione rei, conceditur per viam recursus stante grauamine.*

ARGVMENTVM.

Fiscus an appellet in absolutione rei.

CAP. CXXIV.

1 Pius IIII. in sua *Bulla* 74. *in ordine* incipiente *inter multiplices de anno* 1562. *quartò nonas Iunij* emanata prohibuit fisco appellare à sententia absolutoria lata pro reo, in illis verbis, *minus etiam admittat appellationem fisci ab absolutoria lata pro reo, iuxtà laudabilem consuetudinem hactenus in Curia seruatam*, sed dispositio Bullæ procedit tantùm in tribunali A.C. quia illa loquitur de reformatione eiusdem tribunalis, licèt referat, eandem consuetudinem seruari in Curia, & sic in alijs tribunalibus eiusdem Curiæ.

2 In Regno verò hoc Neapolitano in tribunalibus sęcularibus, nec etiã fiscus appellat à sententia absolutoria pro reo lata, prout est prouisũ per multos *Ritus M.C.V.* & referunt *Grãm.decis.*14.*Capyc.decis.*114.*Franch.decis.*148.*Baiard.ad Clar.q.*94.*nu.*32.*Thor. in compend. decis.* verbo *fiscus tom.* 1. Hoc etiam seruatur Mediolani, vt testatur *Clar in prax.q.*46 & similiter in Prouincia Marchiæ,& in Romana Curia seruari de consuetudine, refert *Anton.var.resol.lib.*3.*resol.*41. & vlterius idem seruari in tota Italia, refert *Farinac. q.*101. *num.*32.*& Scacc.de appellat. cap.* 2. *q.* 17.*lim.*49.*& aly,* qui conclusionem ampliant

3 Primò in omnibus alijs decretis pro reo latis contra fiscum, etiamsi nõ sint absolutorij, à quibus nec potest fiscus appellare, iuxtà propositam sententiam, *Carauit rit.* 258. *nu.* 2.*Scacc.cit.loc.num.*5.

4 Secundò idem, & multò magis in absolutione ab obseruatione iudicij ex hucusque deductis, *Scacc. cit.loc. num.*4. qui alias adducit ampliationes.

5 Tertiò, etiamsi accusator appellaret, & deinde desisteret ab accusatione, adhuc illius appellatio, neque suffragatur fisco, qui de consuetudine appellare non potest, *de Frãch. decis.*658.*Nouar.practic.conclus. titul. de appell.conclus.*6.aliàs 36.*num.*5.

6 Supradicta, quod fiscus non appellet, procedũt in tribunalibus Romanæ Curiæ vigore *Bullæ Pij* 4.& in tribunalibus sæcularibus Regni vigore *Ritus*, vel alibi virtute consuetudinis; extrà tamen dispositiones Bullæ,

Bullæ, Ritus; & consuetudinis, de iure communi fiscus appellat à sẽtentia contra se lata, vel ab alio grauamine appellabili, *Cap. cum clamor*, vbi *Innoc. Abb. & alij de testib. Genuẽs.* qui alios adducit *in prax. cap.* mihi 45. *per totum, Ricc. decis.* 81. *par.* 2. *& in prax. resol.* 486. *par.* 3. *Scacc. vbi supra num.* 14. post *Abb. Par. de Put. Carau. & Farinac.* quos adducit; & in Curia Archiep. Neapolitana, quod fiscus appellat, refert *Genuẽs. cit. cap.* 45. & post eũ *Nauar. vbi supra nu.* 6. Hinc in nostris terminis, à suffraganeo ad Metropolitanũ liberè fiscus potest appellare, vbi non extat cõsuetudo, vel lex municipalis in contrarium; quod procedit à quocunq; decreto eidem fisco præiudiciali, dummodo aliàs appellationem admittat, ita post *Scacc. Nouar. loc. cit. num.* 4.

7 Aduerte tamen, quod in locis, in quibus, vel ex lege municipali, vel ex consuetudine fiscus non appellat, adhuc fallit dispositio, quoties apparet de notorio grauamine illius; tunc enim auditur fiscus per viam recursus, quia prohibita appellatione, nõ dicitur prohibitus recursus, *l. si quis aduersus, & auth. quæ supplicatio C. de precib. Imper. offer. l.* 1. *C. de offic. Præf. Præt. cap. ex litteris*, vbi *Imol. de restit. in integr.* & in terminis *Franch. decis.* 148. *de Ponte tract. de potest. Proreg. titul.* 3. *de elect. official.* §. 1. *num.* 51. meæ Capuanæ Ciuitatis decus, & ornamentum *Imbrian. de repul. par.* 1. *consid* 2. *num.* 9. quos adducit *Nouar. cit. concl.* 6. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à decreto de residendo ex Tridentino.*
Appellatio à decreto de residendo hodie deuoluit tantùm, secus de iure.
2 *Appellatio à priuatione beneficij ob nõ residentiam, non suspendit actum.*
3 *Appellatio non datur à priuatione beneficij ob non residentiam, quando sit iuris ordine, & qualiter facienda.*
4 *Beneficij pro priuatione ob nõ residentiam, vnica citatio pro trina præcedens personaliter executa, sufficit.*

ARGVMENTVM.

Appellatio non datur à decreto de residendo, & quomodo quis beneficio ob non residentiam priuari possit.

CAP. CXXV.

1 DEnegatur quoque appellatio à decreto de residendo, per *Cõcil. Trid. sess.* 23. *de ref. cap.* 1. *in fin.* in illis verbis, *sine appellatione, aut inhibitione*, quod secus erat de iure communi, de quo iure poterat à decreto de residẽdo appellari, per *tex. in cap. peruenit il* 2. *extra de appellat.* qui *tex.* hodie est correctus per *Tridentini dispositionem*, qua denegatur appellatio in tali casu; quod communiter DD. intelligunt verum de appellatione quoad effectum suspensiuum, secus tamen quoad effectum deuolutiuum, quia quoad hunc effectum benè potest appellari à decreto de residendo, *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. quintò quæro, Garz. de benef. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 161. *Salgad. de protect. Regia tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 15. *num.* 8. *& seqq. Armend. in recapil. leg. Nauar. titul.* 6. *de visitat. nu.* 2. *in addit. Ricc. in prax. resol.* 476. *num.* 5. *in fin. par.* 1. *Nouar. pract. conclus. titul. de appellat. concl.* 4. aliàs 34.

2 Ampliatur conclusio, vt nec detur appellatio quoad effectum suspensiuum à sententia priuationis beneficij ob non residentiam, si tamen sententia fuerit lata iuris ordine seruato, *Cap. conquerente de Cler. non resid. Garz. cit. loc. num.* 191. *Barbos. de Canon. & Dignit. cap.* 20. *nu.* 19. *Seraph. decis.* 1346. *nu.* 1. *&* 6. *Bellect. disq. Cler. par.* 2. *titul. de pæn. Cler.* §. 33.

83.nu. 19. qui probat, id etiam verum esse, etiamsi sententia priuationis lata sit in contumacia, prout regulariter fertur.

3 Dixi, procedere ampliationem, quando sententia lata fuit iuris ordine seruato, quod tunc est, quando Episcopus ante sententiam priuationis monuit beneficiatum ad residẽdum, *Cap. ex parte* 1. vbi *Abb. num.* 3. *cap. inter quatuor, & cap. final. de Cler. non resid. Mant. decis.* 12. *num.* 1. *Garz. cit. loc. nu.* 127. *& seqq. Barbos. cit cap.* 20. *num.* 18. *& seq.* & hæc monitio debet esse per tres citationes executas in loco beneficij, seù Ecclesiæ successiuè factas; nec sufficit vna pro tribus, quando non potest beneficiatus personaliter citari, *Cap. ex tua*, vbi *Abb. num.* 10. *de Cler non resid. Fel. in cap. consuluit nu.* 13. *de off. deleg. Garz. cit. loc. num.* 156. *Seraph. decis.* 27. *num.* 22. *& decis.* 1366. *Mant. cit. decis.* 12. *num.* 2. *& decis.* 67. *num.* 4. *Ferentil. ad vand. decis.* 12. *Mant.* & citationes debent esse cum competenti termino, nec festinanter emanatæ, imò post vltimam debent expectari sex menses, antequàm deueniatur ad priuationis sententiam, *Seraph. decis.* 290. *num.* 14. *& decis.* 1346. *num.* 3. *& 5. Mantic.* vbi supra, *Garz. loc. alleg. nu.* 154. *Barbos. dicto cap.* 20 *num.* 19.

4 Sufficit tamen vnica citatio, quãdo executa fuit personaliter, etiamsi extraiudicialiter, & tunc terminus est arbitrarius, nec debet expectari necessatiò lapsus sex mensium, *Mãt. decis.* 67. *num.* 5. *Seraph. cit. decis.* 1346. *num.* 5. *Garz.* vbi supra *nu.* 155. *Barbos. allegato loc. num.* 19. qui alios citat post *Bellect. adducto loc. num.* 16. latè *egoipse in prax.* 1. *par. annot.* 19. §. 3. *num.* 4. *& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à reprobatione examinatorum in concursu, sed tantùm à mala electione Ordinarij, vbi de DD. ad materiam.*

2 *Appellatio à relatione examinatorum non suspendit actum, sed deuoluit tantùm.*

3 *Appellatio à relatione examinatorum in concursu parochialis deuoluit tãtũ, secus in cõcursu alterius beneficij.*

4 *Appellatio unius à relatione examinatorum, neque deuoluit, quando concurrẽtes æqualiter fuerunt approbati, si petant collationem ab Ordinario.*

5 *Appellatio in parochialibus à relatione examinatorum, cùm non suspendat actum, prouisio, & possessio non sunt attentata secus in alijs.*

6 *Appellatio in parochialibus patronatis, neque datur à relatione examinatorum.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an, & ad quem effectum detur à relatione examinatorum in concursu parochialis.

CAP. CXXVI.

1 Item prohibetur appellatio à relatione examinatorum in concursu parochialium per *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 18. in illis verbis, *nec prædictorum examinatorum relationem, quòminus executionem habeat vlla deuolutio, aut appellatio, etiam ad sedem Apostolicam, siuè eiusdem sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas, interposita, impediat, aut suspendat*, ita *Concil.* cuius dispositionem sectando Pius V. in sua *Bulla*, quæ incipit *in conferendis*, statuit, non dari appellationem à reprobatione examinatorum, sed solùm à mala ordinarij electione. De hac materia vide *Nauar. in manual. cap.* 25. *nu.* 139. *Catechis. Neapol. cap.* 16. *Azened. ad l.* 1. *num.* 4. *titul.* 16. *lib.* 3. *non. recap. Seraph. decis.* 481. *Valenz. consil.* 45. *num.* 19. *vol.* 1. *Gonzal. ad regul.*

*gul.8.Cancell.gl.9.§.1.in annot. contra nullit.num.186.& seq.& gl.6.nu.163. Vgolin. de potest.Episcopi cap.50.§.13. Campanil.diuers.iur.canon. rub.7.cap. 6.nu.75.*Mascob.*in prax. habend.concurs.req.5.dub.3.& seqq. Salgad. de protect.Reg.tom.1.par.2.cap. 13. num. 197.& seqq.Garz.de benef.par.9.cap. 2.num.245.Lotter.de re benef.lib.2.q. 31.num.115.& seqq.Barbos. de potest. Episcopi par.3.alleg.60.& de off & potest. Paroch. cap. 2. Ludouis. decis.11. Genuens.in prax.cap.*mihi *66.num. 9. & 10.Nouar.pract.conclus.titul. de appell.conclus.7.*aliàs *37.& seqq. & alij.*

2 Declaratur communiter supraposita conclusio, non recipi appellationem ab examinatorum relatione, eã procedere tantùm in appellatione quoad effectum suspensiuum, prout probant illa verba *Tridentini, qua impediat, aut suspendat*; vndè benè admittitur appellatio quoad effectum deuolutiuum, notãt *Genuens.cit.cap. 66.num.9.Campanil.diuers.iur.canon. rub.11.cap.13.num.199. Valenz. consil.45.num. 19. Massob.cit.loc.num. 4. Nouarius pract concl.cit.loc.num. 2.& seqq.*vbi adducit declarationem *Sacra Congregationis* de verbo ad verbum, & respondet *Garz.*contrarium tenenti.

3 Declara etiam, supradicta procedere in examine ad parochiales Ecclesias, à relatione enim examinatorum in hoc casu denegatur appellatio quoad effectum suspẽsiuum, quia in his terminis loquitur *Concil.Trid. cit.loc.*secus tamen est in examine ad simplicia beneficia, quo in casu vbicũq; iudicialiter ꝓceditur, admittitur appellatio à relatione examinatorũ, ẽt quoad vtrumq; effectum, vt per *Rotam in vna Calaguritana de Ollauari 28.Ianuarij 1604.coram Penia, in Calaguritana de Haro 8. Iunij 1607.coram* Lancellotto, *in Calaguritana de Turre 15.Februarij 1610. coram Ortembergo, et in Calaguritana de Monilla 15. Iunij 1612. coram Pamphilio, Ludouis.decis.515.num, 1.& 2.* vbi *Beltram.num.* 4. quod intellige etiamsi vigore peculiaris constitutionis beneficia simplicia sint prouidenda per concursum, vt in prędictis decisionibus, *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell.in annot.super nullit.nu.* 183. *Garz. de benef.par.9.cap.2.num.* 293. quos refert, & sequitur *Nouar.cit.loc. num.*8.

4 Declara quoque supradicta, nec quoad effectum deuolutiuũ dari appellationem ab examinatorum electione, quando examinatores æqualiter approbarẽt aliquos ad beneficia concurrentes, & quilibet peteret collationem coram Ordinario, vel superiore, *Farinac.decis.551.par.1. tom.2.num.2.Burrell.summ.decis.titul. de appellat.num.113.tom.2.Ricc. decis. 19.num.4.par.4.*& ratio est, quia per petitionem vigore prioris sententiæ videtur renunciatum appellationi, *Cresc.decis.1.de procurat.Cacher.decis. 60.Surd.consil.* 104. cum alijs adductis per *Nouar.cit.loc.num.*7.

5 Declara vltimò colligendo ex supradictis, quod cùm non detur in prouisionibus parochialium appellatio quoad effectum suspensiuum à relatione examinatorum, sequitur, quod prouisio, ac possessio facta, & capta post appellationem, vel pendente termino ad appellandum, non veniant reuocanda, tanquam attentata, quia cùm appellatio in tali casu operetur nudam deuolutionem, iuxta *Constitutionem Pij V.* in principio huius capitis adductam, ac iuxta dispositionem *Trid. vbi supra*, non possunt esse attentata; hæc enim est vis prohibitæ appellationis, vt notãt omnes in *Cap. Pastoralis §.praterea*, vbi in specie *Abb.nu.2.& Imol. num.3.de off.deleg. Rota in vna Pampilonen. Parochialis de Leyza 30. Ianuar.1626.coram Burratto.*Secus tamen est cùm nõ agitur de parochiali, & proinde venit admittenda appellatio, iuxta dicta *vers.declara etiã*; tunc enim prouisio, & omnia inde secuta sunt attentata, etiamsi de fa-

cto non fuerit appellatum, si intra decendium processum fuerit, iuxta regulā *cap. non solum de appellat. in 6.*

6 Sed hic aduertendum est, quod si Ecclesia Parochialis sit ad præsentationem laicorum, quamuis in illius prouisione non sit necessarius concursus, nihilominus, neque in hoc casu admittitur appellatio à relatione examinatorum in examine facta de præsentato, & militant rationes prohibitæ appellationis per dictam *Constitutionem Pÿ V.* ita in *Barchinonen. parochialis* 29. *Nouembris* 1613. & in adducta *Pampilonen. parochialis de Leyza coram* Buratto.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur ab electione Ordinarÿ facta in concursu.*
Episcopus tenetur eligere, quem magis idoneum iudicauerit.
Appellans ab electione Ordinarÿ potest electum prouocare ad nouum examen.
Appellatio ab electione suffraganei nō habet effectum suspensiuum, sicut habet ab electione Metropolitani in secunda instantia.

2 *Appellare à mala electione Episcopi non potest reprobatus.*
Idoneus quis magis dicatur ad parochialem.

3 *Appellatio secundum aliquos non datur ab irrationabili iudicio Episcopi, nisi in manifestis.*
Episcopi eligētis unum ex concurrentibus ad parochialē irrationabile iudicium probatur coniecturis.
Appellans à mala electione non tenetur docere de fumo læsionis, & grauaminis.

4 *Appellans ab irrationabili Episcopi electione, potest appellatum prouocare ad nouum examen, & quid si infra tantum tempus, quo doctior appellans euadere possit.*

5 *Appellans ab electione concurrentis æquè approbati, non potest appellare prætextu qualitatum, & quare.*

ARGVMENTVM.

Appellari quomodo possit, & quando ab electione Episcopi facta in concursu.

CAP. CXXVII.

1 Vlterius in eisdem terminis appellationis in prouisionibus parochialium hìc præmittendū est, Episcopū teneri ex pluribus idoneis iudicatis ab examinatoribus in concursu eligere magis idoneum, quia *Concilium Trident. sess. 24. de ref. cap.* 18. non dat Episcopo facultatem eligendi, quem velit, sed quem magis idoneum iudicauerit, quod quidem iudiciū tenetur Episcopus regulare, iuxta dispositionē iuris, *Maresc. ot. var. resol. lib. 1. cap. 52. num.* 21. Hinc à dicto iudicio admittitur appellatio secundum *Constitutionem Pÿ V. cit. cap. præcedenti*, & potest appellans præelectum prouocare ad nouum examen coram Metropolitano, & si appellans in secundo cōcursu magis idoneus repertus fuerit, reuocata prima electione, appellans parochialem obtinenbit, *Rota in vna Bertusen. parochialis* 18. *Decembris* 1587. *coram Gyptio.* Et hoc procedit quoad effectum deuolutiuum tātùm respectu appellationis interpositæ ab electione suffraganei ad Metropolitanum, secus tamē respectu appellationis à sententia Metropolitani, ad quem fuit appellatum; in hac enim secūda appellatione habet locum effectus etiam suspensiuus, *Rota in Barchinonen. parochialis* 29. *Nouembris* 1613. *coram Buratto in recollect.* per *Farinac. decis.* 537. *par. 1. tom.* 2. & refert *Nouar. pract. conclus. titul. de appellat. conclus.* 8. aliàs 38. *num.* 2. *Guttier. Canon. lib. 2. cap.* 11. *num.* 25. *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num.* 247. *Barbos. de off. paroch. cap.* 2. *num.* 146. *& seq.*

2 Obserua primò, quod hæc appellatio

latio à mala electione Episcopi non potest interponi ab eo, qui fuit reprobatus ab examinatoribus; is enim, si grauatus fuit, appellare potest à relatione examinatorum, vt in præcedēti capite; solùm enim potest appellare à mala electione Episcopi is, qui ab examinatoribus fuit electus, si prætendit, se esse magis idoneum inter præsētatos, cùm Episcopus ex *Concil. Trident. cit. loc.* teneatur magis idoneum eligere inter approbatos, vt apertè disponunt verba *Trid.* ibi, *ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit*; & dicitur magis idoneus in his terminis, non solùm respectu scientiæ, sed etiam ratione morum vitæ, & aliorū requisitorum, de quibus ordinarius præsumitur melius informatus, *Caputaq. decis.* 406. *Lambert. de iure patronat. lib. 2. q. 7. princip. par. 1. art. 24. Marescott. variar. lib. 1. cap. 52. nu. 37. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 31. nu.* 135. *& seqq.*

3 Obserua secundò occasione *constitutionis Pij V. cit. cap. praced.* in his terminis emanatę, nõnullos DD. tenere, non dari appellationem ab irrationabili iudicio Episcopi in prouisionibus parochialium, nisi manifestè constiterit de dolo, & irrationabili iudicio prædicto, & hoc ex illa clausula in *Constitutione* posita, nempè, *constito de prioris eligentis irrationabili iudicio*, ita *Marescot. cit. loc. num. 23. & 24.* qui docet, de tali irrationabili iudicio debere liquidò constare, *Gonzal. ad 8. regul. Cancell. gl. 4. num. 139. & gl. 9. in annot. num. 209. Massobr. in prax. habend. concurs. ad paroch. req. 5. dub. 2. num. 42. Ludouis. decis. 538. in fin.* & hanc dolosam, & irrationabilem Episcopi electionem coniecturis probari posse, licèt in dubio sēper præsumatur pro Episcopo eligente, & coniecturam esse, si fuerit admissus doctor, & non doctor, & exclusus doctor, *Ricciull. decis. 96. par. 4.* adducens *Rotam in vna Aretina parochialis*. Vel si fuit electus familiaris Episcopi, aut consanguineus, vel amicus illius, *Nouar.* qui plures adducit *Rota decisiones pract. conclus. titul. de appellat. conclus. 8. in fin.* Sed melius dicēdum est, dari appellationem in hoc casu quoad effectum deuolutiuum, & posse appellantem prouocare appellatum ad nouum concursum, licèt prius nō fuerit ex proposito probatum de dolo, & irrationabili iudicio Episcopi eligentis; sufficit enim, quod de tali dolo, & irrationabili iudicio cōstet per examen factum coram iudice appellationis, ita post *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 252. Nouar. cit. conclus. 8. nu. 7.* & seruat praxis: Hinc, appellātem à prædicta mala electione, non teneri docere de fumo læsionis, & grauaminis, censuit *Sacra Congregat.* vt refert *Nouar. cit. loc. nu. 3. concl.* 8. aliàs 38. & adducit *Gonzal. ad 8. regul. Cancell. gl. 4. nu. 144. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. nu. 252. Grat. decis. 96. in addit. nu. 7. Ricc. cit. decis. 96. num. 22. par. 4.*

4 Obserua tertiò, appellātem à mala, siuè irrationabili Episcopi electione in collatione parochialium posse appellatum prouocare ad nouum examen ex *Cōstitutione Pij V. cit.* nam aliàs non posset constare Metropolitano de grauamine, *Ludouis. decis. 527. num.* 2. & nouum examen esse faciendum infra breue tempus; nec prædicto nouo examini esset locus, quando tantum temporis interuallum intercesserit, vt quis potuerit euadere doctus, & idoneus, *Gonzal. cit. loc. gl. 4. num. 146.* asserens, sic fuisse decisum in *vna Pampilonen. parochialis coram Lancellotto*, & apud *Farinac. decis. 505. par. 2. tom. 1.* sufficeret tamen ad id, quod appellans statim adierit Metropolitanum, & nouo examini se obtulerit, esto quod non statim fuerit examinatus alio impedimento, *Seraph. decis. 968. nu. 7.*

5 Obserua quartò, quod si in concursu fuerunt duo æquè idonei approbati ab examinatoribus, vno ele-

cto ab Episcopo, nō potest alter appellare, prætendens, ipsum debuisse eligi, quia erat sacerdos, doctor, pauper, & sine beneficio, quæ qualitates licèt sint in consideratione, tamen in electo poterunt esse aliæ qualitates, ex quibus fuit approbatus æquè idoneus; *Constitutio* enim *Pÿ V.* de qua supra, admittit appellationem concurrente dolo, & irrationabili iudicio Episcopi, quod nō dicitur intercedere, quando plures fuerūt æquè idonei approbati propter alias qualitates, quæ in approbato non doctore potuerunt occurrere, *Rota in Rauennaten. parochialis coram D. Arigonio 2. Decembris* 1592. quem refert *Genuens. in prax. cap.* mihi *66. nu.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi componunt differentias inter personas ecclesiasticas saculares, vel regulares circa præcedentiam, & qui DD. ad materiam.*

Appellari nequit à sententia Episcopi circa præcedentias.

2 *Præcedentiarum differentias componendo Episcopus, quid attendere debeat?*

3 *Præcedentiarum differentias regularium Episcopus componit iux. consuetudinem seruatam in Vrbe.*

4 *Præcedentiæ differentias inter Confraternitates componit Episcopus ex antiquiore priuilegio vsus sacrorum.*

5 *Præcedentiarum differentiæ componuntur per Episcopum sine figura iudicij.*

6 *Appellatio circa differentias præcedētiarum à sententia Episcopi denegatur quoad effectum suspensiuum.*

7 *Appellationi an sit locus quoad compositionem differentiæ præcedentiarum, etiam quoad suspensiuum, si absit scandalum.*

ARGVMENTVM.

Appellatione remota differentias præcedentiarum componunt Episcopi.

CAP. CXXVIII.

1 CONcilium *Trid. sess. 25. cap. 13. de regular. & monial.* disponit, Episcopi esse componere differentias omnes, & controuersias de præcedentia, inter personas omnes ecclesiasticas seculares, vel regulares oriri solitas in processionibus, et alijs similibus, et hoc appellatione remota; vndè hic casus connumeratur inter illos, in quibus non datur appellatio. De hac materia tractant *Fusc. de visit. lib. 2. cap. 15. num. 65. Menoch. consil. 126. num. 2. & seqq. Quar. summ. Bull.* verbo *præcedentia, Valenz. consil. 1. vol. 1. Piasec. in prax. par. 3. cap. 3. nu.* 48. *Grat. decis. March.* 232. *num. 3. & seqq. Perez de Lora de anniuers. et Capell. lib. 1. cap. 24. nu. 29. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 12. cap. 12. & 13. num. 117. & seqq. Leo in thes. for. Eccles. par. 1. cap. 8. num. 18. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 112. cap. 35. Armendor. in addit. ad recapil. leg. Nauar. lib. 1. titul. 14. l. 24. §. 31. de process. Erasm. à Cochier de iurisd. ordin. in exempt. par. 2. q. 45. nu. 50. & 109. Hieron. Venero, y Leyua in examin. Epis. lib. 6. cap. 18. Salcad. de protect. Regia tom. 1. par. 2. cap. 9. Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 78. num. 26. & seqq. Lauor. variar. lucub. tom. 1. titul. 2. cap. 3. num. 207. & seqq. ego ipse in prax. 1. par. annot. 13. §. vnic. num. 15. & seqq.* extat *Bulla Gregor. XIII.* incip. *exposcit Pastoralis officij, Decision. Rota in Romana præcedentiæ 24. Maij 1600. coram D. Lancellotto, & in Colonien. præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram D. Vbaldo.*

2 In componendis igitur controuersijs præcedentiæ, debet Episcopus inter clericos seculares attendere ordinem, præcedentiam conferendo ha-

habentibus superiorem ordinem; nec non etiam attendere debet consuetudinem, quę in his terminis magnam facit partem; item dignitatē, ita vt semper digniores præferātur, ita, post alios per me adductos, notaui latius *in praxi cit. loc. num.* 11. *& seqq.*

3 Inter regulares componuntur differentiæ præcedentiæ secundum vsum, & consuetudinem, quæ seruatur in Vrbe, iuxtà *Decretū Sacræ Congreg. emanatū sub die* 26. *Augusti* 1593. relatum per *Quarāt. summ. Bull.* verbo *præcedentia*, *& Campanil. diuers. iur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *nu.* 121. *egoipse cit. loc. num.* 26.

4 Inter confraternitates controuersiæ componuntur inspiciendo priorem vsum saccorum, ita vt illæ cōfraternitates præcedant, quæ prius vsæ sunt saccis, iuxtà dispositionem *Constit. Gregor. XIII.* 80. incip. *exposuit*, *egoipse loc. cit. num.* 27.

5 Has autem controuersias componit iudex ecclesiasticus, & Episcopus, *egoipse cit. loc. num.* 28. breuiori manu, summariè, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, prout decisum refert *Leo. thes. for. eccles. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 18. *Campanil. vbi supra cap.* 13. *nu.* 120. *Salgad. de protect. Reg. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 9. *nu.* 15. & amota omni appellatione, vt deciditur in *cit. loc. Concil. Trid.* notant *F. Emman. qq. regul. tom.* 3. *q.* 37. *art.* 3. *Piasec. in prax. par.* 2. *cap.* 5. *nu.* 47. *vers. controuersias*, *Zerol. in prax.* verbo *processiones vers. ad tertium*, *Cāpanil. diuers. iur. Canon. rub.* 12. *cap.* 12. *num. vltimo*, *& cap.* 13. *num.* 120. *Scacc. de appell. cap.* 2. *q.* 17. *lim.* 6. *membr.* 2. *num.* 38.

6 Verum hæc appellatio in hoc casu denegatur tantùm quoad effectū suspensiuum, benè tamen admittitur quoad effectum deuolutiuum, ita asserit resolutum, *Salgado de protect. Regia tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 9. *num.* 99. *& Armendor. in addit. ad recapil. legum Nauarræ lib.* 1. *titul.* 14. *l.* 24. *§.* 31. *nu.* 30. *Barbos. de potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 78. *num.* 26. *Rot. in Colonien. præcedentiæ* 9. *Iunij* 1627. *coram Vbaldo.*

7 Sed hic aduertendum est, quod nonnulli testantur, hanc potestatem, & facultatem, concessam Episcopo, per *Trid. cit. cap.* 13. componendi differentias præcedentiæ inter ecclesiasticos, oriri solitas in processionibus, esse appellatione postposita cōcessam tantùm, quando ex ipsis controuersijs sequitur scandalum, secus si scandalum non sequeretur, refert *Barbos. in collect. ad cit. cap.* 13. *Trid. nu.* 17. sed verius dicēdum est, etiam si scandalum non sequeretur procedere dispositionē *Trid.* quod loquitur de omnibus præcedentijs, licèt incidenter referat, quod præsepè cū scandalo oriantur.

SVMMARIVM.

1 *Concubinas retinentes quomodo puniantur.*

Concubinas retinētes, post amissionem beneficiorum si reincidant, sūt excommunicandi.

Appellatio non datur ab Episcopo, procedente contra concubinarios clericos.

2 *Appellat clericus concubinarius à sētentia Episcopi quoad deuolutiuum, & ab excessu.*

3 *Concubinarij clerici dicuntur, etiam alibi concubinas retinentes ratione scandali.*

4 *Concubinarij pœnas incurrit cum diuersis rem habens carnalem.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an habeat locum, & quomodo à sententia contra clericos concubinarios lata, & ij quomodo puniantur.

CAP. CXXIX.

1 DIsponitur in *Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 14. *de ref.* quod inferio-

riores Episcopis, detinentes concubinas, vel mulieres suspectas, vel cũ aliqua muliere consuetudinem habentes, si à superioribus moniti se non abstineãt, tertia parte fructuum, obuentionum, prouentuũ cuiuslibet beneficij, & pensionis ipso facto sunt priuati, quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicabuntur: Quod si in eadem delicti specie perseuerauerint, & secundæ monitioni non paruerint amittãt ipso facto omnes fructus, & prouentus, vt supra, & ab Episcopo applicabuntur, vt supra; & suspendendi sunt à beneficiorum administratione ad arbitrium eiusdem Ordinarij, & potestate delegata à Sede Apostolica quoad exemptos: At tertiò crescente contumacia, priuandi sunt beneficijs, officijs, pensionibus, & inhabiles reddendi ad huiusmodi, donec præuia emendatione visum fuerit Ordinario cum eisdem dispésare. Quod si postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter pęnas prędictas, excommunicationis gladio plectãtur, nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut suspédat, ita *Trid.* ex quo aduertunt omnes, ab Episcopo procedente contra concubinarios clericos, iuxtà formam *Concil. Trid.* non posse appellari, *Farinac. prax. criminal. par. 5. q. 138. num. 80. Garz. de benef. par. 11. cap. 10. num. 186. dub. 12.* qui vlterius dicũt, appellationem, siuè ante, siuè post sententiam diffinitiuam, non impedire executionem prædictam.

2 Sed prædicta restringe dupliciter, primò in appellatione quoad effectum deuolutiuum, quia *Concil. Trident.* voluit, tantùm per appellationem non impediri executionem *cit. cap. 14.* secundò, quando fuerit excessiuus modus in corrigendo, quia tũc à tali excessu validè appellatur, *Cap. ad nostram, & cap. reprehensibilis in fin. & cap. quia nos, & cap. inquisitioni de appellation.* docet *Quar. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num. 20. vers. quintò quæro in fin.*

3 Aduerte, quod licèt *Trid. cit. cap. 14.* in principio loquatur de cõcubinatu, ibi *immundoque concubinatu*, & clericus concubinarius is propriè dicatur, qui solutam mulierem, & corruptam, nulloque sibi spiritualis, vel carnalis cognationis vinculo cõiunctam, domi retinet, cum qua consueuerit carnaliter cõmisceri, *Diaz. in prax. criminal. canon. cap. 79. nu. 1.* tamen *Trid.* in medio loquitur de clericis, habentibus consuetudinem cum quibusuis mulieribus, de quibus possit haberi suspicio, siuè in domo, siuè extra detineantur, etiam in domo consanguineorum, vel alibi; adhuc enim concubinarij vocantur, quia attenditur scãdalum, quod à populis concipitur, *Zerol. in prax.* verbo *concubinarij num. 1.*

4 Quæritur, an dispositio *cit cap. 14. Concil. Trid.* loquente de cõcubinarijs, procedat contra clericos, qui concubinam non habent, sed modo cum vna, modo cum alia conuersantur.

Respondetur affirmatiuè, prout sex rationibus consuluit *Nauar. par. 2. lib. 3. de adult. Tol. in summ. lib. 1. cap. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio prohibetur à decreto Episcopi reum non gaudere ecclesiastica immunitate.*

Immunitate ecclesiastica qui non gaudeant.

Metropolitanus non debet recipere appellationem à decreto suffraganei, declarantis, reum non gaudere.

2 *Archiepiscopi non inhibent in materia immunitatis, libertatis, & iurisdictionis ecclesiasticæ, nisi consulta S. Congregatione, vbi littera circularis S. Congregationis.*

AR-

ARGVMENTVM.

Appellatione remota exequitur sententia, declarans, reos non gaudere immunitate, vbi de epistola S. Congregationis.

CAP. CXXX.

1 IN *Bulla Gregor. XIV. de immunit. Eccles.* incipienti, *cum aliàs sub dat. Romę* 1591. *nono Kal. Iunij*, disponitur, publicos latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediũtur, aut depopulatores agrorum, & qui homicidia, & mutilationes membrorũ in ipsis Ecclesijs, earumque cęmeterijs committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassinos, vel hæresis, aut læsæ Maiestatis in personam ipsius Principis reos, confugientes ad Ecclesias, vel ad alia loca similia, immunitate ecclesiastica non gaudere, & constito Episcopo, verè, quem esse reum aliquo ex dictis criminibus, debet delinquentem curiæ seculari tradere, quacunque appellatione postposita, ita *Bulla prædicta*, cuius dispositione, numeratur hic casus inter illos, in quibus non datur appellatio: Hinc Metropolitanus nõ potest recipere appellationẽ à decreto suffraganei, declarantis, rẽũ delinquentẽ nõ gaudere immunitate ecclesiastica, & proinde tradendum curiæ seculari, saltem quoad effectum suspensiuum, cùm *Gregorius XIV.* in tali casu appellationem prohibeat.

2 In his terminis appellationis à suffraganeo ad Metropolitanum in causis immunitatis, libertatis, & iurisdictionis ecclesiasticæ, extat in Regno Neapolitano littera circularis *Sacræ Congreg. negotior. iurisdictionalium* eiusdem Regni trãsmissa Archiepiscopis tenoris sequẽtis, videlicet à tergo. *All'Illustriss. et Reuerendiss. Monsignor, come fratello l'Arciuescouo di N.* intus verò *Illustriss. & Reuerendiss. Monsignore, come fratello. Quando si tratta d'appellatione, ò di ricorsi in causa di violatione, d'immunità, libertà, & giurisdittione ecclesiastica, & di censure per dette cause fulminate, non douerà V.S. permettere, che da cotesta sua Curia Arciuescouale si relassino inhibittioni, nè si procedi ad atto alcuno, se prima non ne farà dato raguaglio à questa Sacra Congregatione sopra le controuersie giurisdittionali, et da questi Illustriss. miei Signori riceuutone l'ordine, che giudicheranno opportuno di darli, così esseguirà V.S. inuiolabilmente, con far registrare la presẽte ne gl'atti della cancellaria della medesima curia Arciuescouale, e darne auiso alla medesima Sacra Congregatione; il tutto sotto quelle pene, che à Nostro Signore parerà di dare à transgressori, & che à V.S. mi offero di cuore. Roma 15. Ottobre 1628. di V.S. come fratello affettionatissimo il Cardinal Bandini.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus conuictus, vel confessus à sententia non appellat.*
Hæreticus nullus damnatur, nisi conuictus, vel confessus.

2 *Hæreticus appellat ab interlocutoria, licèt non à diffinitiua.*
Hæreticus, appellãs ab interlocutoria, debet grauamen, & causam impugnationis grauaminis exprimere.
Hæretico appellante cum friuola causa grauaminis, non admittitur appellatio.

3 *Hæresis causæ omnes appellantur ad S. Pontificem ratione reuerentiæ, licèt aliter de rigore.*

ARGVMENTVM.

Hæreticus an, & à qua sententia appellare possit, vel non.

CAP. CXXXI.

1 IN terminis prohibitæ appellationis dicendum est hic, hæretico formali conuicto, vel cõfesso denegari appellationem à sententia diffinitiua, *Cap. vt inquisitionis de hæret. in 6. Concil. Constantiense sess.* 15. & ratio est, quia remedium appellationis est introductum ad præsidium innocentiæ, nõ ad defensionem iniquitatis, *Cap. cum speciali* § *porrò*, *& cap. ad nostram de appell.* & est certũ, neminem de hæresi damnari, nisi vel confessus, vel legitimè conuictus fuerit, *Director. inquisit. 3. par. nu.* 127. vbi *Pegn. commẽt.* 31. *pract. Sancti Officy par.* 10. *aduer.* 34. *Francisc. Bordonus in suo sacro tribunal. cap.* 35. *num.* 42. *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *limit.* 4. *num.* 76. *vers. primum delictum*, qui alios citat.

2 Hæc autem de appellatione deneganda hæretico procedunt tantũ à sententia diffinitiua, vndè est, quod ab interlocutoria benè datur etiam hæretico appellatio, *Simanc. de Cath. instit titul.* 6. *num.* 3. *Eyneric.* 3 *par. q.* 217. *& aly supracit.* qui idem dicunt à quocunque alio grauamine: Aduertentes tamen, quod in hac appellatione ab interlocutoria, vel alio grauamine, debent duo exprimi; primum debet fieri mentio de grauamine, à quo appellatur, *Cap. cum sit Romana extra de appell. Eyner. cit. loc.* secundum debet exprimi causa, per quam grauaminē impugnatur, *Cap. ut debitus, cap. cum causam extra de appellat. Bonif. de Vitalin. in clem. appellanti de appellat. nu.* 24. *& seq.* Hinc *Pegna in commentar. ad* 3 *par. Direct. inquisit. comment.* 31. *lit. F. vers. num autẽ in fin.* dicit, quod si quis in hoc casu simpliciter diceret, appello à tali interlocutoria, vel solùm exprimeret causam in genere, dicendo, appello à tali interlocutoria, quia est iniusta, non benè appellaret, & appellatio non esset recipienda: Satis tamen est ad validandam appellationem, ita causam exprimere, quod ex inspectione tenoris appellationis concludatur euidenter, appellantem fuisse grauatum, dum tamen vera sint in appellatione contenta, *Bonif. in dicta clem. appellanti num.* 27. *Pegn. cit. loc. vers. quamquam autem*, qui *vers. quod verò* optimè aduertit, si causa appellationis est friuola, vel frustatoria, appellationem non esse admittendam.

3 Dubium potest esse in his terminis, ad quem sit appellandum ab Episcopo, procedente in causis sanctę Fidei; & quidẽm videtur dicendum, quod si Episcopus procedit aduersus exemptos, quia tunc procedit iurisdictione delegata, est appellandum ad Papam; si verò procedit ex iurisdictione ordinaria contra non exemptos, tũc ad Metropolitanum, vel alium proximum superiorem est appellandum; & hæc licèt peculiari lege, ac constitutione impugnari nõ possint, tamen ratione reuerentiæ, & grauitatis negotij dicẽdum est cum *Pegnia cit. loc. vers. hac postrema*, appellandum esse ad sanctam Sedem, supremumque tribunal vniuersalis sanctissimæ inquisitionis Romanæ, cùm causæ huiusmodi sint difficiliores, & maiores, & proinde ad sãctam Sedem Apostolicam referendæ, *Cap. maiores de Baptis.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à possessorÿ decreto secundum ciuilistas, non sic secundum canonistas.*

Possessorÿ multæ sunt species remissiuè.

2 *Appellatio non datur secundum canones à decreto summariÿssimi possessorÿ, nè partes veniant ad arma.*

Index.

Iudex non potest reuocare praeceptum super summarijssimo possessorio, & quare.

3 *Appellatio non datur à decreto de manutenendo, secus à sententia.*

4 *Appellatio nō datur à iudicio interdicti Saluiani quoad suspensiuum.*

5 *Appellatio non datur, si causa Saluiani sit coniunctim tractata cum petitorio, & nullitate, & deinde pronuncietur tantùm super possessorio, & Saluiano.*

6 *Appellatio à decreto Saluiani cum condemnatione expensarum non datur quoad suspensiuum, nisi quoad expensas.*

7 *Appellatio à decreto Saluiani datur, cùm notoriè de iniustitia constat.*

8 *Appellatio à decreto Saluiani lato cōtra absentem datur.*

9 *Appellatio à decreto Saluiani datur, si appellatus consentiat.*

10 *Appellatio à decreto Saluiani datur, si cōtrouertitur de ualiditate cōtractus.*

11 *Appellatio non datur in iudicio possessorio de iure canonico à sententia, lata contra notorium spoliantem.*

12 *Appellatio de iure canonico datur in casibus propositis, quādo processus est inordinatus, et sententia lata sine cognitione causæ.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an, & quando detur in iudicio possessorio, & qualiter.

CAP. CXXXII.

1 A Sententia lata in causa possessorij non dari appellationem, defendunt ciuilistæ; dubitant tamen canonistæ; proinde quicquid tenent primi; notanda sunt hîc aliqua in terminis nostris, ac præmittendum, iudicij possessorij multas esse species, quæ videndæ sunt apud *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. 6. membr. 1. nu. 2. & seqq.* & quando hîc dicimus, non dari appellationem, intelligimus quoad effectum suspēsiuum, non tamen deuolutiuum: His præmissis.

2 Dico primò, de iure nostro canonico non dari appellationem quoad effectum suspensiuum à sententia, siuè decreto in iudicio summarijssimi possessorij lata, seu lato, ne partes veniant ad arma, *Beninc. decis. 79. num. 6. & 7. Consord. in l. vnica lim. 3. nu. 48. C. si de moment. poss. Ludou. decis. Peru. 20. num. 11. Menoch. de retin. poss. remed. vltim. q. 17. num. 49.* & quod de iure canonico sit prohibita appellatio in possessorio summarijssimo, & extraordinario, dummodo fuerit pars citata, & adhibita causæ cognitio, defendit *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 22. lim. 25. num. 26.* & hoc adeo verum est, vt non solùm non possit appellari, sed nec etiam iudex potest reuocare præceptum emanatum super hoc summarijssimo possessorio, nisi causa plenè, & ordinatè cognita, *Menoch. de adipisc. remed. 6. num. 20. & de retinen. remed. vltim. q. 21. sub num. 56.* & ratio est, quia decretum iudicis, mandātis, alterum ex contendentibus esse in possessione, & alteri inhibētis, ne ad possessionem accedat, est interlocutorium, quod secum trahit executionem, ideoque illud reuocari non potest, ita *Menoch. cit. loc.*

3 Dico secundò, à mandato de manutenendo, etiam de iure canonico regulariter nō dari appellationē, ad *tex. in cap. final. § de possessione 2. q. 6. l. 1. C. si de moment. poss.* dicit communem *Dec. consil. 28. nu. 5.* sequitur *Rota in Bergonen. præeminentiarum 16. Iunij 1606. coram Manzanedo*, relata, per *Statil. Pacificum post tract. de Saluian. interdict. decis. 298. num. 7.* vbi *num. 9.* declarat, doctrinam habere locum, quando proceditur in possessorio manutentionis per decretum, secus verò, quādo per viam sententiæ diffinitiuæ, quia tunc instat appellatio, *Benintend. decis. 79.*

Rota

Rota in Valētina decimarum 23.*Octobris* 1598.*coram Seraph.Contard. de moment.possess.lib.*3.*nu.* 48. vlterius potest appellari in hoc casu quoad caput condemnationis expensarum, vel fructuum,iuxtà latè tradita, per *Statil.Pacif.cit.tract.insp ect.* 4. *cap.* 2. *num.*5.*& seqq.& Scacc. de appell. cap.* 2.*q.*17.*lim.*6.*membr.*9.*num.*35.*&* 36. qui dicunt, appellationem hāc operari solùm quoad conditionem expensarum, vel fructuum,cùm sit caput separabile.

4 Dico tertiò,in iudicio Saluiani interdicti, tanquam possessorio denegatur appellatio quoad effectum suspensiuum, *Negus.de pignior.par.*8. *membr.*1.*& seq.tom.*6.*par.*1. *Menoch. de adipisc.poss.remed.*3.*q.*33.*nu.* 136. *Scacc.de appellat.cap.*2.*q.* 17. *limit.* 6. *membr.*9.*num.*88.*& seqq.Statil.Pacif. de Saluian.interd.inspect.*4.*cap.*2.post *Caputaq.decis.*106.*&* 141.*lib.*3.*Rota diuers.decis.*34.*num.*3.*par.*2.*& in vna Romana Saluian.interdicti* 29.*Aprilis* 1591.*coram Gyps.*relata per eundem *Statil.cit tract.decis.*228.*num.* 2. & in alia, etiam *Romana Saluiani interdicti* 26. *Nouembris* 1605. *coram Manzanedo,Seraph.decis.*1145. *num.* 2. & hæc conclusio

5 Ampliatur primò, etiamsi causa Saluiani sit coniunctim ttactata cum petitorio, & nullitate,si deinde iudex omissis alijs, pronunciet tantùm super possessorio,& Saluiano, nam adhuc non datur appellatio, *Rot. in Rauēnat.Saluian.interdicti* 11.*Februarij* 1604. *corā Iusto*, relata per *Statil. Pacif.in fine dicti tract. de Salu.interd. decis.*144.*num.*2.*& in vna Romana domus veneris* 11. *Maij* 1601. adducta per eundē *cit.tract. decis.* 229. *& decis.*4.*&* 7.*Seraph.decis.*452.*nu.*1.cū alijs citatis per dictum *Statil. vbi supra num.* 2.

6 Ampliatur secundò, etiamsi in sententia Saluiani intercedat condemnatio expēsarum;adhuc .n. non datur tunc appellatio quoad vim suspensiuā,nisi quoad caput expēsatū, quod est capitulum separatum, vt dictum est supra, & post alios refert *Statil.Pacif cit.loc.num.*3.

7 Limitatur primò proposita sententia,non procedere, quando notoriè constat de iniustitia, seù nullitate sententiæ,*Menoch de adipiscend poss. remed.*4.*nu.*850.*Rot.diuers. decis.* 19. *nu.*20.*par.*3.*lib.*2.*& in vna Viterbien. pratensi spolij* 23. *Maij* 1561. *coram Rubeo*, & in alia *Ariminen. bonorum* 27.*Octobris* 1586.*coram Bubalo*, & in *Romana Saluiani interdicti* 14. *Decēbris* 1598. *coram Lancellotto*, & in alijs adductis per *Stat.Pacif.cit.tract. de interd.inspect.*4.*cap.*2.*num.*68. vbi concludit,benè in hoc casu dari appellationem quoad vtrumque effectum.

8 Limitatur secundò, quando sententia interdicti Saluiani esset lata contra absentem; tunc enim admittit appellationem quoad vtrumque effectum, multa *Statil. Pacif.cit.loc. num.*72.*& seqq.*& idem dicendum, quando sententia fuit lata contra tertium, qui non fuit citatus in iudicio,*Menoch.de adip.poss.remed.*4.*num.* 845.*Scacc. de appell.cap.*2.*q.*17.*lim.*6. *membr.*4.*num.*42.

9 Limitatur tertiò, quando appellatus consentiret appellationi, quia tūc sustinetur in causa interdicti Saluiani quoad vtrumq;effectum,*Scacc. cit.loc.membr.*7.*nu.*83.& dicitur consentire,quando non reclamauit,*Statil.Pacif.cit.loc.num.*111.

10 Limitatur quartò,quando in iudicio Saluiani interdicti cōtrouertitur de validitate contractus, seù constituti,nā cùm tunc iudicium dicatur mixtum, benè admittitur appellatio quoad vtrumque effectum, ita post *Alciat.Contard.Raginell.* & alios per ipsum adductos, docet *Statil.Pacif. vbi supra num.* 112.

11 Dico quartò,in iudicio possessorio de iure canonico non dati appellationē,quando sententia est lata contra notorium spoliatorem, *Cap.cum sit Romana* §. *preterea de appellat.* & ratio

ratio est clara, quia in notorijs non datur appellatio, vt diximus supra, dummodo talis sit notorietas, vt nulla subsit excusatio, *Scacc. cit. loc. q. 17. lim. 6. membr. 7. num. 7. & seqq.*

12 Dico quintò, in omnibus propositis casibus, in quibus diximus, de iure canonico non dari appellationem in causa possessorij restringi regulam, quando processus est inordinatus, & sententia lata sine causæ cognitione, vel est euidenter iniusta, *Duen. regul. 52. Granat. ad Vestr. cap. 3. lib. 7. num. 38. in prax. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. num. 485. & 446. Ioseph Ludou. decis. Perus. 59. nu. 7. & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio debet interponi coram suffraganeo, tanquam iudici à quo, & quare.*

Appellatio debet notificari iudici à quo ad hoc, vt non procedat in causa.

Appellatio an sit valida, si interponatur absque iudicis præsentia.

2 *Appellatio non interposita coram iudice à quo, neque deuoluit causam, & est nulla.*

3 *Appellatio coram honestis viris fieri potest, protestatione præmissa, quando non audet coram iudice à quo illam facere appellans.*

4 *Appellandi coram honestis uiris causa potest ex pluribus oriri, & ex quibus.*

5 *Appellatio coram honestis viris quomodo fiat,*

6 *Appellatur coram honestis viris, quãdo non habetur copia suffraganei.*

Appellari potest coram ipso Metropolitano, quando non habetur copia suffraganei.

Appellationem interponendi corã honestis viris practica.

Appellans non tenetur inquirere iudicem, nisi in loco solito.

7 *Appellans coram honestis viris ex eo, quod iudex non faciat copiam sui, an cessante dicta causa, iterum appellare debeat.*

Appellatio coram honestis viris est intimanda iudici, & parti.

ARGVMENTVM.

De appellatione interponenda coram iudice à quo, vel coram honestis viris.

CAP. CXXXIII.

1 Appellatio necessariò debet interponi coram suffraganeo, tanquam iudici à quo, *Abb. in cap. suggestum num. 4. de appellat. Specul. titul. de appell. §. nunc dicamus num 10. vers. & scias lib. 2. Marant. in specul. par. 6. art. 2. princip.* in verbo *& quandoque appellatur nu. 133. Vest. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 27.* vbi *Grauat. num. 57. Gramm. decis. 36. num. 76. Rota decis. 50. aliàs 29. num. 1. de appellat. in nou. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 15. princip. nu. 1.* & est commune apud omnes; & ratio est ad hoc, vt appellatio sit nota iudici à quo ad effectum, vt ad vlteriora non procedat in causa, & procedendo reuocentur tanquã attentata, *Frãch. in cap. si iustus num. 19. de appellat. & in cap. cum sit Romana nu. 6. eod. titul.* vbi id extendit etiam in appellatione extraiudiciali, imò, nec sufficere illã interponere in tribunali sine iudicis præsentia, defendunt multi, ita *Frãc. Gram. & Vestr. cit. loc.* licèt praxis admittat, si illa præsentetur notario causæ.

2 Ampliatur obligatio interponendi appellationem corã iudice à quo, & sic coram suffraganeo in terminis nostris, vt aliter facta, non solùm non suspendat, sed nec etiam deuoluat negotium ad superiorem, imò suffraganeus potest suam exequi sententiam, probat post multos *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 6. num. 7.* imò ipsa appellatio nulla dicitur, *Franch. in cit. cap. cum sit Romana num. 6. Lancell. de*

de attent. ampliat. 15. *princip. num.* 2. *&* 3. *& lim.* 50. *princip. num.* 7. *& nu.* 184. *Soc. consil.* 39. *num.* 32. *lib.* 4. qui testatur de communi.

3. Limitatur suprapofita sententia duobus modis; primò, quando quis ob iustum metum finet appellationē interponere coram suffraganeo, & sic coram iudice à quo; tunc enim præmissa protestatione, quod non audet appellare coram iudice à quo, potest appellare corā honestis personis, *Cap. vltimo*, vbi *gl.* in figuratione casus, & in verbo *exprimendos de appellat.* vbi *Franch. num.* 51. *Angel. Aret. in l.* 1. §. *libelli num.* 5. *ff. de appell. & relat.* & relinquitur arbitrio iudicis, quando dicatur iustus metus in hoc casu, *Franch. cit. loc. num.* 12. qui *num.* 5. ponit quibus modis probetur metus.

4 Notandū est in his terminis, quod iustus metus excusat ab appellando coram suffraganeo, siuè metus incutiatur à iudice, vt quia terribilis sit contra appellantes, siuè inferatur à partibus, siuè incutiatur à statuto pęnali, siuè etiam ipse, qui intendit appellare, fuerit causa metus, *Frāch. cit. cap. vltimo num.* 2. *&* 4. vbi etiam *Cardin. Alex. num.* 3. *&* 4.

5 Requiritur in hac appellatione interponēda coram probis viris primò, quod interponatur infra legitima tempora, idest decem dies. Secūdò, quod interponatur coram publicis personis, aut coram iudice cuiussuis fori, vndè praxis seruat illam interponere coram notario, iudice cōtractuū, & testibus. Tertiò, quod exprimatur causa metus, & sufficit illā exprimere in genere, dicendo timeo appellare coram suffraganeo, & similia, *Franch. vbi supra nu.* 14. post *gl. final.* ibidem *Surd. cōs.* 228. *n.* 15. *lib.* 2.

6 Limitatur secundò sentētia principalis, quando haberi nō potest copia suffraganei, q̄a tūc appellari potest corā honestis p̄sonis, imò sufficit appellare coram Metropolitano iudice ad quem infra legitima tempora, *Specul. titul. de appell.* §. *nunc dicamus num.* 10. *lib.* 2. *Bal. in l. apertissimè nu.* 3. *C. de iud. Papien. in pract. in form. appell. à sent. diffinit. in gl. coram vobis sub num.* 11. *verf. quintò quæritur*, qui ponit practicam interponendi hanc appellationem, & est, vt eatur ad tribunal suffraganei iudicis à quo, & ibi appellaturus protestetur de absētia suffraganei, & p̄ notariū describi faciat suā appellationem, cum qua deinde vadat ad Metropolitanū iudicem ad quem. Quibus in terminis notandum est, quod appellare volēs non tenetur inquirere de suffraganeo in horto, vel in villa; sufficit enim quod illum inquirat in loco publico, *Franch. in cit. cap. vltimo num.* 23. *de appell. Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 50. *princip. nu.* 174. *Rota decis.* 50. aliàs 29. *num.* 1. *de appellat. in nou.* si verò suffraganeus sit solitus ius dicere in eius camera, est ibidem requirendus, *Franch. cit. loc. num.* 24.

7 Controuersum est in iure, an appellans coram probis viris, ex quo non potest habere iudicem, si proposita appellatione iudex fecerit copiam sui, teneatur appellans iterum appellare corā eo: rationes pro vtraque parte videre poteris apud *Caffad. decis.* 8. & latius apud *Scac. de appellat. cap.* 2. *q.* 6. *num.* 25. *& seq.* & licèt *Caffad.* videatur sentire affirmatiuè; tamen probabilior videtur sētentia negatiua, & sicut appellans coram probis viris ob iustum metum, non tenetur deinde comparere corā iudice à quo cessante metu, *Surd. consil.* 228. *num.* 17. *lib.* 2. post *Bald.* per ipsum adductum in *l.* 2. *nu.* 4. *C. de his, qui propter met. iud.* ita à pari, qui appellauit ob defectum iudicis à quo cessante defectu; actus enim legitimè factus non est necessarium, quod repetatur: Bene tamen verum est, quod ad hoc, vt hæc appellatio causet attentata debet intimari iudici, & parti, *Lancel. de attēt. par.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 15. *nu.* 20. *& seqq. Scacc. cit. loc. num.* 31. *& seqq.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest à suffraganeo ad Papam omisso medio, Metropolitanique processus eo casu dicitur attentatus.*
2 *Appellatur à suffraganeo, iurisdictione ordinaria procedēte, ad Metropolitanū, quod limita in causis inquisitionis*
3 *Appellādum est à suffraganeo ad Metropolitanum, etiam in temporalibus*
4 *Appellatur à suffraganeo delegato ad delegantem, etsi delegatus ordinaria simul auctoritate iudicet.*
5 *Appellatio est interponenda non omisso medio, vt ab Archidiacono, vel delegato Episcopi ad ipsum Episcopū, non ad Metropolitanum.*
6 *Appellatio à delegato etiam Vicario ad Episcopum delegantem datur, nisi causa sit vna de concessis in mandato generali.*
7 *Appellatur à delegato Episcopi ad Metropolitanum, quando Episcopus delegauit quia ipse erat suspectus.*
8 *Appellatur à delegato Episcopi ad Metropolitanum, quando delegatio est facta in fraudem.*
9 *Appellatur à Vicario foraneo ad Episcopum.*
10 *Appellatione interposita à suffraganeo ad Metropolitanum, quid si suffraganeus inueniatur assumptus in Metropolitanum?*
11 *Appellatio interponitur ad Metropolitanum, si causa fuerit coram suffraganeo excitata per cōmissionem, & poterat ipse procedere sua iurisdictione ordinaria.*
12 *Appellatio alternatiua an valeat.*
13 *Appellatione alternatiua interposita ad Archiepiscopum, vel ad Papam reseruata electione, electo Metropolitano poterit appellās prosequi eandem appellationem coram Papa.*
14 *Appellatio copulatiuè ad Papam, & Metropolitanum an valeat duplex opinio.*
15 *Appellante vna ex partibus ad Papā, altera ad Archiepiscopum, praeualet, quae ad Papam, vbi quid si sint diuersa capitula in sententia.*
16 *Archiepiscopus potest procedere in causa si notitiam non habuit de appellatione interposita ad Papam.*
17 *Appellatio interposita ad Archiepiscopum, in quibus casibus praeualeat interposita ad Papam.*

ARGVMENTVM.

Appellari an possit, & quando omisso medio, & quid in alternatiua, vel copulatiua appellatione.

CAP. CXXXIV.

1 Hic aduertendum est, quod licèt appellatio interponenda sit gradatim non omisso medio, *l. Imperatores ff. de appellat. & relat.* sed ad immediatum superiorem, & sic ab Episcopo suffraganeo ad Metropolitanum; tamen ad Papam, tanquam ad Principem potest appellari omisso medio, quod est indubitatū apud omnes, ideo in hoc non est immorādum: Solùm dicendum est, quod si appellatum extitit ad Papam, & Metropolitanus, tanquam causa ad eum per viam appellationis deuoluta, processerit, processus est nullus, & dicitur attentatus, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12 ampl. 21. nu. 3. et 4.* quem refert, & sequitur *Scacc. de appell. cap. 2. q. 7. num. 55.*

2 Vlterius est notandum, quod appellatur ab Episcopo suffraganeo ad Metropolitanum, quando suffraganeus procedit iurisdictione ordinaria, & tunc limitatur conclusio in causis Sanctae Fidei, in quibus licèt suffraganeus procedat ex iurisdictione ordinaria, adhuc appellatur ad Papam omissis alijs medijs, refert *Peg. ad Eymer. direct. par. 3. comment. 31. vers. hac postrema, & vers. seq.* vt dixi supra *cap. 131. num. 3.*

3 Proposita sententia, vt ab Episcopo appelletur ad Metropolitanum, est adeo vera, vt procedat etiam in

X tem-

temporalibus, *Cap. Romana §. debet*, vbi *Franch. nu. 1. de appell. in 6. Guid. Pap. decis. 436. num.* 110. quod procedit etiam in his, quę exercet Episcopus iure speciali, vt per *Franch. ibidem* quid vlterius dicendum in iurisdictione temporali competente Episcopo, vide *Steph. Aufr. tract. de potest. secul. regul. 2. nu. 3. fol. 2 Gregor. Tolos. tract. de appellat. lib. 4 cap. 4. sub nu. 5. vers. tamen.* In feudalibus, quādo Episcopus tenet feudum à laico, quem recognoscit, vt dominū, nō ad Metropolitanum, sed ad dominū directū à quo tenet feudū appellatur, ꝓbatur ex *Cap. solitæ de maior. et obed.* in illis verbis: *nō negamus quin præcellat Imperator in temporalibus illos dumtaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia*, & ex *Cap. verum de for. compet. cano nista in rub. de appellat.* præsertim *Abb. nu. 13. vers. sed quatenus, Franch. num. 37. vers. tertiò quæritur, & Dec. nu. 47. & seq. Fel. in cap. super quæstionum §. porrò num. 14. de off. & potest. iud. deleg.* & ratio est, quia in hoc casu Episcopus non iudicat vti persona ecclesiastica, sed vti laicus, *Scacc. lib. 1. cap. 11. num. 97.*

4 Quando verò suffraganeus procedit iurisdictione delegata, tunc nō ad Metropolitanum, sed ad delegātem appellatur, quod procedit etiāsi suffraganeus procederet vtraq; auctoritate, ordinaria scilicet, & delegata simul, nā adhuc appellandū est ad delegantem, quia iurisdictio delegata est maior, cui cedit ordinaria, quæ est minor, *Henr. Bouer singul. 11. rub. de appell. fol. 203. col. 4.*

5 Dixi in principio huius capitis, appellationem esse interponendā gradatim non omisso medio, ex quo sequitur ab Archidiacono v. g. vel alio iudice Episcopo inferiori non esse appellandum ad Metropolitanum, sed ad ipsum Episcopum, quia Metropolitanus non est de illis, ad quos potest appellari omisso medio, *Scacc. de appell. cap. 2 q. 8. num. 99. vers. limita nunc*, vbi etiam notat, ꝙ à delegato Episcopi non ad Metropolitanum, sed ad Episcopum est appellandum, *gl. in cap. 2.* in verbo *official. de consuetud. in 6. Franch. in cap. dilecti num. 33. de appell. in cap. Romana nu. 5. eod titul. in 6. Rot. decis. 3.* aliàs *350. de off. Vic. in nou.*

6 Hoc de appellatione à delegato interponenda ad Episcopum delegantem, nō ad Metropolitanum, extende etiamsi causa fuisset delegata Vicario generali, *Abb. in cap. dilecti 163. num. 18. de appell.* adhuc enim appellatur ad delegantem Episcopum, dummodo causa non sit de his, quæ comprehenduntur in commissione generali, *Rot. decis. 7.* aliàs *371. num. 2. de off. vic. in nou. Fel. in cap. licèt num. 1. de off. & potest. iud. ord.*

7 Fallit tamen sentētia primò, quādo Episcopus delegauit, quia ipse erat suspectus; tunc .n. non ad Episcopum delegantē, sed ad Metropolitanum appellatur, *Scacc. de appell. q. 7. num. 42. & q. 8. num. 19.*

8 Limitatur secundò, quando Episcopus delegauit in fraudem, vt appellatio ad se reuerteretur; tūc enim ex fraude non deberet commodum reportare, sed ad Metropolitanum esset appellandum, *Specul. titul. de appell. §. nunc tractemus vers. sed secundum num. 6.* probat optimè *Scacc. de appell. q. 8. num. 28. & seq.*

9 Item à Vicario foraneo, seù non generali appellatur ad Episcopum, non ad Metropolitanum, *Rot. decis. 3. num. 8. de off. vic. in nou. Rot. diuers. decis. 1131. nu. 1. par. 3. lib. 3. Mohed. decis. 5.* aliàs *133. num. 1. & seqq. de appellat.*

10 Quæritur, an si Episcopus suffraganeus ꝓmoueatur ad Archiepiscopatum Metropolitanum possit à sententia, quam tulit vti suffraganeus, ad eum factum Metropolitanū appellari, & an talis Metropolitanus possit in huiusmodi causa procedere.

Respondetur, & videtur dicendū affirmatiuè per *gl. in l. filius non impe-*

dia-

ditur verbo *cum nō propriè ff. de inoff. test.* vbi dicitur, quod si is, qui sententiam tulit successit iudici appellationis, potest in tali causa iudicare, faciunt etiam pro hac sententia rationes adductæ p *Gregor. Tolos. tract. de appellat. lib. 4. cap. 17. nu. 1. & seqq.* qui deinde *num. 9. & seqq.* contrariā, & veriorem defendit sententiam; ex quo clarè habemus, quod Metropolitanus in tali casu tenetur causā alteri delegare, probat etiam *Scacc. de appell. q. 4. nu. 15.* post *Franch. in cap. ad hac num. 7. de appellat.*

11 Vlterius dicendum est, appellari ab Episcopo suffraganeo ad Archiepiscopum Metropolitanū, etiāsi suffraganei iurisdictio fuerit excitata per commissionem in causa, in qua Episcopus poterat procedere iurisdictione sua ordinaria, quia tūc per commissionem dicitur excitata, non delegata iurisdictio, & consequenter appellandum est ad Metropolitanum, *Cap. licet de off. ordin. in 6.* quod idem dicimus, quando Episcopus procedit vti sedis Apostolicæ delegatus virtute *Concilij Trid.* in causis, in quibus aliàs iurisdictionem habet ordinariam; secus tamen est in causis, in quibus Episcopus non poterat procedere iure ordinario; tunc enim per commissionem dicitur delegata iurisdictio, & consequēter appellandum est ad delegantem, *Fel. in cap. licet num. 1. et seqq. de off. ordin. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 8. nu. 86. vers. extende 2. & seqq.* qui alios citat.

12 Quæstio est inter DD. an valeat appellatio alternatiua, dicendo (appello ad Archiepiscopū; vel ad Papam) in qua quæstione, reperiuntur tres opiniones inter se pugnantes, quas videre poteris apud *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 9. num. 1. & seqq.* sed inter has opiniones illa videtur verior, & magis communis, quod talis appellatio valeat, dummodo appellans citata parte incipiat prosequi appellationem coram vno, quem ipse tiam appellatus in defectum pus dari, eligere; vel dummodo quo intendit declaret infra tempus prosequi, docent quēdum coram *nunc tractemus num.* appellationis *de attent. par. 2. cap. 12. lim* appellat. §. *Rot. decis. 33.* aliàs *209. de appell. 5. nou.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Scacc. cit. loc. num. 1.*

13 In hac appellatione alternatiua interposita ad Archiepiscopum electionis coram quo sit causa prosequenda, si appellans eligat Archiepiscopum, & coram eo compareat, & appellationem prosequatur, adhuc potest ipse appellans, relicto Archiepiscopo, prosequi eandem appellationem coram Papa, *Ioan. And. ad Specul. titul. de appellat. §. nunc tractemus num. 18. in fin.* in verbo *placet*, *Scacc.* post alios *cit. loc. num. 11.*

14 Similis quæstio agitatur inter DD. an scilicet valeat appellatio copulatiuè interposita ad diuersos iudices, & superiores, videlicet (appello ad Archiepiscopū, appello ad Sāctissimum) in qua quæstione licèt contrariæ sint sententiæ, & partem negat nam tueantur classici canonistæ; tamen partem affirmatiuam, nempè, valere talem appellationem, maximè si infra legitima tempora appellans eligat in iudicem alterum ex his, ad quos appellauit, defendit *Ioan. And. ad Specul. titul. de appell. §. nunc tractemus num. 16. vers. sed pone lib. 2. lit. D. Alex. consil. 164. num. 1. & seqq. lib. 2 Scacc. de appellat. cap. 2. q. 10. num. 2. vers. quid dicendum*, qui *num. seq.* declarat, non valere appellationem interpositam ad vnum superiorem, & deinde per modum variationis ad alium, etiam infra decem dies, *Franch. in cap. dilecti num 63 de appell. Osasc. decis. 131. num. 8.* nisi tamen prima appellatio esset nulla, quia tūc potest iterum appellari infra legitima tempora ad alium.

X 2 15 Quæ-

15 Quæri hic etiam po... cuius ap- ...partes appellent, ... -scopum, altera secundum commu- ... pellatio pr... DD. præualere ap- ... Resp... ...em interpositam ad Papā, ...nem ... appellatio interposita ad Ar- ...chiepiscopum esset prior: Ratio est, quia iurisdictio superioris absorbet iurisdictionem inferioris, Canonistæ ... *A duobus de appellat. Osasc. cit. lib. 3. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 15. princip. num. 23. & alij*; & hoc procedit, quando appellatum fuit à sententia, quæ continet vnicum negotium, vel connexa capitula, secus tamen est, quando sententia continet capitula separata; tunc enim etiam appellationes dicuntur separatæ, & vtraque valet, ita *Scacc. de appell. cap. 2. q. 10. num.* 14. qui *num. seq.* aduertit, quod etsi appellatio in casu proposito interposita ad Papam præualeat, tamen si is, qui ad Papam appellauit fuerit citatus corā Archiepiscopo, ad quē aduersarius appellauit, potest Archiepiscopus procedere, & etiam contumacem excommunicare, quia tunc dicitur, Archiepiscopum habere iurisdictionem elidibilem ope exceptionis, & donec non elidatur, validè procedit, ita *DD. in cit. cap. si duobus* præsertim *Franch. num.* 13. *Card. Alex. num.* 3. & *Dec. num.* 5. *de appellat.*

16 Declara supradicta, quando Archiepiscopus ignorat appellationē interpositam ad Papam, aliàs si de ea notitiam habeat, tenetur abstinere, nec potest procedere in appellatione coram se interposita ab eadem sententia, ita citati *DD. in citat. cap. si duobus*.

17 Limitatur tamen proposita conclusio principalis, nempè, præualere appellationem interpositam ad Papam, primò, quando fuit appellatum ad Sanctissimum à sentētia excommunicationis, & excommunicatus comparet coram Archiepiscopo pro absolutione ad cautelam, præstando cautionem de parendo mandatis; in hoc enim casu benè Archiepiscopus potest adiri, *Franch. in cap. solicitudinem num. 8. de appell.* Secundò, quando adiretur Archiepiscopus sine præiudicio appellationi interpositæ ad Sanctissimum, quo casu etiam validè procedit Archiepiscopus, *Card. Alex. in cit. cap. solicitudinem sub nu.* 4. Tertiò, quando appellans appellationi, quam ad Sanctissimum inter... ...renunciauerit, siuè expresè, siuè tacitè per comparitionem corā Archiepiscopo sine protestatione, ita post *Card. Alex. & Dec. cit. loc.* declarat *Scacc. vbi supra num.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi an sit deferēdum iudicat suffraganeus, nihil tamen aliud dicendo, quàm admittendo, vel non.*
Appellationi iustæ non deferens, vel deferens friuolæ punitur.

2 *Appellationem non esse admittendam, si pronunciet Ordinarius, nulli prœiudicat.*

3 *Appellatio si sit legitima, vel dubia est admittenda, & supersedendum, quod si nulla, non est ei deferendum.*

4 *Appellatione interposita ab vna ex partibus, si altera se opponat, est adhibenda cognitio citatis partibus.*

5 *Appellationis iudicio incepto coram Metropolitano, etiam circa eandem appellationem, suffraganeus non se intromittit.*
Appellationis iudicio non incepto coram Metropolitano, si appellationem negetur fuisse interpositam, quid faciat suffraganeus.
Controuersia pendente de iustitia, vel desertione quid agendum?

6 *Appellatio an sit iusta, legitima, vel illegitima spectat ad Metropolitanum.*

AR-

ARGVMENTVM.

De delatione appellationis facienda per suffraganeum, & quomodo,& an,& in quibus se intromittere possit.

CAP. CXXXV.

1 Hic dicendum est primò,ad suffraganeum spectare cognitionem,an sit deferendum,vel non appellationi,ea ratione, quia iudex à quo si non deferat iustæ appellationi,vel deferat friuolæ punitur, *Fräch. in cap. vt debitus num. 42. de appellat.* meritò ipsius est cognitio, an deferendum sit,vel non appellationi,docent *Specul. titul. de appellat. §. nunc dicamus nu. 3. vers. sed quis lib. 2. Franch. in cap. ad audientiam num. 2. & cit. cap. vt debitus num. 42. de appellat.* Verum suffraganeus,tanquam iudex à quo, debet adhibere hanc cognitionem, an sit deferendum appellationi,tantùm ad sui instructionem, non verò, vt pronūciet, an appellatio sit iusta, vel iniusta, aut legitima, vel non, *Franch. citatis locis.* Vnde non potest pronunciare super iniustitia, vel iustitia,aut super illegitimitate,vel legitimitate appellationis,sed tantùm debet dicere,admitto, vel non admitto appellationem, *Franch. in cap. constitutus num. 19. de appellat. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 11. num. 1. & seqq.*

2 Ex dictis collige,q̄ si suffraganeus pronunciaret, appellationem non esse admittendam, talis pronunciatio nec præiudicaret Metropolitano,nec parti, etiamsi ab ea non fuerit appellatum, *Franch. in cit. cap. constitutus num. 19. in fin. & num. 17.* vbi etiam addit,Metropolitanum iudicē ad quem posse liberè talem pronunciationem reuocare,tanquam attentatam.

3 Dicendum est secundò,suffraganeum in hoc ita procedere debere, nempè,quando est certus, quod appellatio sit legitima,& admittenda, tenetur omninò illam recipere, admittere, & supersedere in executione,& nihil innouare, *Specul. titul. de appellat. §. nunc dicamus num. 4. lib. 2. Franch. in cit. cap. constitutus num. 17. in fin. de appel. Io. And. in cap. pastoralis num. 10. de off. deleg.* quando dubitat, an appellatio sit admittenda, & an sit legitima, tunc etiam tenetur illā recipere, admittere, & supersedere in executione, *Specul. titul. de appell. §. nunc dicamus nu. 2. in fin. & nu. 6. & 8. lib. 2. Franch. in cit. cap. constitutus nu. 18. de appellat. Marches. tract. de commiss. par. 2. commission. appellat. cap. 1. num. 7. Alex. consil. 113. num. 2. lib. 5. Io. And. in cap. pastoralis nu. 10. in fin. de off. & potest. iud. deleg.* quando notoriè constat appellationem esse nullam, seù iniustam, vel non tenere, tunc non debet appellationi deferre, *Specul. cit. loc. num. 4. vers. circa hoc, Ioan. And. in cit. cap. pastoralis nu. 11.* vbi etiam *Butr. §. preterea nu. 15.* quo in casu, licèt suffraganeus appellationem non admittat, non tamen potest pronunciare, appellationem esse iniustam, quia hæc pronunciātio non est iudicis à quo, vt dictum est *vers. praced.*

4 Supradictis adde, quod proponēte vna parte appellationem coram suffraganeo, si altera pars se opponat,& dicat,appellationem non esse recipiendam, tunc suffraganeus debet adhibere plenam cognitionem, citatis partibus, *Bart. in l. 1. num. 3. C. quor. appell. nō recip. Natta consil. 529. num. 20. & 30. lib. 3.* quę plena cognitio secundum *Bart.* debet respicere probationes,non verò ordinem.

5 Dicendum est tertiò,quando Metropolitanus iudex, ad quem cepit cognoscere de appellatione, tunc si dubitetur, & controuertatur,an appellatio sit admittenda,an sit appellatum, an in tempore sit appellatū, an appellatio sit iusta, vel legitima, an sit deserta,& similia, suffraganeus

X 3 non

non potest se intromittere in cognitione omnium, & singulorum prædictorum, sed Metropolitanus tantũ, tanquam iudex ad quem, *Anton.de Butr.in cap.constitutus nu.* 13. *& Franch.num.*17. *de appellat.* Quando verò Metropolitanus non dum cepit cognoscere de appellatione, si nulla apparet appellatio, & negatur, fuisse appellatum, potest suffraganeus in causa cognoscere, & tenetur citare aduersarium ad docendum de appellatione, de qua si non fuerit doctum, potest ad vlteriora procedere, faciunt dicta per *Franch.in cap. Romana* §.*fin.num.*3.*de appellat. in* 6. *Vestr.in prax.lib.*8.*cap. vltim. num.* 9. *vers.sed dices*, *Anton. de Butr.in cit. cap.constitutus num.*13.*vers. quandoq; de appellat.* Si verò fuit appellatum, sed est controuersia, an appellatio sit recipienda, & tunc suffraganeus potest cognoscere ad sui instructionem, vt dictum est supra, ad finem, vt possit deliberare, quos apostolus tenetur dare, reuerentiales ne, an refutatarios, & an debeat supersedere, vel non; non tamen pronunciando de iniustitia, vel iustitia appellationis, quod est Metropolitani, vt dixi: Quãdo verò certum est de appellatione, sed controuertitur, an sit deserta, si appellationis causa non est introducta coram Metropolitano, potest suffraganeus de desertione cognoscere, & citare appellantem ad docendum de appellatione, & illius legitima prosecutione, *Butr.cit.loc.* Quãdo causa fuit introducta coram Metropolitano, coram quo etiamsi appellans nihil fecerit, adeo quod causa est omninò deserta, nõ potest suffraganeus se intromittere, sed Metropolitanus iudex ad quem cognoscit, *Franch.in cap.ex ratione num.*67. *& seqq.de appellat.*

6 Dicendum est quartò, cognitionẽ, an appellatio sit legitima, vel illegitima, an iusta, vel iniusta, omninò spectare ad Metropolitanum, qui in hoc articulo debet adhibere plenã cognitionem quoad probationem, licèt summariam quoad ordinem, *gl.in l.*1.in verbo *summatim C. quorũ appellation.non recip.Bart. in supracit. l.*1.declarat *Scacc.de appellat. cap.* 2. *q.*10.*num.*14.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus in iudicio appellationis non potest cognoscere de nouo capitulo, & quare.*

2 *Metropolitanus potest ex vera causa sententiam suffraganei latam ex falsa approbare, & quando.*

3 *Metropolitanus cognoscit de iure tertij comparentis, etsi non comparuit coram suffraganeo.*

4 *Metropolitanus potest cognoscere super accessorijs articulis omissis à suffraganeo.*

Appellatio deuoluit negotium cum dependentibus, & connexis.

5 *Connexa, quæ dicantur, & num.*6.

Inseparabilia dicuntur connexa.

ARGVMENTVM.

Appellationis in termino an, & quando Metropolitanus cognoscat de nouo capite, & quid in connexis.

CAP. CXXXVI.

1 Hic est aduertendum, quod Metropolitanus in causa ad se à suffraganeo appellata, cùm succedat ipsi suffraganeo iudici à quo, & videatur quodammodo subrogatus, *Bal.in l.penult.num.*6. *C. quor. appell. non recip.Put.decis.*166.*num.*2.*lib.*3. *Bellam.decis.*41. non potest in causa cognoscere, nisi de eo, quod cognouit suffraganeus iudex à quo, nec potest admittere nouum capitulum, *Abb.in cap.significauerunt num.* 10.*& seq. de except.* multa *Scacc.de appellat. cap.*2.*q.*11.*nu.*17.vbi dicit, quod iudex

dex, ad quem est appellatum à sententia diffinitiua, non potest cognoscere, nisi an bene, vel male appellatum sit.

2 Supradicta declara primò, quod si suffraganeus sententiã ꝓtulit ex falsa causa, potest Metropolitanus illã confirmare ex alia causa non deducta coram suffraganeo, *Frãch. in cap. cum Ecclesia num. 7. de appellat.* si hæc noua causa includebatur saltem implicitè in processu primæ causæ, secus si nullo modo includebatur, *Franch. eod. loc. num.* 8.

3 Declara secundò, vt si tertius, habens interesse in causa, cõpareat in causa appellationis corã Metropolitano, admittitur, & Metropolitanus cognoscit de iure tertij, de quo non cognouit suffraganeus iudex à quo, *Fel. in cap. cum super num.* 11. *de sent. & re iud. Gaill. lib.* 1. *obseruat.* 122. *num.* 1. *Put. decis.* 166. *num.* 1. *& seqq. lib.* 3.

4 Declara tertiò, Metropolitanum posse cognoscere, & pronunciare super articulis accessorijs omissis à suffraganeo, quia appellatio deuoluit etiam accessoria, *Rebuff. tract. de appell. art. vltim. gl. vn. num.* 16. & hoc etiam sine partis instantia, & nemine petente, cùm appellatio deuoluat negotium principale cum omnibus suis sequelis, dependentijs, & connexis, *Card. Alex. in rub. de appellat. nu.* 85. *vers. pone, Rot. decis.* 59. aliàs 424. *de appell. in nou.* quod maximè procedit, quando connexa sunt notoria, *Ant. de Butr. tract. de notor. art.* 4. *num.* 5. *& seqq.*

5 Ad intelligentiam huius declarationis nota, connexa dici primò ea, quæ determinari non possunt sine articulo principali, *Cap. super eo, vbi Abb. num.* 2. *& Franch. nu.* 1. *de appell.* Secundò, quando articulus est præiudicialis, tunc quia de eo prius est cognoscendum, quàm de causa principali dicitur connexus, *Franch. eod. loc. vers. in gl.* Tertiò, quando sententia lata in vno, parit exceptionem rei iudicatæ etiam in alio, dicuntur articula connexa, *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 2. *princip. nu.* 27.

6 Vlterius connexa dicuntur in his terminis, quæ sunt inseparabilia, & diuidi non possunt, *Alex. de Neuo in cap. si duobus num.* 13. *de appell.* vel connexa dicuntur, quando est vnum factum cum suis qualitatibus, secundum *Bal. in l. Aurelius §. item num.* 3. *ff. de lib. leg. Abb. in cap. bonæ memoriæ il* 2. *nu.* 29. *de post. Prælat. Fel. in cap. cum inter num.* 7. *de sent. & re iud. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 95. *num.* 14. vel connexa dicuntur, quorum vnũ nõ potest sine altero stare, aut quorum vnum tendit ad perfectionem alterius, *Menoch. eodem loc. num.* 5. *&* 8. vel connexa dicuntur, quæ habent simul correspectiuitatem, *Caputaq. decis.* 186. *nu.* 1. *par.* 1. in terminis *Gabriel. lib.* 6. *titul. de regul. iur. conclus.* 1. *num.* 37. vel dicuntur connexa, quæ ex continentia factorum reparationem non recipiunt, *Lancell. de attent. cap.* 12. *limit.* 2. *num.* 10.

S V M M A R I V M.

1 *Metropolitanus nequit inhibere, nisi sciat, ad se fuisse appellatum.*
Appellatur ab inhibitione absq; scientia appellationis.
Inhibendum non est, nisi sciatur, appellatum fuisse in termino.

2 *Appellationes non recipiantur à Metropolitano, nisi certis sub conditionibus ex decreto S. Congregationis.*

3 *Metropolitanus nec cognoscit de grauamine, nec inhibet pro actis, licèt protestetur se facere citra præiudiciũ cursus causæ, quãdo lis pendet coram suffraganeo.*

4 *Inhibitiones non dentur, nisi cum copia sententiæ, aut decreti cum grauamine, aliàs impunè resistitur.*

5 *Inhibitiones non ideo concedantur, quia dicatur, copiam sententiæ culpa actoris, vel iudicis non posse haberi, & quid tunc sit agendum.*

6 *Inhibitio quid sit.*
Inhibitio expediri potest absque citatione, & etiam cum citatione, et quomodo.

7 *Inhibitio expediri solet cum appositione pæna, & qualis.*

8 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda, contra si friuola.*

9 *Inhibitio an liget ignorantes.*
Inhibitioni an sit parendum, habita eius qualitercunq; cognitione.

10 *Inhibitio expirat, si discusso negotio, Metropolitanus vel remittat negotium suffraganeo, vel dicat bene iudicatum.*

11 *Inhibitio ligat litigantes, & praeiudicantes liti post notificationem.*
Inhibitus pro vna causa potest pro alia procedere.

12 *Inhibitio durat durante lite coram inhibente.*

13 *Inhibitio valet adducta cum conditione si possum inhibere.*
Aditio hereditatis sub conditione dicitur inualida.

14 *Inhibitio quando sufficiat notificata domi.*

15 *Inhibitionis notificationem præsumitur præcessisse actum contrarium, nisi de contrario constet.*

ARGVMENTVM.

De conditionibus requisitis ad inhibendum, & inhibitionis essentia, notificatione, & vita.

CAP. CXXXVII.

1 HIc nota, Metropolitanum non posse suffraganeo inhibere, nisi ante inhibitionem ei cōstiterit ad se legitimè appellatū, & si ante inhiberet, seu procederet in causa, diceretur grauare, & à tali grauamine daretur appellatio, docet *Franch. in cap. dilecti num. 14. de appellat. Lancel. de attent. par. 2. cap. 20. num. 117.* qui *nu. præcedentibus* relatis diuersis sententijs, firmat cōclusionem, iudicē s. ad quem non inhibere, nisi sibi constiterit, fuisse appellatum, & per appellationem ad eum causam totaliter delatam, qui vlterius addit, in hoc casu non sufficere probare, fuisse appellatum simpliciter, sed infra decem dies, quia iudex appellationis antequā inhibeat, debet cognoscere, an sua sit iurisdictio in causa, & postea inhibere, *Specul. titul. de appell. §. de officio num. 7. vers. sed quaritur.* Sed quicquid sit de iure communi, de quo latè *Lancell. cit. loc.*

2 Dicendum est in his terminis appellationis ab Episcopo suffraganeo ad Metropolitanum, Sacram Congregationem decreuisse. videlicèt. *Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius constiterit, appellationem à sententia diffinitiua, vel habēte vim diffinitiua, aut à grauamine, quod per diffinitiuam sententiam reparari non possit in casibus à iure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosecutam.*

3 *Nec dum causa coram inferioribus iudicibus pendet ante diffinitiuam sententiam, vel vim diffinitiua habentem de grauamine illato superiores cognoscere valeant, licèt citra præiudicium cursus causarum se id facere contestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur, etiam expensis appellantis.*

4 *Inhibitiones post appellationem, sicut præmittitur, receptam non concedantur, nisi cum inhibitione tenoris sententiæ, aut decreti diffinitiui, aut vim diffinitiui habentis, aut damnum per diffinitiuā irreparabile continentis; alias inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcunque, sint ipso iure nulla, eisque impunè non parere liceat.*

5 *Si appellans afferat, sententiæ, aut appellationis exemplū, culpa iudicis à quo, vel actuarij habere non posse, non ideò recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet iniungi poterit, vt soluta condigna mercede, actorum exemplum authen-*

authenticum appellanti intra breuem aliquem competentem terminum tradatur. Caueat tamen iudex à quo, *nè si verè appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in praeiudicium appellantis attentare, et si per actum publicũ, aut per testium depositiones constiterit, acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit iudex appellationis adycere, ne interim aliquid noui contra appellantem attentetur*, ita Sacra Congregatio, & refert *Quarāt summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas post numer.* 20.

6 Ex prædictis desumitur occasio dicẽdi aliqua de inhibitione, & quidem in his terminis dicitur, q̃ inhibitio est prohibitio, vel interdictio à Metropolitano, maiorem potestatem habente suffraganeo, vel parti, seù vtrique facta, ne quid faciat, vel ceptum prosequatur, ad iurisdictionem, & iura partium præsertim conseruandum, ad *tex. in l. omnium* ibi, *ne post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis arbitrium*, *C. de testam. cap. ex transmissa*, vbi *DD. de for. compet.* inhibitio expediri potest de per se sola seorsum à citatione, & etiam simul cum citatione, *Mandos. de inhibitionib. q.* 15. *num.* 1. & in praxi seruatur, quod Metropolitanus inhibeat suffraganeo, vt in causa minimè procedat, & notario mandet, vt transmittat copiam actorum, ac parti, quod compareat pro iuribus suis, vel constituat procuratorem.

7 Hæc autem inhibitio expeditur cum appositione poenæ, & solet esse pena pecuniaria ducatorum bis, vel tercentum, & in subsidium excommunicationis, iuxtà dispositionem *Trid. sess.* 25. *de ref. cap.* 3. *Fel. in cap. cũ sit nu.* 2. *vers. hodie tamen de for. compet.* & post contrauentionem requiritur ante executionem poenæ declaratoria, vel saltem citatur contrauueniens ad videndum, se declarari, incidisse in poenas, *Fel. in cap. Rodulfus* post *num.* 34. *vers. sed declaratoria de rescript.*

8 Inhibitio siuè iusta, siuè iniusta, est timenda, *Rot. decis.* 707. *in antiq. Put. decis.* 395. *nu.* 1. *lib.* 2. si verò fuerit nulla, seù friuola minimè ligat, *Cap. ne captandæ in fin.* vbi *Gemin. in vltimo notabili de prab lib.* 6. *Rot. decis.* 38. *de appellat. in nou. Boer. decis.* 61. *num.* 4.

9 Sunt, qui dicunt, inhibitionem ligare, adhuc ignorantes; sed verius est contrarium, & iuri consonum, ac rationi: Dubiũ potest esse, an ad hoc requiratur intimatio, vel potius sufficiat, si habeatur notitia inhibitionis aliundè, quàm per nuntium; & quidem videtur dicendum, sufficere notitiam qualitercunque habitam; certioratus enim certiorari non debet, *l.* 1. *ff. de actio. empt. l.* 1. *§. autem, & §. si intelligatur ff. de edil. edict. cap. cum qui certus de regul. iur. in* 6. tenent *Gemin. in cap. si Apostolica col. penul. vers. ex ijs omnibus de præb. lib.* 6. *Phil. Fran. in l.* 1. *in fin. ff. de leg.* 1. Contrariam sententiam defendunt alij, nempè, quod cùm certioratio alio modo, quàm per intimationẽ sit informis, & vaga, requiratur intimatio præcisa per nuntium facta, vel alium ministrum ad id deputatum, *Aenea de Falco tract. de reseruat. in* 4. *q. princip. post num.* 3. *vers. nihilominus Hippol. de Marsil. in l. si quis col.* 13. *ff. de quæst. Rot. decis.* 168. *in nou.* & probatur ratione, quia quando requiritur alicuius notitia non solùm, vt sciat, sed vt aliquid faciat, vel non faciat, debet ei fieri intimatio, etiãsi aliũdè sciat, *Bart. in l. denunciasse in princip. ff. de adult. l.* 1. *C. de peric. & cõmod. rei vẽd.* vbi ad hoc, vt emptor debeat venditori denunciare, quod veniat ad eum defendendum, non sufficit scientia aliundè habita, *Fel. in cap. cum contingat col.* 3. *in* 4. *concl. de rescript.*

10 Inhibitio expirat, quando Metropolitanus, qui inhibuit negotio, deinde melius discusso, illud ad suffraganeum remittit, etiam nulla facta mentione reuocationis inhibitionis, cuius effectus in hoc casu dicitur, expira-

pirare, *Rot.decis.*138.*& decis.*412. *in non.*Item expirat inhibitio, quando Metropolitanus dicit, benè pronunciatum per suffraganeum, & malè appellatum, *Conarr.pract.qq.cap.*24. *num.* 3.*vers quintò idem erit.*

11 Inhibitio afficit tantùm litigãtes, & liti præiudicare volentes, postquã eisdem notificata est, *l. creditor mandatorem in princip.* iuxtà *gl.* in verbo *posse ff.mandati, cap.Romana §.in alium de appellat.in* 6. *Paris.consil.* 39.*num.*9. *lib.* 1. & inhibitio in vna causa lata aliam non impedit, vndè iudex in vna causa inhibitus, potest in alia procedere, *Cap.ad hac, & cap.proposuisti de appellat. DD.in cap.super eo de appellat.*

12 Durat inhibitio durante lite corã ipso inhibente, colligitur apertè ex verbis ipsius inhibitionis, quæ solent esse hęc (inhibemus igitur, ne lite huiusmodi corã nobis pẽdente aliquid attentare, vel innouare præsumat in præiudiciũ litis huiusmodi) quod est iuri conforme, prout ex toto *titulo* C. *vt lit.pend.nihil innou.& extra eod.titul.lib.*6.*cap.cum M.Ferrarien. cum gl. penult de constit.*

13 Dubitatur, an subsistat inhibitio, si Metropolitanus dicat (inhibeo, si possum inhibere) pro parte negatiua videtur dicendum, nam actus legitimi non recipiunt conditionem, *l. actus ff.de regul.iur.cap.actus eod.titul. in* 6. Hinc dicitur inualida aditio hęreditatis sub conditione, si est soluẽda, *l.cum qui* §.*fin ff.de acq.hared.* Sed melius dicendum est, inhibitionem in tali casu subsistere, & intelligi debere, si de iure fieri potest, & operatur, prout in appellatione, quæ passim admittitur cum clausula, prout de iure venit admittenda, faciũt adducta per *Afflict.in constit.Reg. lib.* 1. *rub.*15.*titul.de defen.impo. num.* 8. *& seq.* videtur sentire *Fel. in cap. cum contingat nu.*11.*de off.deleg.Bero.consil.*85.*num.*23.*lib.*3. *Paul. Cast. consil.* 3.*col.*2.*circa med.lib.* 1. *ac consil.* 5. *&* 22.*eod.lib.*

14 Quæri etiam potest, an inhibitio sit personaliter notificanda, vel an sufficiat citatio facta domi: Et respõdetur, quod si quis personaliter reperiri potest, non sufficit intimatio executa domi, si verò reperiri non potest, sufficit intimatio facta domi, *Bart.in l.*4.§.*prator num.*2 *de dam.inf. Abb.in cap.causam nu.*5.*de dol & cont. Mil.in repert.* in verbo *citatio, Lanfr. in cap.quoniam contra* in verbo *citationes q.*3.*num.* 3.*de prob.*

15 Aduerte, quod si inhibitio fuit executa eodem die, quo constat, fuisse factum aliquem actum contra inhibitionem, nisi constet, actum cõtrauentionis subsecutum fuisse, credẽdum est in dubio, præcessisse, quia in dubio pro validitate actus præsumendum est, *Alex.in l.*2.§.*prius col.*2. *vers.quod vbi alius ff.de vulg. & pupill. Fel.in cap.super litteris col.*8.*in* 1. *limit.& cap.pastoralis col.* 4.*de rescrip. Cassad.decis.*1 *de prabend.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio corã suffraganeo est interponenda intra decem dies, numerandos à die notitia sententia, & scientia tenoris illius.*

2 *Appellationis tempus decem dierum incipit currere à prolatione, cùm ea fit in die assignata in citatione personaliter executa, & quare.*

3 *Appellandi tempus currit à die scientia, si citatio fuerit executa domi.*

4 *Appellandi tempus cuicunque ficto cõtumaci currit à die scientia.*

5 *Appellandi tempus currit à die scientia contra citatum per contradictas.*

6 *Appellas à die scientia citationis per edictum citatus.*

7 *Appellandi tempus latitanti ne personaliter citetur currit à die scientia.*

8 *Appellandi tempus non citato ad sententiam currit à die scientia sententia, & tenoris illius.*

Appellationem neganti esse intra tempus incumbit onus probãdi notitiam, si ap-

si appellant non fuerit citatus, & notitiam neget.

Appellatio currit à die notificatæ citationis domi, quãdo citatus ad sententiã fuerit domi, & deinde lata sententia die statuta, & eadem die intimata, etiam domi, & quare.

9 *Appellanti incumbit onus probandi se appellasse intra legitima tempora.*

Appellationes non recipiuntur, nisi cõstiterit etiam de interpositione intra legitima tempora ex decreto S.Congregationis.

10 *Appellandi tempus est utile quoad initium, nempè à die scientia, deinde continuum.*

Appellandi tempus currit de momento ad momentum.

Appellatio, si interponatur decima die, apponenda est hora, aliàs non admitteretur.

Appellationis dies cum die sententiæ lata computantur in tempore ad appellandum.

11 *Appellandi tempus in dubio, censendum est durare, cùm non est elapsus ultimus dies.*

12 *Appellatio interponi potest etiam die feriata, & de nocte.*

13 *Appellare debet etiam tertius pro suo interesse intra decem dies.*

Appellationi si quis vult adhærere uti tertius, potest etiam post decem dies.

14 *Appellante desistente, tertius adhærens etiam post decem dies prosequi potest iudicium.*

15 *Appellatio per aliũ interposita est ratificanda infra decem dies, numerandos à die notitia.*

16 *Appellatio ab interlocutoria interponi etiam potest intra decem dies.*

17 *Appellatione non interposita intra decem dies ab interlocutoria, fit transitus in iudicatum respectu partis, non iudicis.*

18 *Appellari potest à confirmatione interlocutoriæ intra decem dies à confirmatione.*

19 *Appellatio neque de partium consensu potest recipi post decem dies, adeoque processus exinde erit nullus.*

20 *Appellãdum est à die notitia, non à die purificationis conditionis, si sententia sub conditione feratur, & quare.*

Appellatur à sententia censuræ etiam post decem dies, dummodo ante conditionem appelletur.

21 *Appellatur à grauamine successiue etiam post decem dies, veluti ab indebita captura, & carceratione.*

22 *Appellans à captura, vel carcere iusto non auditur, neque intra decem dies.*

23 *Appellatur intra decem dies à declaratione, capturam esse iustam.*

24 *Appellare non potest carceratus carcerationi consentiens.*

25 *Appellari potest ab excommunicato quolibet tempore.*

26 *Appellatio à comminatione fieri potest etiam post decem dies.*

27 *Appellatio à præcepto sine cognitione causæ potest interponi etiam post decem dies, dummodo grauamen irreparabile contineat.*

28 *Appellatio pauperis admitti debet etiã post decem dies, sicut & legitimè impediti.*

29 *Appellandi tempus an currat pendente causa nullitatis.*

30 *Appellationem valere post decem dies interpositam, statuto induci potest.*

ARGVMENTVM.

De tempore interponendi appellationem, quando currere incipiat, & an aliquando post illud appellari possit.

CAP. CXXXVIII.

1 Appellatio ad Metropolitanum est interponenda coram suffraganeo infra dies decem, *Cap. anteriorum 2.q.6.cap.cum dilectus in fine de elect.cap.quoad consultationem de sent.& re iud.cap.concertationi de appell.in 6.*& notant DD.communiter, ac seruat stilus DD.communiter, qui aduertunt, quod hic terminus incipit currere à die notitiæ sententiæ,

&

& tenoris illius, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 50. num. 158. Franch. in cap. ex tenore num. 2. de appell. & alij.*

2 Est tamen aduertendum, quod si quis est citatus personaliter ad sententiam, quę fuit prolata in termino citationis, terminus decem dierum ad appellandum incipit currere à sententiæ prolatione, *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3 sub nu. 21. Capyc. decis. 139. num. 1. & seqq. Caputaq. decis. 130. par. 3. Rot. diuers. decis. 758. num. 3. par. 3.* Nec obstat in hoc casu dicere, quod non concurrat scientia tenoris sententiæ, quia cùm neglexerit illum scire, paria sunt, quod sciuerit tenorem sententiæ, vel neglexerit scire, cùm fuerit citatus personaliter, & poterat sentententiam audire, *Oad. de restit. in integr. q. 69. artic. 3. vers. sidemum.*

3 Si tamē quis non fuit citatus personaliter, sed domi, & tunc regula est indubitata, quod terminus decē dierum ad appellandum currere incipiat à die scientiæ, & notitiæ sententiæ, & illius tenoris, *Felin. in cap. quoad consultationem num. 23. de sent. & re iud. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 50. num. 143. Rot. diuers. decis. 55. nu. 2. par. 1. Marches. de commiss. par. 1. de commiss. super diuers. cap. 28. num. 62.*

4 Extenditur sententia in quocunque ficto contumaci; huic enim non currit tempus ad appellandum, nisi à die notitiæ, vt supra, *Rot. decis. 28.* aliàs 351. *de appellat. in nou. Lancell. cit. loc. lim. 50. num. 142.*

5 Item terminus prædictus dierum decem incipit currere à die scientiæ contra citatum per contradictas, *Caputaq. decis. 107 nu. 3. & 4 par. 1. Rot. decis. 22.* aliàs 137. *de appell. in nou. & decis. 55. diuers. num. 2. par. 1. Lancell. vbi supra lim. 50. num. 146.*

6 Idem etiam dicendum in citato per edictum, is enim appellat infra decem dies à die scientiæ, & non sententiæ, *Rot. decis. 16.* aliàs 364. *num. 1. & 2. de dol. & contum. in nou. Franch. in cap. bona memoria num. 22. de appell. Capyc. decis. 139. nu. 3. Lancell. cit. loc. num. 144.*

7 Aduerte, quod ei, qui latitat, & non permittit se personaliter citari, terminus prædictus dierum decem incipit currere à die sententiæ, cùm non debeat ex dolo commodum reportare, habetur enim pro citato personaliter, *Marant. in specul. par. 6. act. 2. princip. num. 290. Tiraq. tract. de retract. lignag. §. 2. gl. 1. nu. 9. vers. & idē.*

8 Quando verò quis non fuit citatus ad sententiam audiendam ante illius prolationem, tunc dicendum est cum regula proposita, tempus decem dierum ad appellandum currere à die notitiæ sententiæ, & tenoris illius, vt dictum est; quod adeo verū est, vt in dubio appellatio præsumatur interposita infra decē dies prædictos, & appellato incumbat onus probandi notitiam sententiæ, quando appellans illam negat, *Franch. in cap. bona memoria num. 20. de appellat. Rot. diuers. decis. 55. nu. 3. par. 1.* regulare enim est, sciētiam non præsumi, nisi probetur, *Felin. in cap. quoad consultationem num. 25. de sent. & re iud. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 95. num. 7. Stacc. de appell. cap. 2. q. 12. num. 24.* qui respondet contrarium tenentibus, & *num. 25.* benè firmat, quod licèt ex citatione facta domi non præsumatur talis notitia, fallit tamen, & benè præsumitur, si quis fuit citatus ad sententiam domi, & deinde lata sententia statuta die, eadem sententia fuit intimata appellanti, etiam domi, ex hac enim duplicata citatione benè inducitur notitia, *Franch. in cit. cap. bona memoria num. 22.*

9 Hinc non sufficit appellanti probare se appellasse, sed tenetur probare appellasse infra legitima tempora, *DD. in cap. Romana §. si verò de appellat. Fel. in cit. cap. quoad consultationem num. 25. vers. secunda conclusio, Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 50. nu. 47. & seqq. Menoch. de præsūpt. lib.*

lib.2.præsumpt.95.sub num.3. habetur etiam ex *decreto Sacr. Congreg.* relato à *DD.* præsertim *Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas post nu.20.vers.appellationes nũquam,* vbi Sacra Congregatio sie loquitur: *Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documẽta, quæ realiter exhibeantur, prius constiterit, appellationem à sententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, aut à grauamine, quod per diffinitiuam sententiam reparari non possit, in casibus à iure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosecutam.*

10 Nota etiam, quod terminus prædictus decem dierum ad appellandũ est vtilis quoad sui principium, cùm non incipiat currere, nisi à tempore scientiæ, nec currit ignoranti, nisi sit verè contumax; quoad progressum verò est continuus, *gl. in cap. concertationi*, in verbo *sciuerit de appellat. in 6. Specul. titul. de appell. § restat sub nu. 1. vers. sed nũquid lib. 2. Felin. in cap. quod ad consultationem nu. 26. de sent. & re iud. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 50. nu. 40. Mysing. in singul. obscr. cent. 2. obser. 2. in fin. Rot. decis. 2. de dol. & contum. in nou. egoipse in prax. 1. par. annot. 8. §. 2. nu. 40.* Currit enim hic terminus de momento ad momentum, & ceptus ab hora, & momento, quo recitatur sententia in vero contumaci, vel à momento, & puncto scientiæ in aliis casibus, terminatur in vltimo puncto, & momẽto decendij, *Specul. cit. loc. sub nu. 3. gl. in clem. sicut* in verbo *à die de appellat. Fel. in cit. cap. quod ad consultationem num. 26. Lancell. cit. lim. 50. num. 41. & seq. egoipse cit. loc. num. 41.* vbi post *gl. & Alex.* adductos, refero cautelam, vt appellans apponat horam in appellatione, quia aliàs posset esse dubium, an appellatio fuerit interposita decima die, vel elapsa decima die, computato termino de momento ad momentum, & sic non admitteretur appellatio per id, quod habetur per notata à *Bartol. in l. non solum §. sed vt probari ff. de oper. nou. nunc.* Sed hoc procedit, quando quis appellat vltima die, tunc enim debet exprimere horam, in qua appellat, *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 12. nu. 50.* vndè est, quod dies quo fertur sententia in vero contumaci, vel dies scientiæ in alijs casibus, ab hora, & momento sentẽtiæ latæ, vel scientiæ computatur in numero decem dierum, *egoipse loc. cit num. 44.* & dies appellationis computatur etiã in eodem numero decem dierum, ita post *Specul. Tiraquell.* & alios citatos, docet *Scacc. vbi supra nu. 49. vers. habes ex ista.*

11 Nota quoque, quod in dubio, quando non constat clarè, lapsum esse vltimum momentum decendij, iudicandum est, durare terminum, & non esse lapsum, & sustineri appellationem, tenet post *Rebuff. Scacc. citat. loc. num. 52.*

12 Ex dictis collige, vt appellatio, quę debet interponi infra prædictos decem dies, possit interponi etiam die feriata, etiam ad honorem Dei, maximè imminente lapsu prædictorum decem dierum, *Franch. in cap. vltimo nu. 29. de appellat. Pract. Papien. in forma appell. à sent. diff. in gl. coram vobis nu. 6.* & eodem modo potest in tali casu appellatio interponi de nocte, *Franch. cit. loc. Ias. in l. more Romano num. 13. vers. vltimo adde ff. de fer.*

13 Principalis proposita conclusio de appellãdo infra decem dies ampliatur, vt procedat non solùm in principali, sed etiam in tertio, qui intẽdit adhærere appellationi pro suo interesse; adhuc enim tenetur adherere infra decem dies à die scientię, *Rot. decis. 5. aliàs 225. de sentent. excõmun. in nou. Scac. de appell. cap. 2. q. 12. num. 69. egoipse in praxi cit annot. 8. §. 2. num. 45.* sed prædicta declara, procedere, quando tertius vult appellare, vel vult posse prosequi appellationem, etiamsi principalis appellans

Digitized by Google

lans nollet illam prosequi, secus tamen est, quãdo solùm intendit adhęrere prosecutioni appellationis, quo casu sufficit etiamsi adhæreat post decem dies, ita post *Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 122. sub num. 5. vers. tertius casus, Scacc. de appellat. cap. 2. q. 12. num. 75.*

14 Adhærens enim appellationi pro suo interesse, vt supra, potest deinde appellationẽ prosequi ex sua adhęsione, etiamsi principalis adhærens deficiat à prosecutione appellationis, ita post *Sal. in auth. hodie q. 6. nu. 4. C. de appell. Scacc. cit loc. num. 74.*

15 Ampliatur etiam principalis cõclusio de appellando infra decem dies in ratificatione appellationis; appellatio enim interposita ab alio nomine eius, qui vult ratificare, debet infra dies decẽ ratificari; & licet in hoc casu controuersum sit, quãdo incipiãt currere dies decem; tamen sententia illa, quæ tenet, quod incipiant currere à die scientiæ videtur securior, & iuri conformis, quam tenet *Speculat. titul. de appell. §. 1. num. 7. vers. porrò lib. 2. Oldrad. consil. 130. nu. 12. Milan. repert. verbo ratificatio appellationis, & ipse in prax. annot. 8. §. 2. num. 46.* vbi *in fin.* assero, quod in dubio præsumitur ratificatio facta infra decem dies à die scientiæ.

16 Ampliatur quoque regula de appellãdo infra decem dies in appellatione ab interlocutoria, quę adhuc interponi potest infra dictum tempus, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 50. princip. ampl. 4. num. 64. Scacc. de appell. cap. 2. q. 12. num. 84.* est commune, ac probatur ex *tex. in cap. Romana §. si verò de appellat. in 6.*

17 Sed hic aduerte, quod si non appellatur ab interlocutoria infra dies decem, illa transit in iudicatum respectu partis, minimè verò respectu iudicis, qui etiam post dictum tempus potest ex officio, non verò ad partis instantiam illam reuocare, *Abb. in cap. cum cessante num. 9. de appellat.*

18 Aduerte etiam, quod si pars contra quam lata est interlocutoria petat contrario imperio reuocari illã, tũc si suffraganeus interlocutoriam non reuocat, sed confirmat, potest pars petens appellare à dicta confirmatione, & valet appellatio, etiãsi sit proposita post decẽ dies à die sẽtẽtiæ, dummodo sit infra decẽ dies à die cõfirmationis, & talis appellatio deuoluit ad Metropolitanum & cognitionem sententiæ interlocutoriæ confirmatæ, à qua non fuit appellatum, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 50. num. 120. Scacc. de appellat. cit. loc. num. 90.* qui dicit, hoc procedere, quando reuocatio est petita infra dies decem, quia post dies decem non tenetur reuocare ad partis instantiam, & proinde non dicitur grauare.

19 Ampliatur similiter regula de appellando infra dies decem, eam procedere, vt neque de partium cõsensu possit appellatio recipi post lapsum dierum prædictorum, *Fel. in cap. quod ad consultationem nu. 16. de sent. & re iud. Lancell. de attent. cit. loc. lim. 50. num. 72.* Vndè etiamsi appellans, & appellatus spontè, & scienter processissent super appellatione vsque ad sententiam, adhuc processus, & sententia non valerent, & ratio est, quia sententia, à qua infra legitima tempora nõ est appellatum, fecit transitum in rem iudicatam, & proinde illam non possunt partes impedire, *Bal. in auth. hodie num. 5. vers. quæro, quod si C. de appellat. Osasch. decis. 7. num. 6. & 7. Marant. in Specul. par. 6. act. princip.* in verbo *& quãdoque appellatur num. 241.*

20 Dubitari solet in his terminis, si sententia est conditionalis, quomodo debeat appellari, infra decem dies à die sententiæ ne, an à die purificatæ conditionis? & quidem dicendum est, appellandum esse infra decem dies, computandos à die sententiæ, vel notitiæ, vt supra, non verò à die purificatæ conditionis, non obstan-

obstante, quod conditio nihil ponat in esse, quia in sententijs grauamen oritur à die sententiæ, & à grauamine appellandum est, *l. 1. §. biduum in fin. ff. quand. appell. sit, cap. biduum 2. q. 6. Franch. in cap. praterea requisiti nu. 9. de appellat. Osasch. decis.* 146. *Lancell. de attēt. par. 2. cap. 12. lim.* 50. *princip ampl.* 10. *num.* 104. *& seqq. Scacc. de appellat. cap. 2. q.* 12. *num.* 111. *ego ipse in prax. annot.* 8. §. 2. *num.* 49. *& alij*, qui restringunt sententiam in appellatione à sententia censuræ, à qua sententia conditionali potest appellari quandocunq; etiam post decem dies, dummodo ante euentum conditionis appelletur, q a si post, appellatio deuolueret tantùm, non suspēderet, *Franch. in cap. praterea nu.* 8. *de appell. Lancell. cit. loc. limit.* 21. *princip. num.* 35. cui sententiæ non contradicere *Vestr. in prax. lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 21. defendit *Scacc. vbi supra num.* 113. *vers. neque huic.*

21 Limitatur multis modis proposita regula de appellando infra dies decem; & primò in grauamine successiuo, puta ab indebita captura, & carceratione, indebitè enim captus, & carceratus potest appellare, etiam post decem dies, & quandocunque durante grauamine, est commune apud omnes, *Franch. in cap. super eo il* 2. *num.* 4. *& cap. ex parte num.* 9. *de appellat. Fel. in cap. quoad consultationem num.* 9. *de sent. & re iud. Vestr. in prax. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 23. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 50. *princip. nu.* 131. *lim.* 2.

22 Dixi, ab indebita captura, & carceratione posse quandocunq; appellari, quia si quis est carceratus pro causa inappellabili, vel pro causa, pro qua captura est permissa, non auditur appellans, etiam infra dies decem, aduertit *Scacc. de appell. cap.* 2. *q.* 12. *num.* 148.

23 Vlterius, quando quis declaratur legitimè carceratus, tunc debet appellare infra decem dies à die declarationis, *Frāch. in cit. cap. super eo*, *Gran. ad Vestr. lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 56. *Lancell. vbi supra num.* 134.

24 Item non potest appellare carceratus, vt supra, quando carcerationi consentit etiam tacitè, dando fideiussionē de soluendo, vel reddendo, *Socc. consil.* 113. *num* 3. *in fin. & 4 lib.* 3. *Magon. decis. Floren.* 126. *numer.* 2.

25 Limitatur secundò in excommunicato, qui potest quandocunq, post dictos decem dies appellare, quia excommunicatio semper grauat, & illius sententia continet animæ periculum, & proinde non transit in iudicatum, *Franch. in cap. qua fronte num.* 13. *de appellat. Marant. in Specul. par.* 6. in verbo *& demum fertur sententia cas.* 18. *num.* 147.

26 Limitatur tertiò in comminationibus, ex quo enim comminatio nō habet vim sententiæ, & non transit in iudicatum, poterit ab ea appellari etiam post dies decem, ita *Frāch. in cap. cū cessante n.* 6 *ad fin. de appell.*

27 Limitatur quartò in præcepto, quod fit à iudice sine causæ cognitione, quia non transit in rem iudicatā, & proinde appellari potest etiam post decem dies, *Franc. cit. loc. & nu.* 10 quod intellige, dummodo præceptum contineat damnum irreparabile, vel aliàs legitimè appellari possit.

28 Limitatur quintò in paupere, quando in appellatione est eroganda aliqua impensa; is enim excusatur, si infra decem dies non appellauerit, & debet admitti ad appellandum etiam post decem dies, *Vestr. in prax. lib.* 7. *cap. vltimo in fin. sub nu.* 20. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 1. *num.* 55. *Gassad. decis.* 6 *num.* 1. *de appellat.* Idem dicit de impedito immensitate ventorum, fluminis impetu, inundatione, & similibus, ex quibus appellans non potest adire iudicem à quo, *Scacc. de appell. cap.* 2. *q.* 16. *num.* 167. *& nu.* 168. aduertit, dūmodo impeditus protestetur de impedimento.

29 Controuersum est inter DD. an pendente causa nullitatis currat tẽpus prædictum dierum decem ad appellandum; & quidem verior videtur opinio illorum, qui tenent, quod si fuerit actum principaliter de nullitate non currit tempus prędictum, etiamsi agens succumbat, dummodo nõ egerit calumniosè de nullitate, *Franch.in cap.dilecto num. 11.de appellat.Marsil.singul.*152.cum alijs,quos refert,& sequitur *Scacc.de appellat.cap.2.q.12.num.169.*contra *Guid.Pap. & Lancell.* per ipsum adductos.

30 Nota hìc primò, posse consuetudine introduci,vel statuto, quod valeat appellatio interposita post decem dies,nã valet appellatio, *Frãch. in cap.cum sit Romana nu.7.de appell. egoipse in prax.1.par.annotat.* 8. §. 2. *num.*61.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis tria tempora, & qua ea sint.*
2 *Appellationis tertium tempus est ad præsentandum Apostolos.*
3 *Appellationis quartum tempus est ad effectualiter introducendum appellationem.*
4 *Appellationis quintum tempus est,cùm constito de legitima appellatione superior procedit.*
5 *Appellationis sextum tempus est de prosequendo intra annum.*
6 *Appellationis septimum tempus est ad prosequendum, & finiendum iudicium appellationis,& est annus, & cum causa biennium.*
7 *Appellationis tempora proposita, qua necessariò considerentur in appellatione,& qua non necessariò.*
8 *Appellationis prosequenda tempus est annus integer de iure.*
9 *Appellationis à futuro grauamine tempus currit à die illati grauaminis.*
10 *Appellanti ministerio legis ad prosequendum conceditur secundus annus.*
Appellanti à Metropolitano potest cõcedi tertius annus ad prosequendum, per viam restitutionis.
11 *Appellanti ad hoc, vt concedatur secundus annus quatuor concurrere debent,& qua.*
12 *Appellans non tenetur proferre impedimentum, ob quod non est prosecutus,sed si ei opponatur,replicabit.*
13 *Appellanti conceditur secundus annus ex impedimento proprio, veluti inopia,vel paupertatis.*
14 *Pauper quis dicatur, & quis inops.*
15 *Pauper an teneatur protestare,se non posse prosequi appellationem.*
16 *Appellanti nocet impedimentum ex culpa propria.*
17 *Appellatus si impedimentum præstet, non currit tempus appellanti quin minus concedatur secundus annus,et quale impedimentum debeat esse, & num.*18.
19 *Appellantis, & appellati impedimentum facit,vt fatalia non currant.*
20 *Appellationis prosequenda conceditur secundus annus,ex impedimento procedente ex facto iudicis.*
21 *Appellans habet actionem contra tertium impedientem, qui si non sit soluendo restituitur, etiam post secundum annum.*
Appellanti datur actio contra procuratorem negligentem, qui si sit dolosus restituitur etiam ad tempus prosecutionis.
22 *Appellanti secundus annus conceditur ex impedimẽto orto ex casu fortuito.*
23 *Appellationis prosequenda vt quis secundum habeat annum allegans impedimentum,tenetur probare.*
24 *Appellanti ex impedimento ineuitabili tantùm impedito conceditur secundus annus.*
25 *Appellans in criminalibus à sententia pecuniaria applicanda fisco C.A. intra sex menses prosequi debet, & alia facere iux.Bullam Pij V.*

AR-

ARGVMENTVM.

De diuersis temporibus appellationis, & de concessione, vel negatione secũdi anni ad prosequendum.

CAP. CXXXIX.

1 DIctum est *Cap. præcedenti* de primo tempore appellationis, quod est decem dierum ad inchoandum, & dictum est ét superius de secũdo tẽpore dato ad appellationem in esse producto fomentãdam, quod est triginta dierum ad petẽdos apostolos: Restat hìc dicere de temporibus alijs, quæ in appellatione interuenire solent; & quidem

2 Tertium tempus appellationis, quod est ad illam subleuandam, & ad præsentandum apostolos iudici ad quem, est tempus arbitrarium, *Cardin. Alex. in cap. personas num. 4. de appellat.* quem citat, & sequitur cum alijs *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 15. numer. 12. vers. tertium tempus*.

3 Quartum tempus est ad appellationem introducẽdam effectualiter, videlicet ad afferendum libellum, & præsentãdam appellationem coram Metropolitano iudice ad quem, *Card. Alex. cit. loc. num. 5. vers. quartum*.

4 Quintum tempus est ad inchoandam causam appellationis, quę tunc dicitur inchoari, quando constito coram Metropolitano, appellationem esse legitimam; ipse Metropolitanus incipit procedere in ipsa causa, *Card. Alex. eod. cit. loc. nu. 6.* & hęc duo vltima tempora communiter dicuntur arbitraria.

5 Sextum tempus est ad prosequẽdam appellationem tantùm, & hoc etiam non est certum; sufficit tamen quod fiat intra annum, *Cardin. Alex. cit. loc. num. 7.*

6 Septimum est tempus ad prosequendam simul, & finiendam appellationem, & hoc est vnius anni, & ex causa biennij, iuxta *tex. in cap. cũ sit Romana de appell.* vbi omnes, *Cardin. Alex. cit. loc. num. 8.*

7 Hæc proposita tempora primũ, secundum & septimũ necessariò cõsiderãtur in appellatione; tertiũ verò quartum, quintũ, & sextum non sunt necessaria, sed potius quædã distinctiones temporis annalis dati à iure, obseruat *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 15. num. 12. vers. verum*, ideo de illis hic minimè dicendum erit, remanet igitur dicendum de tempore prosequendi appellationem.

8 Tempus enim datũ à iure ad prosequendã appellationem est vnius anni, & conceditur simpliciter, & integer ipso iure, absque alio ministerio iudicis. Incipit currere hic annus, prout generaliter currunt fatalia appellationis, à die interpositæ appellationis, *Cap. ex parte de rescrip. clem. sicut de appell. DD. in cap. ex ratione de appell. Marant. in Specul. par. 6. act. 2. princip.* verbo *& quandoque appellatur sub num. 228. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num. 47.*

9 Restringitur sententia in appellatione à futuro grauamine, in qua annus prædictus ad prosequendum incipit currere à die illati grauaminis, non à die interpositæ appellationis, *Put. decis. 311. nu. 1. lib. 3.* quem refert, & sequitur *Scacc. cit. loc. num. 174.*

10 Ex causa verò conceditur appellanti ad appellationem prosequendam secundus annus, etiam integer, & ministerio legis, *Cap. cũ sit Romana de appell. auth. ei qui appellat*, vbi *DD. C. de tempor. appell.* & si adhuc iusta concurrat causa, potest hic secundus annus per viam tamen restitutionis in integrum protrahi, & dari à Metropolitano tertius annus ad prosequendam appellationem; quando tamen iustum contingit impedimẽtũ, *Cap. ex ratione*, vbi *gl. & DD. de appellat.*

*pellat.Scacc.cit.loc.num.*27.qui *nu.*28. benè aduertit, hunc tertium annum non dari à iure, sed ab homine per viam restitutionis in integrum.

11 Ad hoc,vt appellanti concedatur secundus annus ad prosequendam appellationem, quatuor concurrere debent,Primum, quod appellans nõ potuerit appellationẽ prosequi, necessaria, seu iusta causa impeditus, *cit.cap.cum sit Romana,& cap.ex ratione*,vbi *DD.*communiter,& quod impedimentum fuerit iusta causa non prosecutionis, imò appellans debet, fecisse diligentiam remouendi impedimentum, quod si adhuc remanet,tunc dicitur iusta causa. Secundum,quod iusta causa sit euidens, & necessaria. Tertium,quod appellans fecerit aliquid in primo anno,si non fuerit toto tẽpore impeditus. Quartum,quod primum fatale lapsum sit, & finitus primus annus, quia eo durante non conceditur secundus,ita *Scacc.de appellat.cap.*2.*q.*15.*num.* 24.

12 Aduerte, quod concurrente iusta causa,& impedimẽto, propter quod appellans nõ potuit prosequi in primo anno, & proinde sit ei concedẽdus secundus,non tenetur appellans ante omnia adire Metropolitanum, & petere,id declarari,sed sufficit,appellationem prosequi, & si ei opponatur de desertione,potest replicare de impedimento,*Franch.cit.cap.ex ratione num.*65.*de appellat.*

13 In his terminis concedendi secũdum annum, & fatale impedito,numerant DD.plura impedimenta,Et primò impedimentum procedẽs ex facto proprio appellantis, seù concernens propriam personam eiusdẽ, prout est inopia, seù paupertas appellantis, & huic impedito communiter concedunt secundum fatale, *Abb.in cap.ex ratione num.*4.*in fin.de appellat.*vbi etiam *Franch.num.*15.*& Card.Alex.nu.*13.*Mynsinger.singul.obser.cent* 5.*obser* 98.*num.*1.*&* 2.*Cumia super rub.Sicilia cap.*88.*num.*57.

14 Sed hic aduerte,quod inops dicitur is,qui nihil penitus habet, pauper verò is,qui parum habet, & secundũ fatale concedirur non solùm inopi,sed etiam pauperi,vt loquitur *Abb.*& alij communiter *cit.loc.*

15 Cõtrouertitur tamẽ,an pauper teneatur se pꝛestare; & licèt pro vtraque opinione sint DD.tamen illa videtur verior, quod hic protestatio non sit necessaria,sed tãtùm ad cautelam, maximè quãdo paupertas est notoria,*Thesaur.Fossan.decis.* 10.*cas.* 3.*num.*5. quem refert, & sequitur *Scacc.de appellat.cap.*2.*q.*15.*nu.*48.

16 Aduertendum est tamen, quod si impedimentum appellantis esset ex propria culpa,& negligentia, tunc eidem currunt fatalia, & non debetur secundus annus, *Caputaq.decis.* 11.aliàs 1.*nu.*1.*par.*2. & generaliter idem dicendum est in omni impedimento iniusto, siuè procedat à volũtate, siuè à negligentia appellantis, cui tale impedimentum est imputãdum,*Franch.in cap.ex ratione nu.*51. *vers.sed circa de appellat.*

17 Secundò impedimentum procedens ex facto appellati præbet iustã causam appellanti non prosequendi, & proinde ei non currit tempus, & remanet illęsus:Ratio est,quia desertio procedit contra negligentem, & culpabilem, non contra impeditum,*Abb.in cap.ex ratione num.* 8. *& Dec num.*38.*de appell.Sforz.Odd.de restit.in integr.q.*70.*art.*4.*lim.* 7.*num.* 31.*Caputaq.decis.*11. aliàs 1.*cit.nu.*1.

18 Declara hoc impedimentum,procedere, quando impedimentum est iudicialiter illatum,tunc enim tempora ad prosequendam appellationem non currunt; sęcus tamen est, quando impedimentum est de facto, tunc enim currunt tempora, verum appellatus tenetur de dolo ad damnum,& interesse appellanti, *Cardin. Alex.in cit.cap.ex ratione nu.* 13. post *Imol.*& alios per eum adductos.

19 Tertiò impedimentum procedẽs ex facto communi appellantis, & appellati facit, vt tempora prosequen-

quendæ appellationis, & fatalia minimè currant, prout est quando partes pendente appellatione compromiserunt, *Abb. in cit. cap. ex ratione nu. 7. Franch. nu. 16. Card. Alex. num. 16. Dec. num. 27.* & alij communiter *de appellat. Caputaq. cit. decis.* 11. aliàs 1. *Sforz. Odd. cit. loc. q. 70. art. 4. num.* 18. vel quando partes expresse consenserunt ire ad alium locum; nam tunc pendente tẽpore itineris non currit tempus ad prosequendum, *Cardin. Alex. cit. num.* 16. contra quem tenet *Asin. in prax. iud. §. 2. cap.* 11. *sub num.* 30.

20 Quartò impedimentum procedens ex facto iudicis præbet iustam causam impedito, vt illi concedatur secundus annus ad prosequendam appellationem, & hoc ipso iure, *Abb. vbi supra num. 6. Franch. nu.* 45. *Dec. num. 25. Cassad. decis. 9. num. 5. de appell. Sforz. Odd. de rest. in integr. q.* 71. *art. 1. num.* 5. & hæc est verior sententia, quicquid dicant alij, de qua latè *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 15. nu.* 122. *& seqq.*

21 Quintò, quando impedimentum procedit ex facto tertij, nã tunc datur cõtra tertiũ actio ad interesse, qui si nõ est soluẽdo, appellans restituitur in integrũ post lapsum secundi anni, & post lapsum secundi conceditur tertius annus ad prosequendam appellationem à iure, *Abb. in cit. cap. ex ratione num. 8. & Cardin. Alex. nu.* 24. *de appellat.* vbi etiam *Franch. nu.* 40. *vers. circa quartũ.* Vndè est, q̃ si ex dolo procuratoris appellatio sit deserta, principalis agit contra illum ad interesse, si est soluendo, aliàs restituitur ad prosequẽdam appellationem, *DD. cit.* & alij *in cit. cap. ex ratione.* Dixi, quando interuenit dolus procuratoris, quia si intercedit tantùm negligẽtia sine dolo datur actio ad interesse, non tamen restituitur in integrum, etiamsi procurator non sit soluendo, *Rota coram Crescent. decis. 7.* aliàs 12. *lib.* 2. & in his terminis dicitur quis non soluendo, quando non habet bona in territorio, vel propè, *DD. cit. in dicto cap. ex ratione.*

22 Sextò, quando impedimentum procedit ex casu fortuito currũt fatalia, & datur secundus annus ipso iure elapso primo, *DD. in cit. cap. ex ratione*, præsertim *Franch. num. 54. Card. Alex num.* 21.

23 Prætendens impedimentum, & illud allegans ad finem habendi secundum annum, vel restitutionem in integrum ad prosequendam appellationem, tenetur illud probare, & alleganti incumbit hæc probatio, prout post *Franch. & Card. Alex. cit. loc.* notat *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 15. num.* 146.

24 Quærunt hic DD. an impedito impedimento, quod potuisset remoueri debeatur secundus annus ad appellationem prosequendam: Et respondent negatiuè, impedimentum enim debet esse ineuitabile, & appellans tenetur appellationem prosequi cum maxima diligentia, & sũma ope, *Ant. de Butr. in cit. cap. ex ratione num. 6. ad finem de appellat. Dec. consil. 677. num. 2. Alex. consil. 72. num.* 12. probat *Scacc. de appell. cap. 2. q. 15. num.* 156.

25 Aduerte in his terminis prosecutionis appellationis, extare *Bullam Pij V.* 143. incipientẽ, *licet iuri*, publicatã *anno* 1571. 16. *Octobris*, qua mãdatur, quod causæ criminales infra sex menses, computandos à die appellationis, prosequi debeant, quando sententia continet pœnam pecuniariam fisco cameræ Apostolicæ applicandam; ita vt si intra dictum tempus non prosequantur, & finiantur, tenetur iudex à quo ad quamcũque fisci instantiam, etiamsi acta fuerint transportata, sententiam debitæ executioni demandare, ita vt effectualis incameratio subsequatur, ita *Bulla*, & refert *Nouar. singul. ac practicab. quæstion. titul. de appell. conclus.* 2. aliàs 32. vbi illam limitat, primò, quãdo iudex appellationis esset ex-

com-

communicatus, secundò, quãdo appellans obtinuit prorogationem fatalium à signatura,& tertiò quando facto tertij appellans fuit impeditus appellationem prosequi.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis tempora assignari possunt à iudice à quo.*
Appellanti tempora assignari possunt ad arripiendum iter ad se præsentãdum Metropolitano, & petendum apostolos, quibus non seruatis, appellatio censetur deserta.
Appellanti assignari potest terminus ad prosequendum, & ad faciendam fidem de prosecutione, vbi quid in praxi.
2 *Appellanti terminus prolixior assignatus potest coarctari per eundem suffraganeum, & quare.*
3 *Appellanti potest præfigi terminus ad prosequendum, etiamsi non deferatur appellationi.*
4 *Appellationis tempora restringi posũt de consensu partium.*
5 *Appellationis proponendæ tempus decem dierum non potest coarctari per suffraganeum, nec tempus eius prosequendæ in præiudicium superioris, nec luti ad finiendum.*
6 *Appellati ad instantiam neque potest Metropolitanus minuere tẽpus prosequendæ appellationis.*
7 *Appellationis tempora prorogari possunt de consensu partium, dummodo prorogatio fiat non finito primo tempore.*
8 *Appellationis prosequendæ tempus iudex augere nequit.*

ARGVMENTVM.

Quæ possint, vel non possint fieri à iudice, & partibus circa tempora appellationis.

CAP. CXL.

1 Dictum est *Cap. præcedenti* de tẽporibus, quæ interueniunt in appellatione, & illius ꝓsecutione de iure; hic dicemus de illis, quæ solẽt assignari à iudice à quo, seu suffraganeo in nostris terminis. Primò potest assignari appellanti tempus arbitrarium ad arripiendum iter, *Cap. peruenit il 2. de appellat.* Secundò ad præsentandum se coram Metropolitano iudice ad quem, *Cap. personas de appellat.* Tertiò ad recipiendum apostolos, & si in termino non comparet deseritur appellatio, *Clem. 2. de appellat.* Quartò ad se præsentandum cum eisdem apostolis coram Metropolitano iudice ad quem, qui terminus si est competens, & non fuit seruatus, deseritur appellatio, *Bal. in l. præses C. de appell. Franch. in cit. cap. personas.* Quintò ad prosequendam appellationem, *Cap ad hæc cit. tutul.* hos terminos notat *Franch in cit. cap. personas nu. 3. Marant. in Specul par. 6. act. 2. princip.* verbo *& quandoq; appellatur num. 205 dim. 21. Genuens. in prax. cap. 70. num. 1. secundum vltimã impress.* qui addit sextum terminum, qui est ad appellationem prosequẽdam, & ad faciendam fidem de prosecutione, qui terminus damnatur à *Seacc. de appellationib. cap. 2. q. 15. nu. 15. vers. septimo*, dicens, iudicem à quo non posse hunc terminum statuere, sicut non potest præfigere terminum ad finiendam appellationẽ, vel ad redeundum cum litteris impetratis, quia esset imponere legem superiori, ita *Franch. in cit. cap. personas num. 4. & Genuens. cit. loc. num. 2. in fin.* Sed quicquid sit de iure; seruat praxis, quod appellãti statuitur terminus dierum decem ad recipiẽdos apostolos, decem ad arripiendum iter, & se præsentandum coram iudice ad quem, & aliorum decem ad faciendum fidem iudici à quo de diligentia, cum comminatione, quod si defecerit in vnoquoq; termino, appel-

pellatio habeatur pro deserta, refert *Gennens. cit. loc. num. 3.*

2 Aduerte quod si suffraganeus iudex à quo præfixit terminum appellanti prolixum, aut nullum, potest de nouo statuere terminum competentem ad prosequendam appellationem, aut ad præsentandum se coram iudicem ad quem, quia non intelligitur suspensa iurisdictio iudicis a quo in concernentibus faciliorem expeditionem ipsius causæ appellationis, *Franch. in cit. cap. personas num. 9. Lancell de attent. par. 2. cap. 12. lim. 4. princip. num. 5. Scacc. cit. loc. num. 17.*

3 Dubitari solet hic, an quãdo suffraganeus non detulit appellationi possit præfigere terminum ad prosequendum illam: Et verior videtur opinio affirmatiua, quod possit, tenẽt *Dom. in cap. 1. & cap. cum appellationibus de appellat. in 6. Zabar. in clem. 1. eod. titul. q. 28. Franch. in cit. cap personas*, & alij, quos refert, & sequitur *Gennens. in prax cap. 70. num. 5.*

4 Vlterius aduerte, quod fatalia, & tempora appellationis possunt etiam restringi, & breuiari de communi partium litigantium consensu, quia dum breuiant faciunt actũ, qui placet legi, *Alex. in l. properandum sub nu. 15. vers. vtrum autem C. de iud.*

5 Item aduerte, quod suffraganeus non potest breuiare tempus decem dierum datum ad appellandũ, iuxta communem doctrinam, quam tradit *Rip. in l. 2. num. 19. vers. prima est ff. de re iudic.* neque potest tempus prosequendæ appellationis minuere, & arctare in præiudicium superioris, *Cap. ex insinuatione*, vbi *Canonistæ omnes, de appel. Abb. in cap cum sit Romana num. 11. & 12. & Franch. num. 2. de appell.* quod intellige, non posse præfigere terminum ad finiendam appellationem, secus tamen ad simpliciter prosequendam; hinc potest coarctare terminum triginta dierum ad petendos apostolos, & ad præsentandum se coram iudice ad quẽ, quia id concernit ius partis, ita *Abb. & Franch. cit. loc.*

6 Eundem terminum ad prosequẽdam appellationem non potest breuiare, & restringere Metropolitanus, nec ad instãtiam, & petitionem appellati, cùm appellatus non possit nimium præcurrere, & præuenire appellantem, *Frãch. in cap. oblata nu. 2. & 4. de appellat. Scacc. de appell. cap. 2. q. 15. num. 239. & seq.* qui adducit differentiam quare id possit iudex à quo, & non iudex ad quẽ, & est quia in iudice à quo intercedit præiudicium per suspensionem eius iurisdictionis, quod non est in iudice ad quem.

7 Dictum est de breuiatione temporum appellationis, seù fatalium, remanet dicendum de prorogatione: Et quidem possunt fatalia communi partium cõsensu prorogari secundum magis communem sententiam, licèt contraria opinio habeat quamplures DD refert *Scacc. de appellat. cap. 2. q. 15. nu. 188. & seqq.* dũmodo adhuc durent fatalia; propriè .n. progatio dicitur fieri durãte primo termino; vndè secus est, quando sunt fatalia elapsa, *Neutz. consil. 41. n. 30. Bal. in auth. ei, qui n. 11. vers. quandò nunquid C. de tempor. appell. Franch. in cap. ex ratione num. 18. de appellat.*

8 Iudex verò non potest augere tẽpus prosequẽdæ appellationis, *Dec. in cap. cum sit Romana num. 11. de appell. Cresc. decis 3* aliàs 231. *num. 1.* licèt possit pronunciare, & sic finem dare fatalibus per sententiam, *Frãch. in cit cap. cum sit Romana num. 12. Scacc. cit. cap. 2. q. 15. nu. 217. & seqq.* qui distinguendo terminos, & fatalia appellationis dicit, iudicem appellationis, & sic Metropolitanum non posse elongare terminum decẽ dierum ad inchoandam appellationem, neque terminum 30. dierum ad capiendos apostolos, nec tempus ad prosequendum; hoc tamen fallit in principe, qui liberè potest fatalia pro-

prorogare causam committēdo, imò si coram eo procedatur, nō currunt fatalia, *Scacc.cit.loc.num.*229.

S V M M A R I V M.

1 *Appellationis in terminis coram Metropolitano seruatur statutum iudicis à quo, quantum ad processum coram illo factо.*

2 *Appellata causa coram Metropolitano, agitari debet secundum statuta Metropolitani.*

3 *Appellationis in causa, in decisiuis attendendum est statutum loci contractus, vel rei.*

ARGVMENTVM.

Quid seruandum quoad decisiua, & ordinatoria in causa appellationis coram Metropolitano, si diuersum sit statutum suffraganei.

CAP. CXLI.

1 SOlet dubitari in his terminis appellationis, quid agendū, quando in loco Metropolitani reperiuntur statuta contraria illis, quæ sunt in loco suffraganei, & quale statutū sit seruandum à Metropolitano in hoc casu; & quidem distingui solet, ac dici, quod respectu processus facti coram suffraganeo, attendi debent statuta loci ipsius suffraganei, *Alex.consil.*164.*num.*8.*lib.* 6. *Natta consil.*553.*nu.* 10.*Guid.Pap.de appell. q.*52.*nu.* 40. Hinc si controuertatur, an debeat admitti appellatio ex eo, quod in loco suffraganei statuto ꝓhibetur appellatio, & in loco Metropolitani admittitur, erit attendēdum statutum loci suffraganei, probat triplici fundamento *Scacc.de appell.cap.*2.*q.*18.*num.*2.*& seqq.*

2 Respectu verò processus faciendi coram Metropolitano in causa appellata, sunt attendenda statuta loci Metropolitani, *Alex.consil.*164.*in fin. lib.*6.*Scacc.cit.loc.num.*13.

3 In decisorijs verò, si agitur de cōtractu, est attendenda dispositio statuti loci contractus, & si non adest statutum loci contractus, est attendendum statutum loci rei conuenti, ita *Scacc.eod.cit.loc.num.*18.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari non debet à suffraganeo suspecto, sed opposita suspicionis causa, si reijciatur, appellabitur.*
Appellationis causa immediata est grauamen.

2 *Appellari neque potest immediatè, stāte notoria suspicione, nisi ea proponatur.*

3 *Suffraganeus allegatus suspectus si procedat, grauat.*
Appellans à grauamine iudicis allegati suspecti, & procedentis, habet iustā causam appellandi, licèt non obtulerit probare suspicionem, & quare.

4 *Suffraganeus allegatus suspectus compellit arbitros ad cognoscendum de causa recusationis.*

5 *Suffraganeo allegato suspecto, & delegante causam, à delegato ad quem appelletur, vbi duplex opinio.*

6 *Suffraganeus allegatus suspectus potest causam Metropolitano remittere.*

7 *Suffraganeo allegato suspecto, & nihilominus procedente, appellatur intra decem dies à processu post allegationem.*
Iudex allegatus suspectus semper grauat.
Suffraganeo allegato suspecto, & procedēte appellari potest à quolibet actu successiuo, & quomodo.

8 *Suspicio loci relenat ab onere probādi, vt cum quis citatur ad locum non tutum, non sic suspicio iudicis, quæ probari debet.*

AR-

ARGVMENTVM.

Appellari quomodo, & quando debeat à iudice suspecto.

CAP. CXLII.

1 HIc est aduertendum, quod non potest ex hoc adiri Metropolitanus, quia suffraganeus est suspectus, imò nec ēt à suspicione tantùm suffraganei potest appellari ad Metropolitanum; nō enim potest quis à iudice suspecto immediatè recedere per appellationem, dicēdo (appello, quia suspectus) & ratio est, quia immediata causa appellationis est grauamen, sed iudex suspectus non ex sola suspicione dicitur grauare: benè tamen potest suffraganeus suspectus allegari talis ex legitima causa, & si tunc recusationem non admitteret iuxtà formam *Cap. cum speciali de appell.* potest ab eo appellari, quia tunc dicitur grauare, & non antè, *Franch. in cap. nonnit num. 3. & cap. vt debitus num. 9. de appellat. Corne. consil. 80. num. 3. lib. 1. Card. Alex. in cap. postremò nu. 5. de appell.* Hinc si appellatur propter suspicionem Episcopi suffraganei, non debet appellans audiri, nisi prius Archiepiscopo cōstet, coram suffraganeo fuisse propositā causam recusationis, & illam non fuisse admissā, quia ante hoc suffraganeus non dicitur grauare, probat *Quarant summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num. 19.*

2 Amplia supradicta, vt nec si suspicio esset notoria posset recedi à suffraganeo per appellationem sine suspicionis propositione coram eodē suffraganeo, quia licèt notorium excuset à probatione, non tamen excusat à propositione suspicionis coram eo, *Franch. in cap. ex parte nu. 11. & seq. de appell.* optimè *Quarant. sub cit. num. 19.*

3 Aduerte, quod si suffraganeus allegatus suspectus ex rationabili causa procedat post recusationem ad vlteriora in causa non obseruata forma dicti *Cap. cum speciali*, dicitur ex eo solùm grauare, & dat iustam causam appellandi, licèt recusans non obtulerit coram eo incontinenti se probare, cùm coram iudice recusato nō debeat fieri probatio, sed coram arbitris, vt in *dicto cap. cum speciali*, docet *Quarant. cit. loc.*

4 Amplia etiam supradictam principalem doctrinam, vt nec in tali casu possit adiri Archiepiscopus, vt compellat arbitros ad finiendam causam recusationis, id enim spectat ad ipsum Episcopum suffraganeum iudicem recusatum, qui benè potest compellere arbitros electos ad cognoscēdum causas suspicionis, iuxtà terminos *cit. cap. cum speciali*, & ad finiēdam causam recusationis, prout benè notat idem *Quarant. cit. loc.*

5 Dubitari solet in his terminis, si suffraganeus suspectus recusatus, recusationem recipiens, causam alteri delegauerit, ab hoc delegato, cui sit appellandum ad Archiepiscopum, ne, an ad suffraganeum delegantem? Et quidem in hoc dubio sunt duæ sententiæ, tenet vna, quod sit appellandum ad suffraganeum delegantem recusatum, non vt in causa procedat, sed vt alteri discutiendam, & finiendam committat, ita *Abb. in cap. si quis contra clericum sub num. 3. de for. competenti*, & licet hæc opinio nō iudicetur communis, tamen illa vera est, quando appellatur ante sententiam diffinitiuam, vel habentem vim diffinitiuæ, vel ante grauamen irreparabile per sententiam diffinitiuam: Altera verò opinio tenet, ad Archiepiscopum esse appellandum, ita *Host. Specul. Ioan. And. & alij*, quos refert, & sequitur *Carauit. super rit. Magn. Cur. Vic. 265. num. 37.* & post eum *Quarant. cit. loc* & hæc sententia dicitur vera, quando appellatur à diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, vel à grauamine irreparabili, tenent multi, quos refert, & sequitur,

Scacc.

Scacc.de appell.cap.2.q.7.num.42.

6 Vlterius dubitari solet, an suffraganeus recusatus vt suspectus possit causam remittere ad Archiepiscopũ Metropolitanum; & quidem indubitatum est apud DD. posse, notat *Abb.in cit.cap.cum speciali n.5. Frãch. in vltimo notab. & Card. Alex.nu.10.* & refert *Quarant.cit.loc.sub nu.19.*

7 Dictũ est supra, à suffraganeo suspecto non posse appellari ex sola suspicione, sed posse appellari à suffraganeo allegato suspecto, & in causa procedente non obstante recusatione, quia tunc dicitur grauare; quod ampliatur, procedere etiam post decem dies, dummodo appelletur infra decẽ dies à processu, seù actis, vel actu factis, vel facto post allegationem suspicionis, & licèt non sit appellatum à principio, vel ab alijs actis factis per decem dies ante appellationem, potest tamen appellari ab alijs actis factis postea infra decem dies à die actorum, à quibus appellatur, quia iudex allegatus suspectus successiuè grauat in quolibet actu, quem facit, ita post alios *Scacc.de appell.cap.2.q.12. num. 152.* Hæc adeo vera sunt, vt suffraganeus allegatus suspectus si procederet in causa, & ab hoc processu appelletur, acta deinde facta post appellationẽ sunt omninò nulla, & inualida, etiãsi appellans appellationem non prosequeretur, *Achill.de Graff.decis.3. aliàs 205.de except.Lancell.de attent. par.2.cap.6. num. 17. vers. tertiò amplia.*

8 Contra propositam cõclusionem, nempè, non ex eo solùm, quod suffraganeus sit suspectus posse appellari ad Metropolitanum potest adduci obiectio, nempè ex eo solùm, quod quis citatur à suffraganeo ad locum suspectum, idest notoriè non tutum, potest immediatè appellari ad suffraganenm, ergo, &c.

Respondetur, differentiam esse inter suspicionem ratione loci, & suspicionẽ ratione iudicis, quia quantumcunque iudex sit suspectus notoriè, tamen notorium non releuat ab onere proponendi, & excipiendi, quia tenetur quis comparere, & allegare suspicionem iudicis, etiam notoriè suspecti, quia possibile est, quod etsi suspectus sit faciat iustitiam, *Franch.in cap.ex parte num. 11. & seq.de appell.* At quando quis citatur ad locum notoriè non tutum, dicitur grauari, & tunc notorium excusat ab onere probandi, & allegandi, & ideo potest appellari, *Franch. in cit.cap.ex parte nu.10.Innoc in cap. præterea num.3.de dilat.Bellam.in cap. super eo num.16.de appellat.* quo casu posse appellari coram honestis personis, docet *Bal.in l.2.sub nu.7.vers. venio ad citationem C. de Episcop. audientia,* ita respõdet propositæ obiectioni *Scacc.de appellat.cap.2.q.5.nu. 116.vers.contra hanc, & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans tenetur transferre acta primæ instantiæ coram iudice ad quem, etiam quæ faciunt contra ipsum.*

2 *Acta extracta ab actuario, vel successore in officio sunt transportanda.*

3 *Metropolitano iudicante absque trãsportatione actorum, sententia est nulla; vbi quid si non transferantur integra.*

Actorum verbaliter productorum transportatio non facta, non vitiat sententiam, sicut & non releuantium ad iustitiam causæ.

4 *Acta in dubio coram iudice appellationis præsumuntur integra.*

Acta non esse integra, probandum est per asserentem, etsi ex lectura aliquid deficere appareret.

5 *Acta transportãda sũt per appellatum, si instet pro confirmatione sententiæ.*

6 *Acta originalia non transferuntur, nisi ex suspicione falsitatis quo casu sunt statim remittenda.*

7 *Metropolitanus potest ratione imminentis scandali procedere absq; actis.*

8 *Acta*

8 *Acta transferantur appellantis expensis, actuario erogandis.*
Acta gratis dantur pauperi, etiam ab actuario.
9 *Pauper dicitur, qui non habet tãtùm, quantùm requiritur ad obtinendum id, de quo agitur.*
10 *Acta si intra mensem ab actuario non dentur ex fraude, quæ pœna incurratur.*

ARGVMENTVM.

De transportatione actorum à quo, & quomodo sit facienda, & an, & quando iudicari possit actis non integris, vel non transmissis.

CAP. CXLIII.

1 DIuersæ reperiuntur sententiæ apud DD. disceptãtes à quonam debeant produci acta primę instãtiæ corã Metropolitano, illa tamẽ verior est sentẽtia, & in praxi recepta, appellantem teneri transportare, & producere omnia acta primæ instantiæ coram iudice appellationis, etiam illa, quę faciunt contra appellãtem, ita est decisũ in *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 20. in illis verbis: *Præterea si quis in casibus à iure permissis appellauerit, aut de aliquo grauamine conquestus fuerit, seù aliàs ob lapsum biennij, de quo supra, ad alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta ad iudicem appellationis expensis suis transferre*, vndè hãc trãsportationem actorum esse de forma iuxtà dispositionem *Trident.* censuit *Rot. decis.* 56. *nu* 12. *& decis.* 561. *nu.* 12. *par.* 1. *recent. & decis.* 268. *num.* 3. *inter impress. per Farinac. post lib.* 2. *cõsil. & decis.* 121. *nu.* 3. apud *Pacific. de Saluian. interd. & in Imolen. afflictus coram Panta impress. per Marches. de commiss. par.* 2. *fol.* 539.

2 Amplia primò propositam doctrinam, non solùm esse transportandã acta integrè, sed etiam legitimè, nẽpè ab actuario, vel successore in officio extracta, *Rot. decis.* 1. *de fid. instr. in nou. Mohed. decis.* 8. *eod. titul. Ludouis. decis.* 469. *num.* 4. *Beltram. ad eundem decis.* 59. *num.* 9. fuit dictum in *Toletana Spolij* 3. *Iulij* 1623. *coram D. Nauarro.*

3 Amplia secundò, vt sententia lata à Metropolitano iudice ad quem, & appellationis non transportatis actis sit nulla, ita *Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. par.* 4. *decis.* 143. & voluit *Rota apud Manticam decis.* 170. *et decis.* 197. *nu.* 1. quę conclusio procedit, quando acta nullo modo sunt transportata; quando verò non sunt transportata integrè, tunc si acta nõ transportata sunt talia, vt de sui natura redderent sententiam nullam, vel iniustam procedit ampliatio, secus si non sint talia, vt puta, quia non sunt transportata interrogatoria testium, actus conclusionis in causa, vel aliqua citatio non necessaria, ita *Scacc. de appellat. cap.* 2. *q.* 20. *num.* 13. et licèt teneat *Campanil. diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 314. *verf. & si non integraliter*, relatus à *Salgad. de protect. Reg. par.* 1. *cap.* 2. *§.* 2. *num.* 2. quod gesta actis diminutis, vel dismembratis sint nulla in his terminis, tamen est intelligendus, iuxtà moderationem *Scacc. cit. loc.* aliàs opinio haberet quid rigoris; vndè actorum transportationem omissam non vitiare sententiam, quando non sunt transportata acta verbaliter tãtùm producta, dixit *Rot. decis.* 561. *n.* 10. *par.* 1. *recent.* nec quãdo non sunt transportata acta, quæ etiamsi sint omissa, sententia iustificari potest, docuit *Rot. ead. decis* 561. *n.* 12. et hoc maximè pcedit in causis profanis, in quibus licèt procedatur actis non integrè transportatis, si acta, quæ deficiunt non sunt releuãtia ad inferendum, quod iudex iniustitiam fecerit, sententia non est nulla, sed solùm debet superſederi, donec

Digitized by Google

acta omnia videantur, et ideo sufficit, quod remaneat iustificata ex noua transportatione, *Achill. de Graff. decis. 7. de sent. & re iud. Rota in Laudien. dominij de Steuordia 3. Iulij 1623 coram D. Coccino Decano, et in Romana vsusfructus coram D. Pirouano, & in Auenionen. bonorũ 22. Maij 1626. coram Duran.*

4 Limitatur suprapósita conclusio de transportãda integrè copia actorum coram Metropolitano iudice appellationis, in dubio acta præsumi integra, *Aymon. consil. 35. num. 5. Cranet. de antiq. tempor. par. 2. num. 55.* sepius fuit decisum per *Rotam*, ita in *decis. diuers 64. num. 3. & num. 4. & 7. par. 2. in vna Amerina bonorum Luna 9. Maij* 1598 *coram Pamphilio, in Algaren. dismembrationis 4. Decembris 1617. coram D. Remboldo, & in Albiganen. Capellæ 27. Ianuarij 1623. corã Nauarro in citata Auenionen. bonorum in Feretrana Parochialis 22. Maij 1628. coram D. Viliri, & in Tullen. reformationis 18. Iunij 1629. coram D. Dunozetto, & in Leodien Castrorum 4. Iuly eiusdem anni coram Motmanno apud Farinac. post lib. 2. consil. decis. 116. num. 1. & decis. 144. num. 1. Ludouis. decis. 59. num. 1. & decis. 118. nu. 3. Caual. decis. 43. nu. 3. & decis. 335. nu. 1. & decis. 572. nu. 7. Buratt. decis. 113. nu. 1. Gtarb. decis. 29. num. 3.* Hinc asserenti, acta non esse integra sed diminuta incumbit onus probandi, *Scacc. de appell. cap. 2. q. 20. nu. 15. Mascot. var. lib. 2. cap. 43. num. 6.* Quod vlterius procedit, etiamsi ex lectura processus appareat, aliquid deficere, quia adhuc appellato incumbit onus probandi extare alia acta non transportata, *Rot. diuers. decis. 46. nu. 8. vers. quinimo par. 2.* Hinc etiam notario attestanti de integra transportatione actorum, seu non extare alia acta credẽdũ esse, dixit *Rota post lib. 2. consil Farinac. decis. 144. nu. 5.* & in *Bracharen. Parochialis 29. Ianuarij 1610. coram Cardinali Sacrato*, vbi etiam fuit dictũ, sufficere, quod notarius attestetur simpliciter, se fideliter extraxisse.

5 Limitatur secundò conclusio, nõ procedere, quando appellatus instaret pro confirmatione sententiæ iudicis à quo, & suffraganei, quia tunc ipse appellatus tenetur acta transportare, *Vant. de null. rub. à quo, et quibus sub num. 20. vers. & præmissa, & nu. 20. Caputaq. decis. 128. par. 3. Scac. cit. q. 20. num. 10.* qui probat, dispositionem *Concil. Trid. xit. loc.* non contradicere huic limitationi.

6 Limitatur tertiò, à suffraganeo ad Metropolitanum in causa appellationis non esse transmittenda acta originalia, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur, & tunc terminata causa, remittẽda sunt ad Ordinarium, vt in suo archiuio conseruentur, refert, voluisse *Sacrã Congregationem, Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas post num. 20. vers. acta originalia, & Sell. select. Canon. cap. 42 num. 10.*

7 Aduerte in his terminis, non esse omninò improbatum, Metropolitanum posse in causa appellata procedere non transportatis actis, quando est periculum alterius scandali, quia non deficit in hoc casu omninò fundamentum iurisdictionis, *arg.* eorum, quæ adducit *Bart. in l. multũ interest nu. 2. ff. de condit. & demonstr. Archid. decis. 7. de sent. & re iud. Rota in Calaguritana iuris crescen. 27. Iunij* 1586.

8 Appellans tenetur suis expensis trãsportare copiam actorum coram Metropolitano, prout deciditur in *cit. cap. 20. Concil. Trid.* nec huic conciliari dispositioni obstat alia *sess. 13. de ref. cap. 3.* vbi saltem in criminalibus iubetur, gratis esse exhibenda appellanti acta intra triginta dies, quia hæc dispositio intelligitur tantũm de iudice à quo appellatur, qui pro actorum copia nihil potest recipere, minimè verò de notario, qui pro labore in transcribendis actis

potest

potest congruam mercedem recipere, & de his expensis loquitur *Trid. cit. cap.* 20. ita *Soar. de Pace in pract. tom. 2. par. 5. cap. vnic. num.* 7. *Ricc. decis. Cur. Archiep.* 334. *nu.* 2. *par.* 4. *Nouar. in singul. iur. Canon. titul. de actis primæ instantiæ, &c. concl.* 2. aliàs 8. vbi aduertit, quod si appellans pauper est, notario, & actuario nihil debetur pro copia actorum, nec pro labore, quia propter paupertatem acta transmittuntur gratis, & potest ad id à iudice compelli.

9 Dicitur in his terminis pauper ille, qui non habet tantùm, quantùm requiritur pro obtinendo id, de quo agitur, *Grat. discept. for. cap.* 907. cum alijs, quos refert, & sequitur *Grat. cit. loc. num.* 4.

10 Notarius habita congrua mercede tenetur exhibere copiam actorũ appellanti, quãtò citius potest intra mẽsem ad sũmũ, qui si in differenda copia prædicta fraudem fecerit, ab officij administratione arbitrio iudicis suspenditur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci distribuẽdam, compellatur, & eadem pœna esset puniendus iudex, qui esset conscius, & particeps, ita *Trid. cit. cap.* 20. *circa fin.* notat *Scacc. de appel. cit. q.* 20. *n.* 35.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deserta fieri potest non solùm per lapsum termini iuris, sed etiam hominis.*

2 *Appellatione deserta expirat iurisdictio Metropolitani iudicis ad quem, quæ non est prorogabilis, neque de consensu partium.*

Appellatione deserta habetur, ac si nũquam esset appellatum.

3 *Appellatione deserta an possit Metropolitanus pronunciare super meritis causæ, vbi duplex opinio.*

4 *Appellationis desertionem pronunciare potest Metropolitanus, & suffraganeus, si nullo modo appellans prosecutus sit; quid si sit inhibitum.*

5 *Appellantem deserentem condemnat in expensis suffraganeus, & Metropolitanus, secus si coram Metropolitano sit causa introducta.*

6 *Appellationis ad expensas tantùm intelligitur quis condẽnatus à Metropolitano, proferẽte super desertione, secus si super negotio principali.*

7 *Appellatum bene esse pronunciante Metropolitano, coram eo remanet tota causa, licet sit appellatum ab interlocutoria.*

ARGVMENTVM.

De appellationis desertione à quonam, & quomodo super ea pronuncietur.

CAP. CXLIV.

1 Dictum est de temporibus interponendæ, & prosequendæ appellationis, nunc dicendum est de eius desertione; & quidem dicimus communiter, appellationem fieri desertam; ad quod nota primò, quod appellatio fit deserta, non solùm per lapsum termini iuris, sed etiam per lapsum termini hominis, vndè elapso termino dato à suffraganeo, appellatio fit deserta, etiam non expectato lapsu termini iuris, *Franch. nu.* 3. *&* 12. *de appell. Scacc. de appell. cap.* 2. *q.* 15. *num.* 13.

2 Nota secundò, quod deserta appellatione per lapsum temporis expirat iurisdictio Metropolitani iudicis ad quem quoad cognitionem meritorum dictæ causæ, *Neuiz. consil.* 41. *nu.* 30. *Scacc. dict. q.* 15. *nu.* 118. qui vlterius dicit, nec partes posse prorogare iurisdictionem iudicis ad quem in hoc casu, quæ per desertionem dicitur expirata, *Cæsar de Graff. decis.* 104. aliàs 1. *num.* 1. *&* 2. *de appellat.* imò deserta appellatione, habetur ac si nunquam fuisset appellatum, & iurisdictio dicitur reuersa ad suffraganeum, ita *Host.* quem refert,

fert,& sequitur *Franch.in cap.ex ratione num.79 de appellat.Add.ad Rot. decis.*14.aliàs 98.*de appellat.in nou.*

3 Quæstio est in his terminis,an deserta appellatione possit Metropolitanus pronunciare super meritis causæ,& confirmare, vel infirmare sententiam suffraganei; & quidem licèt teneat vna sententia,quod possit confirmare sententiã suffraganei, non verò infirmare:tamen verius est dicere ex conclusionibus propositis, non posse nec infirmare,nec confirmare, cùm iam sit finita iurisdictio per desertionem,& hoc de iure,ita *Scacc.cit.loc.q.*15.*num.*210.*vers.facus ergo*, *Gennens.in prax.cap.* mihi 70. *num.*11.qui benè dicunt,procedere sententiam, quando certum est, ob lapsum temporum appellationem fuisse desertam;secus tamen, quando sumus in dubio, quia tunc Metropolitanus poterit pronunciare.

4 Dubitatur,cui competat iudicare de appellationis desertione. Respõdetur,ꝙ si appellãs nullo modo fuit prosecutus causã appellationis,potest pronunciare de desertione & suffraganeus, & Metropolitanus, *Franch.in cap.ex ratione nu.* 67.*vers. quoad primum de appellat.*vbi etiam *Card.Alex.num.*49.*Scacc.de appellat. cap.*2.*q.*11.*num.*15c. quod procedit, quando appellans nullo modo introduxit causam coram Metropolitano,nec inhiberi fecit, nec appellans declinat iurisdictionem iudicis à quo: Si verò in causa fuit inhibitum,vel appellans declinat iurisdictionem suffraganei, tunc cognitio desertionis spectat ad Metropolitanum,ita *Franch.& Card.Alex.cit. loc.* quos refert,& sequitur *Scacc.vbi supra num.*160.quorum sententia vera est, & tunc maximè, quando causa est introducta coram Metropolitano.

5 Aliud dubiũ excitatur in his terminis,quis possit in expensis condẽnare appellantẽ, qui appellationem ob non prosecutionem desertam fecit, & dubitationi respondetur cum proposita distinctione, nẽpè quod si pellans nullo modo sit causam prosecutus,tunc debet condemnare ad expensas iudex à quo, & sic suffraganeus, licèt possit etiam iudex ad quem,& sic Metropolitanus; si verò causa fuerit cepta coram iudice ad quem, & sic coram Metropolitano,& tunc iste condemnat ad expẽsas,ita post alios *Scacc.cit.loc.numer.* 160.

6 Nota tertiò, quod condemnatus ad expensas simpliciter à Metropolitano intelligitur condemnatus, tã in expẽsis appellationis, quàm causæ principalis,quando iudex appellationis Metropolitanus profert sẽtentiam in negotio principali,secus tamen, quando pronunciat solùm super desertione,quia isto casu condemnatio in expensis intelligitur de expensis factis in prosecutione appellationis,ita *Scacc.de appell. q.* 11. *num.*161.*& q.*17.*lim.*25.*num.* 40. *& seqq.*vbi latè,quando iudex appellationis debeat condemnare ad expẽsas factas in prima instantia.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis causas deuolutas Metropolitanus cuicunque,etiam subdito suffraganei,delegare potest,nõ tamen talem subditum cogere.*

Metropolitanus suffraganeo mandare potest quod cogat subditum ad acceptandum delegationẽ, aliàs cogit ipse.

2 *Metropolitanus appellationis causas in sua Ciuitate,uel Diœcesi cognoscit, vel delegat.*

3 *Appellationum causas inter suffraganeum,& subditum potest Metropolitanus delegare extra Diœcesim suffraganei, ad euitandam suspicionem.*

4 *Metropolitanus non potest officiales habere in Diœcesi suffraganei, neque per se iudicare,nisi in causis appellatis,non appellandis.*

5 *Metropolitanus potest mandare suffra-*

fraganeo, quod compellat testes ad deponendum in causa appellationis, aliàs compellit ipse:

Metropolitani de consuetudine totius Regni indistinctè cogunt testes suffraganeo subditos ad deponendum in causa appellationis.

6 *Metropolitanus si pronunciet, benè appellatum ab interlocutoria, vel habente vim, potest cognoscere de causa principali.*

7 *Suffraganeo admittente frivolam appellationem, deuoluitur decisio totius negotij, secus si admissio fiat per vicarium, qui nequit sine speciali mandato illam admittere.*

ARGVMENTVM.

Appellationis causas Metropolitanus an, & quomodo deleget extra, vel intra Diœcesim, & an cogat ad acceptandum delegationem, vel deponendum, & de officialibus in Diœcesi suffraganei pro appellationibus.

CAP. CXLV.

1 ADuerte, quod in causis ad Archiepiscopum deuolutis per appellationem à suffraganeo, vt supra, non tantùm ipse, vel eius Vicarius potest iudicare; sed etiam potest ipsas causas cuicunque subdito suffraganei sui in eius Diœcesi delegare, *Cap. pastoralis de off. iud. ord. cap. 1. de off. ord. in 6.* Non tamen potest dictum subditum suffraganei cogere ad suscipiendam hāc delegationem *cit. cap. pastoralis*, vbi deciditur, talem inuitum non posse compelli à Metropolitano, quia non habet iurisdictionem in subditos suffraganei, nisi in certis casibus, *Cap. 1. §. 1. de for. cōpet. lib. 6.* Benè tamen potest mandare Episcopo suffraganeo, vt compellat subditum ad acceptādam talem delegationem, & commissionem, *gl. in cit. cap. pastoralis* in verbo *nullatenus, ego ipse in prax. annot. 49.* qui alios refero, vbi etiā dico, quòd si Episcopus in hoc negligens fuerit, deuoluitur iurisdictio ad Metropolitanum compellendi subditum prædictum.

2 Nota, quod Archiepiscopus non potest causas appellationis à curijs suffraganeis alibi cognoscere, nisi in sua Ciuitate, vel Diœcesi, aut in eis, in quibus appellatum extitit, vel causæ ipsæ consistere dignoscuntur, ita expressè deciditur in *Cap. vt litigantes de off. ord. in 6.* vbi *DD.* Hinc si intendit Archiepiscopus causam eandem alteri delegare, illam tenetur committere, iuxtà formam *cit. textus Cap. vt litigantes*, & consequēter causa appellata à Curia suffraganea A. non potest delegare, & cōmittere in Diœcesi suffraganea B. ita DD. cōmuniter, nisi aliter sit eidē Metropolitano permissum à consuetudine, vt in *eod. tex.* & aduertit *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 79. in fin.* qui adducit *Palat. in repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. notab. 2. §. 1. num. 29.*

3 Sed si causa appellata verritur inter Episcopum suffraganeū, & eius subditum, num possit Metropolitanus illam committere extra Diœcesim Episcopi suffraganei collitigantis ad euitandam suspicionem; & quidem respondetur affirmatiuè per *gl. in cit. cap. vt litigantes*, in verbo *de consuetudine.*

4 Dubitatur, an Metropolitanus possit habere officialem in Diœcesi suffraganea: Et respondetur, non posse habere Vicarium foraneum in dicta Diœcesi, nec alium officialem pro causis ordinarijs, imò nec ipse Metropolitanus potest habere sedē in Diœcesi suffraganea, & iudicare per se ipsum, deciditur expresè in *cit. cap. 1. de off. ord. in 6.* Quoad verò causas appellationis ab ipsa Diœcesi suffraganea, certum est etiam, posse

habere officialem in Diœcesi suffraganei pro causis iam appellatis, vt in dicto *Cap.* 1. quod dubitatur est, an possit pro causis appellandis, & difficultatem faciunt verba eiusdem *tex. cap.* 1. *de off. ord. in* 6. quia in principio videtur affirmatiuè loqui, sic dicendo: *similiter licet eis tales officiales instituere in eisdem*; & in principio finis videtur loqui negatiuè his verbis: *& idcirco non debent aliquos constituere pro citationibus in futuris causis appellationum, & inhibitionibus faciendis*; & licet verba *tex.* videantur contradicere, tamen DD. sentiunt, posse Archiepiscopum in Diœcesi suffraganei habere iudicem, aut tribunal erectum pro appellationibus audiendis propter commoditatem litigantium absque consensu ipsius, ita allegando *tex. cit.* tenet *Barbos. de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. post *Sebast. Cæsar.* per eum adductum, & si pro causis futuris, & non existente consuetudine, contraria sententia videatur magis consona verbis *cit. tex. cap.* 1. & dixi *egoipse in prax. annot.* 49. *num.* 32. *in fin.* post *Seraph. decis.* 1183. *num.* 1. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q.* 22. *num.* 63.

5 Supradictæ facultati Archiepiscopi, qua potest mandare suffraganeo, quod compellat suum subditum ad acceptandam commissionem causæ, vt supra, est similis alia, qua potest mandare eidem suffraganeo, quod compellat suos subditos ad perhibendum testimonium veritatis in causa appellationis coram Metropolitano vertente, ita post *gl. Abb. in cap. pastoralis de off. ordin. num.* 12. verum si suffraganeus in hoc negligēs sit, potest ipse Metropolitanus compellere subditos prædictos, ita post *Quar. Ricc. & Lotter.* noto *egoipse in prax.* 1. *par. annot.* 49. *num.* 4. vbi tamē noto, quod licèt de iure verum sit, non posse Metropolitanum compellere subditos suffraganei ad perhibendum testimonium veritatis in causa appellata, tamen in praxi, maximè totius Regni, indistinctè Metropolitani compellūt subditos suffraganeorum ad testificandum in causis appellationum.

6 Reliquum est dicere in hac materia, quod si fuerit appellatum à suffraganeo ad Metropolitanum à sententia interlocutoria casu, quo habet vim diffinitiuæ, vel continet dānum irreparabile, si Metropolitanus iudicauit, benè appellatum, & malè iudicatum, potest etiam cognoscere de causa principali, ita post *Cardin. Alex.* docet *Scacc. de appellat. q.* 17. *limit.* 47. *membr.* 3. *nu.* 7. remanet enim Metropolitanus iudex, etiam causæ principalis, *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 58.

7 Vlterius, si suffraganeus admisit friuolam appellationem, decisio totius causæ deuoluitur ad Archiepiscopum, *Cap. cum appellationibus de appellat. in* 6. quod procedere, testatur *Genuens. in prax cap.* mihi 88. *nu.* 9. quando friuola appellatio fuit admissa per Episcopum, secus si à Vicario, qui non potest illam admittere sine speciali mandato Episcopi, aliàs delatio friuolæ appellationis facta per Vicarium non dat iurisdictionem Archiepiscopo, *Ioann. Baptist. Ferrett. consil.* 307. quia Vicarius non potest præiudicare Episcopo in iurisdictione, vt habetur per *Gemin. & Franch. in cap. Romana de for. compet. in* 6.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiscopus præcedit omnibus Episcopis, & ecclesiasticis Prouinciæ, & num.* 2.

3 *Archiepiscopo debetur præcedentia quia habet Prouinciam, & suffraganeos.*

4 *Archiepiscopus in quibus non præcedat Episcopis in eorum Diœcesibus.*

Episcopus proprius thurificatur ante Archiepiscopum, & Episcopum aduenas.

Archidiaconus præfertur Archipresbytero

stero in administratione.

5 *Archiepiscopi cedunt Archiepiscopo primati.*

Archiepiscopus Toletanus dicitur primas in Hispania.

6 *Archiepiscopi precedunt inter se habito ordine dignitatis Patriarche, cui subsunt.*

Patriarcha quot, et qui digniores in ordine.

7 *Archiepiscoporum, qui omnes subsunt uni Patriarcha, unus cedit alteri ratione specialis prerogatiue.*

Archiepiscopus Mediolanensis ex prerogatiua sedis precedit Rauennaten. & Bardegalen.

8 *Archiepiscopi inter se cedunt unus alteri ceteris paribus, habito respectu ad antiquitatem.*

9 *Archiepiscopus Bonomien. precedit Vicelegato, & in quibus.*

ARGVMENTVM.

De modo præcedentiæ Archiepiscoporum inter se, & respectu inferiorum.

CAP. CXLVI.

1 HIc dicendum est, Archiepiscopum præcedere omnes de sua Prouincia, tàm Episcopos suos suffraganeos, quàm Abbates, & cæteros omnes ecclesiasticos, idq; probatur primò ab ipsa nominis etymologia, quod idem est, ac summus, seù Princeps Episcoporum, *Cap. cleros 21. dist.* in illis verbis: *Archiepiscopus graco dicitur vocabulo, quod sit summus Episcoporum; tenet enim vicem Apostolicam, & præsidet tam Metropolitanis, quam cæteris Episcopis. Metropolitani autem à mensura ciuitatum vocãtur; singulis enim Prouincijs praeminent, quorum auctoritati, & doctrina cæteri Sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet Episcopos: solicitudo enim totius Prouinciæ ipsis commissa est, &c.* tenet *Syluestr.* in verbo *Archiepiscopus*, *Homobo. de statu humana vita par. 1. cap. 6. §. tertium Cæsar. de Ecclesiast. Hierarch. disp. 5. §. 1. num. 3.*

2 Probatur secundò, quia Archiepiscopus dicitur pater Episcoporũ, qui illi obedientiam, & reuerentiam præstare debent, & maior vocatur, *Cap. multis* iuncta *gl.* verbo *ad maiorem 17. dist.*

3 Probatur tertiò ex maiori auctoritate, nam Archiepiscopus Metropolitanus habet Prouinciam, & suffraganeos, *Zerol. in prax. Episcop. 2. par.* verbo *Archiepiscopus*, est iudex Episcoporum suffraganeorum, *Cap. quia cognouimus 10. q. 3. & cap. scitote 6. q. 3. cap. sanè de for. compet.* in ciuilibus tamen, *Genuens. in prax. cap.* mihi 88. *nu.* 1. de hac Archiepiscoporum præcedentia, & quod præcedat Episcopos multa *Cassan. catal. gl. mund. 4. par. consid. 20.*

4 Limitatur tamen cõclusio in pertinẽtibus ad Episcopos in suis Diœcesibus, tanquam patres earum, veluti in administratione Sacramẽtorum, & exercitio Pontificalium, visitatione, & similibus; in his enim Archiepiscopus non præcedit Episcopum, imò pares sunt, & data hac paritate quisque in suo territorio maior est altero, *gl. in l. apud eum*, verbo *potest ff. de manumiss. Boer. de auctor. mag. consi. num.* 54. Probatur ex *Cassan. cit. loc. par. 4. consid. 21. ex Couarr. pract. qq. cap. 9. num. 2. vers. his accedit, & ex Caremon. Roman. lib. 1. cap. 23. fol.* 40. vbi Episcopus proprius thurificatur ante Archiepiscopũ, & Episcopum hospites, quãdo omnes præsentes sunt in vesperis, & missa solemni; & ratio est, quia in loco administrationis adhuc minor præfertur ne dum æquali, verum maiori, vt etiam dicimus de Archidiacono, qui in administratione præfertur Archipresbytero in ordine maiori, *Cassan. cit. par. 4. consid. 44. Fel. in rub. de maior. & obed. Gam. decis. 1. num. 46.*

5 Prædicta de Archiepiscopis proce-

cedũt,quãdo concurrunt cũ Episcopis,& alijs;quando verò concurrunt inter ipsos, tunc præferendus est Archiepiscopus Primas, seù Patriarcha, hic enim præcedit alios Archiepiscopos,vt est Archiepiscopus Toletanus, qui est Primas in Hispania,*Boer.de auct.mag.consi.num.* 54.*Homobo.de statib.human. vita par.* 1.*cap.6.in princip.Cassan.cit.par.4.cõsid.*119.*Monet.de conseruat.ind.cap.*5. *num*.49.*&* 45. *Lancell. instit. Canon. lib.*1.*titul.*5.*Narbon.de appell. par.* 2. *num.* 1.*in* 2.*fundament.nu.*7.

6 Quando verò Archiepiscopi omnes sunt pares, vel quia sunt ambo Primates,vel simplices Archiepiscopi, & tunc ille est dignior,qui maiori Patriarchæ subditus fuerit: Hinc præferuntur primò Archiepiscopi subiecti Patriarchæ Constantinopolitano,qui dignior est omnibus alijs, deinde qui subsunt Alexãdrino Patriarchæ,postea Antiocheno, demũ Hierosolymitano,*Panin.in extrauag. ad onus in antepenul.char.Cardin. Iacobat.de Concilio Gardi.fol.*56. *col.* 1. *in fin.*quos refert, & sequitur *Decia. consil.*50.*num.*32.*in fin.vol.*4. *& consil.*19.*nu.*210.*vol.*3. *Leo thesaur. for. Eccles.par.*1.*cap.*2.*num.*27.*&* 28.*Monet.cit.loc.cap.*5.*num.*46.

7 Verum inter Archiepiscopos subditos eidem Patriarchę præcedit ille Archiepiscopus, qui habet aliquod priuilegium, exemptionem, dignitatem, seù officium præter Archiepiscopatum, quia ratione huius qualitatis,priuilegij, seù exemptionis,maioris auctoritatis, & præeminentiæ meritum acquirit, vt est Archiepiscopus Mediolanen. qui ex prærogatiua sedis præcedit Rauenaten.& Burdegalen.*Boer.cit.loc.nu.* 60.*Cassan.vbi supra consid.*21.

8 Vltimò data paritate inter Archiepiscopos,præfertur antiquior in promotione,quia dignior iudicatur, in quo dignitas antiquior elucet, *Boer.cit.num.69.Crauett. consil.* 489. *num.*8.*&* 10.*Nauar.consil.*5. *num.* 2. *titul. de maior. & obed.lib.*1. *Menoch. consil.*125.*num.*30.*& consil.*257.*num.* 14.ita *Manriq.de praeced.q.*4. per totum, *Abb.*post *gl.in cap.per tuas de maior.& obed. Iacob. de Concil. lib.* 1. *art.*1.*num.*266.

9 Nota peculiarem dispositionem in hac materia præcedentię Archiepiscoporum, quod Archiepiscopus Bononien.debet præcedere Vicelegatum in processionibus,& solemnitatibus, ac quoties cunque in Ecclesia conueniunt circa pacem, & thuris honorem exhibendum, ac in sedendo ad missam,& concionem, ita declarasse *Sacram Congregationem Rit.in Bononien.*8.*Iuly* 1602.referũt *Aldan.in compend.Canon.resol. lib.* 1. *titul.*8.*num.*17.*& Barbos.summ. Apostolicarum decis.* verbo *Archiepiscopus num.vltimò.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest excommunicare,suspendere, & interdicere suffraganeos in ÿs,in quibus tenentur obedire,& quonam ordine.*
Suffraganeus omittens congregare Synodum est suspendendus.
2 *Archiepiscopus potest etiam excommunicare Vicarium suffraganei, & in quibus casibus.*
3 *Vicarius Archiepiscopi potest suffraganeos renitentes obedire censuris compellere,& quare.*
Vicarius Archiepiscopi eo absente potest suffraganeos censuris compellere.
Vicarius Archiepiscopi eo præsente nõ debet contra suffraganeum censuras proferre,si tamen ferat,ligant.
4 *Archiepiscopus quando dicatur præsens,*

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus quomodo se gerat contra suffraganeos inobedientes,& quibus pœnis eos puniat,& quãdo eius Vicarius.

CAP.

CAP. CXLVII.

1 SVpra *Cap.*81. tetigi quando Archiepiscopus possit cēsuris punire suffraganeos, hic verò latius dicendū est, & primò, quod Archiepiscopus in casibus, in quibus Episcopi suffraganei tenentur ipsi obedire potest illos suspendere, interdicere, & excommunicare, *Cap.* 1. *§. fin. de off. ordin. in 6. & cap. venerabilis de sent. excomm. Quarant. summ. Bul.* verbo *Archiepiscopi auctoritas num.* 8. *Genuens. in praxi cap.* mihi 88. *nu.* 5. *Barbos. de potest. Episcopi par.* 1. *titul.* 4. *nu.* 15. & alij communiter: Verum in hoc casu Metropolitanus tenetur seruare formam *Cap. quia Pontificali de off. deleg. in* 6. videlicèt, vt primò prohibeat illis ingressum Ecclesię, vel Sacerdotale ministerium, deinde ab officio suspendat, & vltimo excommunicare potest, nisi aliter sua fuerit nimia contumacia, proteruitas, siue culpa, vt quia contumeliosa verba in iudicem proferat, ita *tex. in cit. cap. quia Pōtificali,* vbi *gl.* verbo *aliter, ego ipse in prax.* 1. *par. annot.* 49. *num.* 38. vbi obserua, supradicta procedere, quando in casu peculiari nō est statuta certa pœna contra suffraganeū inobedientem, quia si esset statuta certa pœna, esset procedendum cum illa, vt est in suffraganeo omittente congregare Synodum, qui est suspēdendus, obseruat *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 27.

2 Amplia supradictam conclusionem, & multò magis, vt Archiepiscopus in casu sue iurisdictionis possit excommunicare non solùm ipsū suffraganeum Episcopum, sed etiam illius Vicarium generalem, subsistente causa rationabili, *Cap.* 1. vbi *gl.* verbo *rationabili de off. Vicar. in* 6. *Archid. in cap.* 1. verbo *iurisdictione de off. ord. eod. lib.* 6. *Sbroz. de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 59. *num.* 6. causas verò rationabiles excommunicandi Vicarium adducit *gl. in cit. cap.* 1. vbi *Archid. & Gem.* nempè, quando Vicarius impedit causam appellationis delatam ad Archiepiscopum, vel quando delinquit circa officium, aut si peccaret in ijs, quæ sunt iurisdictionis, vel si vteretur excommunicatione Episcopi excommunicati, vel si non seruaret sedis Apostolicæ priuilegia, vel esset criminosus, & incorrigibilis, *Sbrozz. cit. loc.* alia ad hæc vide supra *cap.* 81.

3 Amplia etiam eandem conclusionem principalem, non solùm ipsum Metropolitanum, verum etiam, & eius Vicarium generalem posse suffraganeos renitentes obedire censuris compellere, vt supra, quia licèt Vicarius Metropolitani sit minor ordine, est tamen maior iurisdictione Episcopis; quo in casu aliqui tenent, id posse Vicarium Metropolitani absente Archiepiscopo per *tex. in cap.* 1. *§. vltimo de off. ordin. in* 6. & quando Episcopus suffraganeus nō dum esset consecratus, quia tunc à Vicario, etiam præsente Archiepiscopo excommunicari, suspendi, vel interdici poterit, ita *Archid. Domin. & Franch. in cit. §. fin. Sbroz. de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 58. *nu.* 3. Verum licèt Archiepiscopo præsente, ipse debeat censuris procedere, vt supra contra suffraganeum inobedientem, non eius Vicarius ob reuerentiam Pontificalis officij, tamen si Vicarius de facto procederet ad censuras prædictas, etiam præsente Archiepiscopo, censuræ ligant, quia Pontifex in dicto *§. final.* solùm prohibet, ne Vicarius Archiepiscopi ferat censuras in Episcopos suffraganeos præsēte Archiepiscopo; non tamen irritat aliter factum, ita *gl. in cit. §. vltimo,* verbo *non attentent, ego ipse in prax. annot.* 49. *num.* 39. *in fin. Meroll. moral. Theol. tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 5. *de iurisdict. Episcoporum num.* 544. *vers. oppositum.*

4 Archiepiscopus in his terminis dicitur esse præsens, quando est in Prouincia sua, vel circa illam, vt in *cit. §. finali,* vb *gl.* in verbo *circa illam* exponit, Archiepiscopum dici circa Pro-

Prouinciam, quando reperitur in vicina Prouincia infra duas dietas vulgares, iuxtà *Cap. nulli de rescript.* vel legales, iuxtà *Cap. præsenti de præbend.* & tandem dices, id remitti iudicis arbitrio, *Merol. cit. loc. vers. tunc autem*.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonij contractui an possit Archiepiscopus, et Episcopus in sua Diœcesi assistere, et assistēdi licentiā dare.*
Matrimonio assistere, & assistendi licentiam dare possunt Legati à latere.
Legatus à latere potest ea facere, quæ Ordinarius in Prouincia.
2 *Matrimonio assistere non potest Archiepiscopus in Diœcesi suffraganei.*
3 *Matrimonio inter subditos suffraganei quando Archiepiscopus assistere possit.*
4 *Matrimonio assistere, & licentiam assistendi dare potest Archiepiscopus, dum visitat suffraganei Diœcesim.*
5 *Matrimonio assistere, & licentiam assistendi dare potest Archiepiscopi Vicarius, & quando.*

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus quondo assistere, & quando assistendi licentiam dare possit matrimonij contractui inter suffraganei subditos.

C A P. CXLVIII.

1 Matrimonium contrahendum esse coram proprio Parocho, deciditur in *Concil. Trid. sess. 24. de ref. matr. cap. 1.* coram Archiepiscopo etiam, vel Episcopo in sua Diœcesi validè contrahitur matrimoniū, qui etiam possunt alteri Sacerdoti licentiam dare assistēdi, q; indubitatum est; Legatus quoque à latere in Prouincia suæ legationis potest interesse matrimonio, & alijs licētiam interessendi concedere, *Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 4. & seqq. Guttier. Canonic. lib. 1. num. 6. & de matrimon. cap. 66. num. 10. Basil. Pont. de imp. matr. cap. 26. §. 6. vers. idem quod, & de Sacram. matrim. lib. 5. cap. 10. nu. 7. Gaspar Hortad. de matrimon. disp. 5. diff. 9. nu. 30. vers. quintò*, & ratio est, quia Legatus à latere est Ordinarius in Prouincia sibi commissa, & omnia in ea potest, quæ Episcopus in sua Diœcesi, *Cap. 2. de off. leg. lib. 6.*

2 Difficultas est de Archiepiscopo, an possit in sua Prouincia, & extra suā Diœcesim matrimonio assistere, vel licentiam assistendi dare quoad subditos suffraganeorum suorum; & quidem regulariter dicendū est, non posse, quia Archiepiscopus non est Ordinarius subditorum sui suffraganei, *Spin. de testam. gl. 15. num. 39. & 40. Segur. in suo director. Eccles. 2. par. cap. 15. num. 50. Petr. de Ledes. de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. paulo ante dub. 4.*

3 Benè tamen potest Archiepiscopus assistere matrimonio, vel alteri Sacerdoti licentiam assistendi dare inter subditos suorum suffraganeorum primò, quando Episcopus suffraganeus non vult aliquos matrimonialiter coniungere, causaq; per appellationem ad Archiepiscopum delata est, hoc enim casu ad Archiepiscopum deuoluitur iurisdictio ordinaria, ita *Spin. Segur. & Petr. de Ledes. cit. loc. Grat. discept. for. cap. 69. num. 8. & 9. Manuel Rodrig. in sua summ. 1. tom. in 2. edit. cap. 219. num. 3. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 4. Guttier. de matrim. cap. 66. num. 3.* vbi aduertunt, id procedere, quando sētētia Archiepiscopi transijsset in iudicatum, aliàs secus, *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 7. nu. 62. in fin.* faciunt dicta supra *cap. 106.*

4 Item potest Archiepiscopus assistere, vel licentiam dare assistendi matrimonio contrahendo inter subditos

ditos suorum suffraganeorum, dum actu visitat Diœcesim suffraganei, in qua est contrahendum matrimoniū, quia etiam tunc dicitur Ordinarius, *Soar. tom. 4. de penit. disp. 25. sect. 1. nu. 14. Ægid. de Coninck de Sacram. tom. 2. disp. 27. num. 17, Sanch. cit. loc. nu. 6. Basil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 10. nu. 6. Barbos. de potest. Episcopi par. 2. alleg. 32. num. 125. & in collect. ad Concil. Trid. sess. 24. de ref. matr. cap. 1. numer. 116.*

5 Hæc eadem auctoritas assistendi matrimonio, vel dandi licentiam assistendi in dictis duobus casibus competit etiam Vicario Generali Archiepiscopi, quia est ordinarius, & nomine ordinatij comprehēditur, *Sanch. de matrimon. lib. 3. disp. 19. num. 19. Guttier. cit. loc. num. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum subsidiū quomodo exigatur per Episcopos ab Ecclesia in confinibus sistente, vbi duplex sententia, & nu. 2.*

3 *Ecclesia censetur esse illius Episcopi, in cuius Diœcesi est caput Ecclesia.*

4 *Ecclesia censetur esse illius Episcopi, in cuius Diœcesi est ianua illius.*

5 *Charitatiuum subsidium alternis vicibus exigi potest ab Ecclesia, sistente in confinibus Diœcesum.*

6 *Charitatiui subsidij super perceptione Archiepiscopus potest componere differentias Episcoporum circa Ecclesiam in confinibus sistentem.*

ARGVMENTVM.

De charitatiui subsidij dubia perceptione circa Ecclesiam in confinibus sistentē, concordanda per Metropolitanum.

CAP. CXLIX.

1 QVæri solet in terminis charitatiui subsidij, si Ecclesia reperiatur, quæ sita sit in confinibus duarum Diœcesum, cuinam Episcopo teneatur dicta Ecclesia soluere charitatiuum subsidium: Et plures reperiuntur sententiæ, prima est, quod vterque Episcopus possit pro dimidia exigere à dicta Ecclesia charitatiuum subsidium, & alia iura episcopalia, ita videtur sentire *Abbas Siculus in cap. super eo de paroch. per tex. in l. adeo §. insula, & §. final. ff. de re iud. & in l. arbor communi diuid. & cap. cū quis §. 1. de sepult. in 6.*

2 Secunda sententia est, quod quilibet Episcopus insolidū potest exigere charitatiuum subsidium, & habere iura episcopalia in dicta Ecclesia, ita *gl. in cap. licèt in regulis*, in verbo *conuenit 16. q. 3.* cuius sententia optimè reprobatur, quia Ecclesia videretur quodamodo monstruosa, habēs duo capita æquè principalia, contra *tex. in cap. quoniam in plerisque de offic. ordin. & cap. in apibus 7. q. 1.* tum etiam quia Ecclesia grauaretur duplici onere contra *tex. in cap. cum Apostolus §. prohibemus de censibus.*

3 Tertia sententia docet, Ecclesiam iudicandam esse illius Episcopi, vbi situm est caput Ecclesiæ, ita tenet *Innoc. in cap. super eo de paroch. per tex. in l. cum in diuersis ff. de relig. & sump. funer.*

4 Quarta opinio docet, illius Episcopi esse dictam Ecclesiam, in cuius Diœcesi est porta illius, per *tex. in l. prædijs §. qui domum*, & quod ibi notat *Bart. de leg. 3. & in l. quod conclaue ff. de damn. infect.* quę sententia displicet multis, quia vbi est paries, porta ibi existens non habet alterare dispositionem iuris, *Cap. vnico*, & ibi *DD. de consecrat. Eccles. vel alt. lib. 6.* tum etiam quia tota Ecclesia vna est, & indiuisibilis, *Cap. Nouatianus 7. q. 1. & clem. frequens §. penul. de excess. Prælat.*

5 Quinta sententia tenet, quod ratione dubij poterunt ambo Episcopi inuicem concordare, quod alternis vicibus exigant charitatiuum subsi-

subsidium,& alia iura episcopalia, *arg. clem. plures de iure patron. & l. quoties in princip. ff. de vsufruct. & l. communi diuidundo §. cum de vsufructu ff. commun. diuidun.* & in hac concordia non erit necessarius consensus rectoris Ecclesiæ, per *tex. in clem. si vna de reb. Eccles. non alien.* & secũdum hanc opinionem, si Episcopi nolũt concordare super dicta alternatiua, quibusdã videtur, quod per concursum se impediant,& sic vterque excludatur, per *tex. in l. 2. §. final. ff. quib. mod. vsufr. amitt. & l. quoties in princip. ff. de vsufr.*

6 Sexta,& vltima, ac magis recepta sententia est illa, quæ connumeratur inter facultates Archiepiscopi, & docet, posse Archiepiscopum Metropolitanum cogere dictos Episcopos suffraganeos, vt concordent super perceptione charitatiui subsidij, & aliorum iurium episcopalium à prædicta Ecclesia, posita in confinio duarum Diœcesum, ex quo discordia Episcoporum vertitur in præiudicium Ecclesiæ, in confinibus constitutæ,& hoc maximè si discordia fuerit diuturna inter Episcopos, per *tex. in cap. placuit 90. dist.* & mandare, quod alternis vicibus Episcopi confinantes à dicta Ecclesia charitatiuũ subsidium, & alia iura episcopalia percipiant,& etiam alternis vicibus conferant, *gl. in cap. licèt in regulis 16. quæst.* 3. refert *Innoc. in cap. super eo de paroch. Abb. in cap. vltim. de rei iud.* post *Ant. de Butr.* & hæc sententia placet *Bellen. de charitatiu subsid. q.* 52. *num.* 4. maximè si Metropolitanus videret, imminere periculum, ne Episcopi propter contentionem huius Ecclesiæ in confinibus positæ venirent ad rixas, & arma, per *l. æquissimum ff. de vsufr.* & per ea, quæ notat *Specul. in titul. de peti. & possess. §. 1. ver. in summa, & in titul. de sequestr. poss. et fruct. §. 1. vers. sed nunquid, et Io. And. in regul. locupletari in 6.* & alij.

S V M M A R I V M.

1 *Residentia Archiepiscopi materiam, qui DD. exagitent.*

2 *Residentiam non facienti pœnas quas imponat Tridentinum.*

ARGVMENTVM.

De pœnis non residentium Episcoporum ex Tridentino.

CAP. CL.

1 IN *Cap. qualiter 9. de Clericis non residentib.* loquitur de Archiepiscopi residentia,& Innocentius Tertius scribens Capitulo Ragusino, quod suum Archiepiscopum absentem per quadriennium expectauerat, quod si per mensem non redierit post mensem à receptione litterarũ, aliam personã idoneam in Archiepiscopum eligant; super quem tex scribunt *Abb. antiq. Innoc. collect. Zabarel. Bella. Ioan. And. Imol. Anania, Ancha. Butr. Henr. Panor. Io. à Capistrano, Ximen. Tolet. in Concor. vtriusque iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2. Vivian. in rational. lib. 3. iuris Pontificij pag. 35. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 369.* refertur ab *Anton. Augustin. collect. 3. decretal. lib. 3. titul. 4. cap. 1. Barbos. collect. lib. 4. titul. 4. & alij.*

2 Et licèt probet hic *tex.* Archiepiscopum, qui temeritate propria recessit ab Archiepiscopatu, nec redierit, iam vltra quadriennium expectatus, per litteras etiam reuocatus, illo esse priuatum; verum ex dispositione *Concil. Trid. sess. 23. de ref. cap. 1. vers. si quis autem* datur forma procedendi contra Episcopum non residentem, cuius dispositio complectit etiam Archiepiscopum; hic enim absq; iusta causa à sua Ecclesia absens, qui propriæ salutis immemor, terrena celestibus, ac diuinis humana præferens in diuersis Curijs va-

ga-

gatur, aut in negotiorum temporalium solicitudine, ouili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta, se detinet occupatũ, vltra mortalis peccati reatum, quem incurrit pro rata temporis, quo abest, fructus suos non facit, nec tuta conscientia illos retinere potest, sed tenetur eos fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus erogare; si tamen per sex menses cõtinuos, nullo legitimo impedimento, seù iustis, & rationabilibus causis cessantibus, extra suam Diœcesim morando absuerit, ipso facto quarta parte fructuum illius anni priuabitur, quæ pars per superiorem Ecclesiæ applicanda est fabricæ, & pauperibus loci; quod si per alios sex menses in absentia perseuerauerit, aliam quartam eadem ratione amittit, applicandã per eundem eisdem: Postremò crescente cõtumacia intra tres mẽses, Metropolitanus de absentia suffraganei Romanum Pontificem per litteras, nũtiumuè certiorem facere debet, alioquin elapsis pra dictis tribus mensibus, ipso facto ingressu Ecclesiæ priuatus est ipse Metropolitanus, vt habetur in eodẽ *Concil. Trid. sess. 23. de ref. cap. 1. vers. si quis autem*; de hac materia dictum est supra, nec dispositio *supracitat. tex. cap. qualiter* est peculiaris, disponens de Archiepiscopo, cùm illa miliet etiam in Episcopo, licèt loquatur ob casus contingentiam de Archiepiscopo.

SVMMARIVM.

1. *Capitulum sede vacante succedit in vniuersa iurisdictione Episcopi; exceptis casibus expressis, et qui DD. ad materiam.*
   Capitulum succedit in iurisdictione Episcopi per mortem, vel translationem, vel captiuitatem eiusdem.
2. *Capitulum succedit in ijs, qua competunt Episcopo iurisdictione ordinaria, non delegata.*
3. *Capitulum Metropolitani succedit in iuribus Metropoliticis.*
4. *Capitulum potest Episcopos censuris compellere in casibus, in quibus poterat Archiepiscopus.*
5. *Capitulum sede vacante non potest cõuocare Synodum Prouincialem ex Tridentino, non sic de iure.*

ARGVMENTVM.

Capitulum in quibus succedat, vel non defuncto prælato.

CAP. CLI.

1 Constituunt magis communiter DD. regulam, Capitulum sede vacante succedere in vniuersa iurisdictione Episcopi, exceptis tamen casibus in iure expressis, *gl. in cap. cũ olim* verbo *Capitulũ de maior. & obed. & cap. ad abolendam de hæret. Panim. de potest. Cap. sed. uac. par. 1. q. 1. Rebuff. in prax. benef. titul. de deuolut. num. 57. & seq. Nauar. lib. 1. consil. titul. de tempor. ordin. in prima edit. consil. 44. & in 2. consil. 7. de fil. presb. Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 17. q. 6. Barbos. de potest. Episcopi par. 1. alleg. 36. nu. 9. Ricc. in praxi resol. 118. Sanch. de matrimon. lib. 3. disp. 28. num. 5. Molin. de iust. tract. 5. disp. 11. Flam. de resig. lib. 7. q. 23. num. 11. & 26. & seqq. Prosp. de Aug. ad Quarant. sum. Bull.* verbo *Capitulũ*, *Garz. de benef. tom. 1. par. 5. cap. 7. num. 4.* & probatur sententia, quia Capitulum in quantum succedit Episcopo non dicitur illo inferior, sed par, ita *Sbroz. de off. vicar. lib. 1. q. 15.* Procedit conclusio, siuè sedes Episcopalis vacet per mortem naturalem Episcopi, siuè per depositionem, vel per translationem ad aliam Ecclesiam, *gl. in cap. si Episcopus de supplend. negl. Prælat.* verbo *mortem*, & alij communiter, siuè etiam per captiuitatem Episcopi, factã à Paganis, vel Schismaticis durante captiuitate, *cit. cap. si Episcopus*, vbi etiam *gl.* verbo *Paganis*.

A a 2 Præ-

2 Prædicta intellige in ijs, quæ cõpetunt Episcopo iure proprio, non autem alieno, hoc est iurisdictione ordinaria, non delegata, *Cap. pastoralis §. præterea de off. ordin. gl. in clem. 1.* verbo *Capituli de hæret. Fed. de Sen. consil. 30. Pauin. cit. loc. q. 10. Sbroz. vbi supra q. 16. Quarant. summ. Bull.* verbo *Capitulum sede vacãte vers. & primò, Tusc. tom. 1. litt. C. concl. 56. sub nu. 5. Ciarl. controu. for. lib. 1. cap. 46. num. 15. Barbos. de Canon. & Dignit. cap. ultim. num. 104.*

3 Eadem supradicta competere Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ vacante sede, indubitati iuris est; vndè Capitulum prædictum succedere Archiepiscopo in iurisdictione, quæ Archiepiscopo competit iure Metropolitico, imò hãc iurisdictionem defuncto Metropolitano, veluti naturalem transmeare in Capitulum defuncto Archiepiscopo, docet *Speculat. de sent. §. 6. num. 42. & Bertach. de Episcopo in prælud. num. 13.* quos refert, & sequitur *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 22. num. 33.*

4 Hinc in casu, quo potest Metropolitanus excommunicare Episcopos suffraganeos, potest etiam Capitulum vacante sede Metropolitana, ita aduertit *Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 8. de iurisd. Capit. sed. vac. num. 28.*

5 Restringitur supradicta facultas Capituli sede Archiepiscopali vacante, quoad conuocationem Synodi Prouincialis, non enim potest Capitulum vacante sede Metropolitana conuocare Synodum prædictum, sicut conuocauerat Archiepiscopus ex peculiari dispositione *Cõcil. Trid. sess. 24. de refor. cap. 2.* in illis verbis: *Quare Metropolitani per seipsos, seù illis legitimè impeditis Coepiscopus antiquior*, quæ verba clarè disponunt, quod deficiente Archiepiscopo Metropolitano, facultas conuocãdi Synodum Prouincialem non ad Capitulum, sed ad antiquiorem Episcopum suffraganeum transit, ita aduertunt *Quarant. summ. Bull.* verbo *Concilium Prouinciale num. 1. in fin. & Barbos. in collect. ad Concil. Trid. cit. cap. 2. num. 5.* & hoc vigore *Concilij Trid.* nam de iure communi hæc facultas competebat Capitulo sede Metropolitana vacãte, *Pauin. de Capitulo sed. vacant. par. 1. q. 7. sub nu. 3. Bott. de Synodo par. 1. nu. 43.* & notãt prædict. *Quarant. & Barbos. cit. loc.*

SVMMARIVM.

1 *Prouincia vna non potest diuidi in duos Metropolitanos.*
Episcopi procurantes, manu Regia diuidi Prouinciam, qua pœna puniantur, & num. 4.

2 *Prouincia non intelligitur diuisa, ex quo Princeps sæcularis eam assignat duobus Præsidibus.*

3 *Metropolis noua non potest erigi sine auctoritate Papæ.*

5 *Prouincia pro suffraganeo non potest diuidi per pragmaticam Principis sæcularis.*
Pragmatica sanctio quid significat, & quænam dicatur.

6 *Prouinciam diuidendi Pontificis auctoritate iusta causa est incrementum populi.*

ARGVMENTVM.

Prouinciæ quoad iura Metropolitani diuiduntur auctoritate Pontificis, & quænam sit iusta causa diuisionis.

CAP. CLII.

1 Disponit *Concilium Calcedonen. in cap. 1. 101. dist.* ne duo Metropolitani sint in eadem Prouincia, & ne Prouincia vna in duos Metropolitanos diuidatur; quod si qui Episcopi attentauerint per Pragmaticã sanctionem, idest Principis sęcularis constitutionem, Prouinciam diuidi, vt duo inueniantur Metropolitani, statuit sancta Synodus, eos cadere de

de proprio gradu, ita *tex.* ex quo.

2 Collige primò, quod licèt Princeps sæcularis diuidat vnã Prouinciam in duas, & ibidem duos constituat præsides, non per hoc dicuntur duo Metropolitani, nec Prouincia dicitur diuisa quoad iura Metropolitani, ita vt duos dicatur habere Metropolitanos, sed vnum tantùm, ne duo capita vnius corporis videãtur monstruosa, *Turrecrem. in rub. cit. dist.* 101.

3 Collige secundò, quod noua Metropolis ecclesiastica non potest erigi sine speciali Papæ auctoritate, ita *Turrecr. & Prapos. Mediol. in cit. cap.* 1. 101. *dist.* quos refert, & sequitur *Thes. in prax. ecclesiast.* 2. *par.* verbo *Episcopus cap.* 6. *vers. nota secundò.*

4 Collige tertiò, quod si Episcopi suffraganei attentauerint diuidere Prouinciam in plures Metropoles, vt supra, cadunt de proprio gradu, quæ pena non est irregularitatis, sed depositionis, vt post *Maiol. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 15. aduertit *Thes. cit. loc. vers. nota quod.* Et hæc pœna est latæ sentẽtiæ, vt post *Tiraquell.* probat idem *Thesaur. eod. loc.* qui aduertit, hãc penam non obligare ante sententiam saltem declaratoriam.

5 Collige quartò, *text. in cit. cap.* 1. prohibere suffraganeis Prouinciam diuidere in plures Metropoles auctoritate Principis sæcularis, prout probant illa verba *tex. per pragmaticum sacrum*, vbi *gl.* sic explicat: *idest principis rescriptum: pragma enim causa dicitur, vndè pragmatica sanctio dicitur causa in consistorio principis ventilata coram proceribus sacri palatij, & constitutio principis facta ex cognitione causa dicitur pragmatica sanctio*, ita *gl.* verùm pœna prędicta, de qua in *tex.* procedit etiamsi diuisio fiat sine decreto principis laici, ita post *Turrecr. Thes. cit. loc. vers. nota quod in fine.*

6 Collige quintò, iustam causam auctoritate Summi Pontificis diuidendi Prouinciam in duas Metropoles esse, si excrescat multitudo populi, ita *gl. in cit. cap.* 1. verbo *in vna cap. nulli* 99. *dist.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla Cœna Domini in interficientes mutilantes, etc. personas Cardinaliũ, & aliorum Pralatorum ecclesiasticorum excommunicationem profert.*

2 *Metropolitanos eyciens à Prouincijs suis incurrit excommunicationem Bulla Cœna Domini.*

3 *Metropolitanus minit etiam verbalibus si eijciatur à Prouincia, eijciens incurrit excommunicationem Bulla Cœna.*

4 *Metropolitani eiectio à Prouincia, siuè publica, siuè priuata auctoritate fiat, locum habet excommunicatio Bulla Cœna.*

5 *Metropolitanos non recipiens non incurrit excommunicationem Bulla Cœna.*

ARGVMENTVM.

De excommunicatione Bullæ Cœnæ, quam incurrunt Metropolitanum offendentes, vel eijcientes à Prouincia.

CAP. CLIII.

1 Bulla *Cœna Domini Can.* 11. excõmunicat omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis diœcesibus, territorijs, terris, seù dominijs eijcientes; necnon ea mãdãtes, vel rata habẽtes, seù pręstãtes auxiliũ, consilium, vel fauorem, ita disponit Bulla; circa cuius dispositionem, quatenus tangit Archiepiscopos, vt Archiepiscopos, & Metro-

politanos tantùm, non vt Episcopos, & in suis Diœcesibus.

2 Nota primò, eijcientes Archiepiscopos Metropolitanos à suis Prouincijs, in quibus iurisdictionem habent, incurrunt in hanc excommunicationem Bullæ Cœnæ, quæ locum habet contra eijcientes prædictos à locis, in quibus iurisdictionem habẽt ratione suarum dignitatum; & probatur à pronomine illo (suis) significante territoria, seù dominia, in quibus Archiepiscopus iurisdictionem habet ratione suæ dignitatis, & hoc licèt iurisdictio sit spiritualis, siuè temporalis, aduertunt in *eod. Canon. Bullæ Cœnæ Vgolin. num.* 5. *& Duard. lib.* 2. *Canon.* 11. *q.* 19. *num.* 6. *& seqq.* vbi *Add. litt. A.* respondet *Bonacin. in eod. Can. disp.* 1. *q.* 12. *punct.* 1. *num.* 17. contrarium tenenti, nisi in contrarium priuilegium adsit.

3 Nota secũdo, ad incurrendã hanc excommunicationem sufficere verbalem eiectionem, nempè ortam ex minis, & metu verbis illato, vt si cõminentur exilia, carceres, & similia, dummodo Archiepiscopus ad euitandum periculum de Prouincia exeat, *Fillincc. tom.* 1. *qq. moral. tract.* 16. *num.* 246. *& seq.* Bonac. *de censur.* Bull. *Cœna disp.* 1. *q.* 12. *punct.* 1. *nu.* 7. *& seqq. Duard. cit. loc. num.* 9.

4 Nota tertiò, quod locum habet excommunicatio prædicta, siuè expulsio fiat publica, siuè priuata auctoritate, ita post *Nauar. & Graff.* docet *Duard. cit. loc. num.* 1.

5 Nota quartò, quod non incurrũt hanc excommunicationem nõ recipientes Archiepiscopum venientem ad suam Prouinciam, quia Bulla loquitur tantùm contra eijcientes, & eiicere longè aliud est, quàm non recipere, ita post *Vgol. in ead. Bull. in vers. aut eos à suis Diœcesibus* §. 1. *sub nu.* 4. *in vers. tertiò excommunicamus,* Bonac. *de censur.* Bull. *Cœn. disp.* 1. *q.* 12. *punct.* 1. *num.* 7. *& seqq. Duard. cit. loc. num.* 3. *&* 10.

SVMMARIVM.

1 *Dispensandi facultatem concessam Episcopis in irregularitatibus, & suspensionibus, an habeat Archiepiscopus in Prouincia.*

2 *Dispẽsandi facultatem habet Archiepiscopus dum visitat in Diœcesi suffraganei.*

3 *Dispensat Archiepiscopus dum visitat in irregularitatibus, & suspensionibus ipsorum Episcoporum suffraganeorum.*

4 *Dispensat Archiepiscopus dum visitat in irregularitate cõtracta ex reiteratione Baptismi, dummodo vnum ex Baptismis sit occultum.*

5 *Dispensat Archiepiscopus visitando in irregularitate contracta ex receptione duorum sacrorum ordinum, vel Acolytatus cum Subdiaconatu eodem die.*

6 *Dispensat Archiepiscopus visitando in irregularitate occulta, prouenientе ex administratione ordinum malè susceptorum.*

7 *Dispensat Archiepiscopus visitando in irregularitate, & suspensione ordinum ante legitimam ætatem, si delictum sit occultum.*

8 *Dispensat Archiepiscopus visitando in suspensione cõtracta ob susceptionem ordinum in statu excommunicationis, si delictum sit occultum.*

9 *Dispensat Archiepiscopus visitando in suspensione contracta ab eo, qui ordines suscepit furtiuè, non præmissa probatione, si delictum sit occultum.*

Dispensat Archiepiscopus visitando in suspẽsione eius, qui ordines suscepit sine dimissorialibus, & cum eo, qui per saltum est promotus.

10 *Dispensat Archiepiscopus visitando cum simoniaco occulto, non potest tamen rehabilitare eum ad beneficia obtinenda.*

11 *Occultum dicitur, quod non est notorium apud omnes, licèt possit per aliquos testes probari.*

Occultum dicitur, quod licèt sciatur, aliqua tamen tergiuersatione celari potest. 12 *Oc-*

12 *Occultum dicitur, quod licèt sit materialiter publicum quoad actum; est tamen occultum pro ratione formali delicti.*

13 *Occultum delictum in loco, ubi petitur absolutio, & publicum in loco, ubi est commissum, an absolui possit ab Ordinario duplex opinio.*

14 *Dispensat Ordinarius super irregularitate contracta ab excommunicato celebrante.*

15 *Dispensare non potest Archiepiscopus, dum visitat in irregularitate ex homicidio voluntario.*

Homicidium voluntarium quodnam dicatur.

16 *Dispensare an possit Archiepiscopus visitando in irregularitate ex homicidio voluntario, licito ex auctoritate, vel iusta causa.*

Dispensat Archiepiscopus visitando cum homicida occulto, qui cùm aliter euadere non posset, aggressorem occidit.

17 *Dispensat Archiepiscopus visitando in irregularitate ex homicidio casuali occulto.*

Dispensat Archiepiscopus visitando cum mandante, verberari, expresso, ne occidatur, etsi mors sequatur.

Dispensat Archiepiscopus visitando in irregularitate mandantis homicidium in personam vnius, si sequatur in personam alterius.

Dispensat Archiepiscopus visitando in irregularitate offendentis pregnantem, non animo occidendi fœtum.

18 *Dispensat Archiepiscopus, visitando in irregularitate contracta ex mutilatione occulta.*

19 *Dispensare non potest Archiepiscopus visitando in irregularitate, vel suspensione contracta ex delicto, deducto ad forum contentiosum.*

20 *Delictum deductum ad forum contentiosum dicitur, statim, ac est denunciatum, vel accusatum.*

21 *Delicto deducto ad forum contentiosum, si absolutoria superuenerit sententia, potest dispensari per Archiepiscopum visitantem.*

22 *Delicto deducto ad forum contentiosum, si reus dimittatur sub cautione de se præsentando, casus dicitur publicus, quid si reus sit absolutus interlocutoria, nempè nouis superuenientibus, vel ab obseruatione iudicij?*

23 *Dispensari an possit virtute Tridentini sess. 24. de ref. cap. 6. cum reo se composito cum Curia.*

24 *Dispensari an possit vigore Tridētini cum reo punito de delicto.*

25 *Dispensat Archiepiscopus virtute Tridentini visitando in defectum suffraganeorum, vbi quomodo id sit intelligendum.*

ARGVMENTVM.

De potestate Archiepiscopi in dispēsando in casibus permissis à Tridentino, dum visitat.

CAP. CLIV.

1 Concilium Tridentinum *sess. 24. de ref. cap. 6.* concedit Episcopis facultatem cum suis subditis dispēsandi in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quę oritur ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forum contentiosum, quam facultatem absoluendi concedit etiam in quibuscunq; casibus occultis, sedi Apostolicæ reseruatis, & hoc in Diœcesi sua. Dubitatur in his terminis, an hanc facultatem habeat Archiepiscopus Metropolitanus in sua Prouincia, & subditos suffraganei, de quo dictū est aliquid supra *cap. 62. ampl. 3.*

2 Respondetur, prædictam facultatem habere Archiepiscopum in subditos suffraganei, quando actu visitat Prouinciam, & in subditos illius suffraganei, cuius Diœcesim visitat, nam licèt Archiepiscopus non habeat iurisdictionem ordinariam in subditos suffraganei, nihilominus cùm suffraganei Diœcesim visitat,

tempore viſitationis cenſetur illa
Diœceſis tanquam ſua, & habet in
eâ iuriſdictionem epiſcopalem, Epi-
ſcopo ſuperiorem, probat *Sanch. lib.*
2. Decal. cap. 11. nu. 4. & 5. & 6. tenent
Henriq. in ſumm. lib. 14. cap. 18. §. 3.
Soar. tom. 4. de pænit. diſp. 3. ſect. 2. num.
8. Sayr. in Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num.
79. Auila de cenſur. par. 2. cap. 7. diſp. 1.
dub. 10. concl. 3. & par. 7. diſp. 10. dub.
6 notab. 2. circa primam cõcluſ. Bonac.
de cenſur. diſp. 1. q. 3. punct. 2. num. 7.
verſ. tertiò, Barboſ. de poteſt. Epiſcopi
par. 2. alleg. 39. num. 19. & in collect. ad
Concil. Trid. cit. cap. 6. nu. 6. Duard. in
comment. ad Bull. *Cœn. Domini lib. 3. §.*
2. q. 11. num. 16. in fin. & alij commu-
niter.

3 Et non ſolùm cum ſubditis ſuffra-
ganeorum, dum actu viſitat, poteſt
Archiepiſcopus prædictam faculta-
tem exercere vigore *Concil. Triden.*
cit. cap 6. ſed etiam cum ipſis Epiſco-
pis ſuffraganeis, tenet contra *Soar.*
Henriq. cit cap. 18. num. 4. Auil. par. 7.
diſp. 6. ſect. 5. dub. 5. Bonac. *de cenſur.*
diſp. 7. q. 5. punct. 1. num. 2. in fin. Bar-
boſ. in collect. cit. num. 7. etiam extra
tempus viſitationis, *Sanctarell. tract.*
de hæreſ. cap. 5. dub. 1. num. 4. Dian. par.
7. num. 2. reſol 7.

4 Hinc vigore citati *tex. Concil. Tri-*
dent. cap. 6. poteſt Archiepiſcopus
Metropolitanus cum ſubditis ſuf-
fraganei, cuius Diœceſim actu viſi-
tat diſpenſare in irregularitate con-
tracta ex occulta reiteratione bap-
tiſmi, etiamſi baptiſmi collatio
fuerit publicè facta, dummodo ne-
ſciatur, quod qui baptizatur fuerit
antea baptizatus, *Auil. de cenſur. par.*
7. diſp. 7. q. 3. punct. 3. Sanch. de matri-
mon. lib. 2. diſp. 32. num. 11.

5 Secundò in irregularitate cõtra-
cta ob receptionem duorum ſacro-
rum ordinũ ſimul, vel Acolythatus
cũ ſubdiaconatu eodem die, quando
delictum eſt occultum, *Henriq. in ſũ-*
ma lib. 4. cap. 6. §. 5. Auil. par. 7. diſp. 9.
ſect. 1. dub. 4. ad fin. Vgolin. de irregul.
cap. 39. §. 1. num. 31. & de off. Epiſcopi
cap. 57. §. 2. nu. 4. verſ. quartò, Barboſ.
de poteſt. Epiſcopi par. 2. alleg. 39. nu-
mer. 37.

6 Tertiò in irregularitate occulta,
proueniente ab adminiſtratione in
ordinibus malè ſuſceptis, *Mariol. de*
irregul. lib. 1. cap. 30. nu. 9. in fin. Cam-
panil. diuerſ. iur. Canon. rub. 7. cap. 5.
num. 2. Barboſ. *cit. loc. num. 41.*

7 Quartò in ſuſpenſione, & irregu-
laritate contracta ob ſuſceptionem
ordinum ante legitimam ætatem, ſi
delictum ſit occultum, & ætas legi-
tima ſuperuenerit, *Garz. de benefic.*
par. 2. cap. 5. num. 51.

8 Quintò in ſuſpenſione contracta
ab eo, qui ordines ſuſcepit, dum
vinculo cenſuræ adſtrictus erat, ſi
delictum eſt occultum, B*onacin. de*
ſuſpenſ. omnib. in particul. diſp. 3. q. 1.
punct. 6. num. 7.

9 Sextò in ſuſpenſione contracta ab
eo, qui furtiuè, ideſt non præmiſſa
probatione Epiſcopi, ordines ſuſce-
pit, *Henriq. in ſumm. lib. 14. cap. 6. §. 5.*
Ægid. de Coninc. tom. 3. diſp. 18. dub. 5.
num. 43. Bonac. cit. loc. num. 5. Barboſ.
vbi ſupra num. 38. Similiter cum re-
cipiente ordines ſine litteris dimiſ-
ſorijs, ſi delictum ſit occultum, idem
Barboſ. *eod. loc. num. 39. Bonac. de Sa-*
cram. diſp. 8. q. vnica punct. 4. num. 25.
& num. 40. idem dicit cum eo, qui
per ſaltum promotus celebrauit, ſi
delictum eſt occultum.

10 Septimò poteſt diſpenſare cum
ſimoniaco occulto, non tamen illum
rehabilitare ad beneficia obtinen-
da, vel ad retinenda ſimoniaca ob-
tenta, *Alzedo in prax. Epiſcop. par. 2.*
cap. 6. num. 41. Barboſ. *cit. alleg. 39. nu.*
45. contra *Campanil. diuerſ. iur.* Ca-
non. rub. 27. num. 66.

11 Aduerte, quod in terminis *Concil.*
Trid. cit. cap. 6. illud dicitur occultũ, q
nõ eſt notorium apud omnes, etiamſi
poſſit probari per aliquos teſtes, ſuf-
ficit enim, non eſſe diuulgatum, &
quod poſſit aliqua tergiuerſatione
celari: tenent magis communiter
DD. vt per *Nauar. in manual. cap. 27.*

num.

*num.*254.*in fin.verſ.vndecimò, Viual. candel.aur.titul.de irregul. num.* 315. *Lel.Zech. de caſib. Epiſcopo reſer.caſu vltimo num.* 1.*& caſ.*1.*de irregul.circa fin.*Guttier.*Canon.lib.*1.*cap.*1. *Emman. Sà in aphoriſm.* verbo *Epiſcopus num.*35.& verbo *manifeſtum num.* 5. *Zerol.in praxi Epiſc.par.*2.verbo *irregul.*§.1. *Piaſec. in ſimili praxi par.* 1. *cap.*1.*num.*56.*pag.*62.*Soar.tom.*4.*de pœnit.diſp.*3.*ſect.*2.*num.*2.*& tom.*5.*de cenſur.diſp.*41.*ſect.*2.*num.*6.*Mar. Alter.de cenſur.tom.*1.*diſp.*8.*de ſuſp.cap.* 3.*verſ.ſecundò notandum*, *Sanch.de matrim.lib.*2.*diſp.*27.*num.*11.*& lib.*8. *diſp.*34.*num* 15.*Bonac.de cenſur.diſp.* 1.*q.*3.*punct.*2.*num.*1.*verſ.quartò, Alzed.in prax.Epiſc.par.*2.*cap.*6. *nu.* 12. *Barboſ.de poteſt.Epiſcopi alleg.* 39. *nu.* 20.*& ſeqq.*

12 Amplia ſupradicta, occultum dici actum materialiter publicum, non verò formaliter, in quantum delicti eſt, & cadere ſub diſpoſitione *cit.cap.* 6.*Concil.Trid.Emman.Sà cit.loc.* verbo *Epiſcopus num.* 35. *Henriq.in ſum. lib.*14.*cap.*20.§.4. *Sayr. de cenſur. lib.* 7.*cap.*13.*nu.*13.*Bonac.de cenſur. diſp.* 5.*q.*5 *punct.*1.*num.*4.*verſ.dixi in prouenientib.Campanil.diuerſ.iur.Canon. rub.*7.*cap.*5.*num.*3.*Piaſec.in prax.par.* 1.*cap.*1.*ſub titul.de diſpenſat.num.*56. *fol.*61.

13 Dubium eſt in hac materia, quid ſi delictum in loco, in quo commiſſum eſt ſit publicum, & in loco in quo petitur abſolutio ſit occultum, an poſſit in hoc ſecundo loco abſolui vigore *Concil.Trident.cit.cap.*6. In quo dubio duæ ſunt ſententiæ DD. vna tenet, quod ſi locus in quo commiſſum eſt delictum ſit ita diſtans à loco, in quo petitur abſolutio, vt timor non ſit, delictum in hoc loco fieri publicum, poſſe vigore diſpoſitionis *Concily Tridentini cit.cap.*6. abſolui, ita tenet *Auila de cenſur. par.*2. *cap.*7.*diſp.*1.*dub.*11.*concl.*3. *Sanch.in præcept.Decal.tom.*1.*lib.*2.*cap.* 11. *nu.* 20.*Duard.in Bull.Cœn.Domini lib.* 3. §.2.*q.*11.*num.* 10. Altera ſententia docet oppoſitum, nempè nō dici occultum delictum, quod alicubi, vbi ſcilicet commiſſum eſt, publicum ſit, & in eo loco, in quo abſolutio petitur, ſit occultum, & proinde, non cadere ſub facultate *Concil.Trid.cit. cap.*6.ita tenet *Nauar.conſil.*43. *de temp.ordin. in non. Sayr.in florib. deciſ. ſub eod.titul.deciſ.*64.*Soar. tom.*4.*de pœnit.diſp.*30.*ſect.*2.*num.*2.*Sanctarel. de hæreſ.cap.*5.*dub.*6.*num.*26.

14 Octauò in irregularitate contracta ab excommunicato celebrante, poteſt diſpenſare Prælatus vigore facultatis *Concil.Trid.eod.cap.*6.quando excommunicatio eſt occulta, licet celebratio ſit manifeſta, docent *Nauarr. conſil.*2.*ſub titul.de Cler. non ordin.miniſtr.Piaſec. in prax. Epiſcop. par.*1.*cap.*1.*num.*56.*fol.* 62. *Mirand. in Manual.Prælat.tom.*2.*q.*8. *art.* 14. *concl.*2.*Homobon. de bonis de examin. Eccleſ.tract.*12.*cap.*3.*quæſt.*13. *reſol.* 3.*in fin.Barboſ.de poteſt. Epiſcopi par.* 2.*alleg.*39.*num.*27.

15 Reſtringitur facultas *Concil.Trid. cit.cap.*6 in irregularitate prouenięte ex homicidio voluntario; in ea enim nō poteſt Archiepiſcopus abſoluere ſubditum ſuffraganei, dum actu viſitat, etiamſi ſit occulta, ita ſonant expreſſa verba *Concily Trid.* ibi: *excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario.* Dicitur homicidium voluntarium in his terminis, quod eſt illicitum, intentum, & volitum in ſe, docent *Nauar.in manual.cap.* 27. *nu.* 240.*Couar.in clem.ſi furioſus par.*2.*in initio,& §.*1.*nu.*2 *Vega in Specul. Curat.cap.*12.*nu.*325. *Emman. in ſumm. tom.*2.*cap.*179 *Vgolin. de irregul. cap.* 33.*Suar.tom.*5... *cenſur.diſp.*44.*ſect.* 1.*& diſp.* 45. *ſect.* 2. *Auila de cenſur. par.*7.*diſp.*3.*dub.* 7. *& diſp.* 6. *ſect.* 1. *dub.*1.*Bonacin. de contract. diſp.* 2. *q. vltim.punct.*2.*nu.*1. *Campanil. diuerſ. iur.Canon.rub.*11.*cap.* 23. *num.* 137. *Barboſ.de poteſt. Epiſcopi par.* 2. *alleg.* 39.*num.*46.*cum ſeqq.*

16 Dubium eſt non modicum, an poſſit diſpenſari vigore *cit.tex. Con-*

cil.

cil.Trid. in irregularitate prouenien-te ex homicidio voluntario licito ta-men,vel auctoritate legitima , & iu-sta de causa facto:In quo dubio sũt DD. pro vtraque sententia , itaut vtraque opinio videatur communis, refert *Dian.par.7.tract.2.resol.*48.est tamen certum,posse dispensari ab ir-regularitate homicidum occultum, qui cùm aliter euadere non posset, aggressorem occidit,licèt non in to-tum seruata moderatione inculpatę tutelæ,*Henriq.in summ.lib.*14.*cap.*10. §.2.*Valen. tom.*4.*disp.*7.*q.*19.*punct.*3. §.5.*Sayr.de censur.lib.*7.*cap.*7.*nu.*22. *Auil.eod.tract.par.*7.*disp.*7.*sect.*5.*dub.* 5.*Vgol.de irregul.cap.*33.*num.*4. *& de off.Episcopi cap.*57.§.2.*nu.*4.*&* 6.*Bar-bos.in simili tract.par.* 2.*disp.*39.*n.*53.

17 Potest tamen dispensari vigore *cit.tex.Concil.cap.* 6. in irregularitate ex homicidio casuali proueniente, dummodo delictum sit occultum, resoluit *F.Ludouic.Mirãd.in manual. Prælat.tom.*2.*q.*8.*art.*13.*concl.*2.*&* 3. quem refert , & sequitur *Barbos. cit. loc.num.* 48. Hinc si quis hominem occiderit non intendens homicidiũ, est capax dispensationis vigore dicti *cap.*6.*Trid.Bonac.de censur.disp.* 7. *q.* 4.*punct.vltim.num.*7.*Barbos.vbi supra num.* 50. Similiter mandans baculo aliquem verberari, vel vulnerari, & expresso ne occidatur , si mandata-rius armis percutiens occiderit,mã-dans potest absolui vigore eiusdem facultatis, eo quod *Concilium Trid.* excipiat homicidium voluntarium, quod est per industriam,per insidias & ex proposito,*Garz.de benef.par.*7. *cap.*11.*num.*44.*Ricc. decis. Cur. Arch. Neap.decis.*117.*Barbos.eod.loc.nu.*52. Idem etiam est cum mandante ser-uo,vt aliquem percuteret, sed caue-ret ne occideret,sequuto homicidio, *Henriq.in summ lib.* 14.*cap.*19.§.3. *in commentar.litt.E.& cap.*14. §. 2. *Bo-nac.de censur.disp.*7. *q.*4.*punct.vltimo num.*8.*Barbos.vbi supra num.* 51. Sic etiam dicendum est cum mandante homicidiũ in persona vnius, si com-mittatur in persona alterius , *Mar-chinus de Sacram. ord. tract.* 1.*par.*9. *cap.*1.*diff.*3. *num.* 6. Similiter dicen-dũ est cum percutiente prægnantem in vtero sine intentione causandi abortum,etiamsi postea sequatur ex huiusmodi percussione;in his enim casibus non incurritur illa irregula-ritas,quæ contrahitur ex homicidio voluntario, *Barbos.de potest.Epis.par.* 2.*alleg.*39.*num.*52.*Dian.par.* 7. *tract.* 2. *resol.*30.

18 Item potest dispensari vigore *cit. tex.Concil.Trid.sess.*24. *de ref. cap.* 6. in irregularitate contracta ex muti-latione membri,etiam voluntaria, si sit occulta,quia *Concil. Trid.* excipit tantùm illam,quæ oritur ex homici-dio voluntario,*Genuens. in prax.cap.* 67.*secund.vltim.impress.num.*9. *Hen-riq.in summ.lib.*13.*cap.*57.§.1.*lit.H.et lib.*14.*cap.*19.§.1. *lit.* L. *Fr. Emman. quæst.regul.tom.*1.*q.*24.*art.*10.*Mol. de iust.tom.*4.*disp.*79.*sub nu.*8. *Piasec. in prax.Episc.par.*1.*cap.*1.*nu.* 57. *Alzed. in prax.par.*2.*cap.*6.*num.*2.*Emman.Sà in aphor.* verbo *irregularitas in fin. Auil.par.*7.*disp.*6.*sect.*5.*dub.*4. *Bonac. etiam de censur.disp.*7.*q.*4.*punct vlti-mo num.*11.*Portel.in dub.regul.*verbo *dispensare num.*7.*&* 9.*Barbos.cit. loc. num.* 49. *Homobon. de bonis de exam. Eccles. tract.* 12. *cap.* 3. *q.* 10 *resol.*5. *Garz.de benef.par.*7.*cap.* 11.*num.* 30. *& seqq.Campanil.in diuers.iur. canon. rub.*11.*cap.*23.*num.*143.& alij contra *Leon.Sanch.*& alios,existimantes cõ-trarium .

19 Facultas , quam habet Archiepi-scopus dispensandi vigore *cit.cap.* 6. *Concil.Trid.*cum suffraganeis,& sub-ditis suffraganeorum , vt supra , re-stringitur ab eodem *Trid.* non pro-cedere in irregularitate, vel suspen-sione proueniente ex delicto ad fo-rum contentiosum deducto , prout probant illa verba *Concil. & except-tis alijs deductis ad forum cõtentiosum,* aduertunt *Vuald.in candel.aur. titul. de excommunic. num.* 42. *de Graff. in aureis decis.par.*1.*lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 42.

42.& tom.2.consil.titul.de homicid.cõsil.20.num.20. Soar. tom. 5.de censur. disp.41.sect.2.nu. 6. Campanil.diuers. iur.Canon.rub.11.cap.23.nu.144.Anton.var.resol.lib.3.resol.16.num. 21. vers.nec obstat,Sanch.de matrim.lib.2. disp.32.num.12.Bonac de censur.disp. 1.q.3.punct.2.nu.2.& disp.7.q. 5.punct. 1.num.4.vers.dixi excepto, Grat. discept.for.cap.837.nu. 12.Nouar.in singul.Canon.concl.2.num.16.in fin.

20 Dicitur delictum deductum ad forum contentiosum, ita vt cesset dispositio concessionis facultatis dispēsandi datæ per Trid.cit.loc. statim ac delictum fuit accusatum, vel denunciatum coram iudice competēti, secundum *Mar.Alter.de censur.to. 2.disp.8.de susp.cap.3. vers.postulabit.* vel vbi prima citatio facta fuerit, secundum *Ricc. in prax. resol.449.in 2.edit.* vel post litem contestatam, secundum *Barbos. de potest. Episcopi par.2.alleg.39.num.29.*post *F.Sigism. à Bononia de elect.dub.71. numer. 10. Dian.par.4.tract 2.resol.97.& par.7. tract.2.resol.17.& seqq.*

21 Quando delictum deductum est ad forum contentiosum, sed iudiciū est finitum per sententiam diffinitiuam absolutoriam,potest liberè cōcedi dispensatio,de qua in *eod.cap.6. Concil.Trid.*tenent omnes,quia delictum adhuc dicitur occultum, nec deductum ad forum contentiosum effectiuè,*Viuald.cit.loc.num.42.Graff. vbi supra num.44.Soar alleg. num. 6. Mol.de iust.tract.3.disp.79.nu.8.vers. 2.& seq. Auil.de censur.par. 7. disp.1. dub.11.concl.3.Sanch.de matrim lib.8 disp.34.num.57.& alij,* qui extendūt sententiam, procedere etiamsi sententia fuerit extorta medijs deprauatis,*Sanch de matr.lib.2.disp. 37.nu. 12.& cit.num.57.Henriq.in summ.lib. 14.cap.20.§.4.Soar.cit.loc. num. 6. & seqq.Sigism.à Bononia vbi supra num. 12.*Similiter extendunt, procedere etiamsi iudicium non sit per sententiam finitum, sed quia accusator per annum tacuerit,*Barbos.de potest.Episcopi par.2.alleg.39.num.33.*

22 Aduerte, quod si delictum sit deductum ad forum, sed reus fuit dimissus sub cautione de se præsentādo, interim casus dicitur publicus, nec potest dispensari,secundum cōmunem *DD.*quos allegat *Garz.de benef.par.7.cap.11.num. 47.* Si verò reus sit absolutus interlocutoriè tātùm,nempè ab obseruatione iudicij, vel nouis superuenientibus, tunc etiam casus dicitur occultus, & dispensabilis per facultatem *Trid. cit. cap.6.*quando post sententiā est elapsum biennium absq; nouis inditijs, quia dicto termino dicitur perempta instantia,*l.properandum C.de iud.l. fin.C.vt infr.cert.temp.Soar.de censur. disp.41 sect.2.nu.6.Sanch. de matrim. lib.8.disp.34.num.57.& in decal.lib.2. cap.11. num. 21.* dummodo rei fama non remaneat grauata,nec communiter repute tur culpabilis.

23 Si verò reus se cōposuit cum curia, seu absolutionem obtinuit admixta gratia, vel extra ordinem punitus,quia crimen nō fuit plenè probatum,est duplex sententia,an possit absolui vigore facultatis concessæ, per *Trid.cit.cap.6.*& DD. classici sūt hinc, inde; testatur tamen *Garz.cit. par.7.cap.11.num.47.* sacram pœnitentiariam seruare partem negatiuam.

24 Quando verò delictum est deductum ad forum contentiosum, & iudicium fuit finitum,& reus punitus, controuersum est etiam, an possit dispensari vigore facultatis *Triden. cit.cap.6.*& quod possit, docent *Henriq.in summ.lib.14.cap.2.num.5.Auil. de censur.par.2.disp.2.dub.7.& par.7. disp.10.dub.7.Vale.Regin.in prax.for. pœnit.lib.30.tract.2.num.29.vers.sexto,Sanch.de matrim.lib.2.cap.11.num. 21.vers.sed quid,Sigism.à Bononia de elect.dub.17.nu.13.Dian.par. 4.tract. 2.resol.97.& par.7.tract.2.res.17. & seqq.*Partem negantem, quod non possit dispensari, defendunt *Gutier. Canon.lib.1.cap.3.ad fin.Sayr. de censur.*

sur.lib.4.cap.17.num.23. Barbos.de potest.Episcopi par.2.alleg.39.num.35. qui alios adducunt.

25 Adde ad supradicta, posse Archiepiscopum Metropolitanum vti potestate concessa à *Concil.Trid.tit.cap.6.* circa absolutionem, & dispensationem in casibus, vt supra, cum subditis suorum suffraganeorum in casu suprapositо, ac etiam extra visitationem, quando suffraganeus malitiosè differt absolutionem, vel si subditus appellauit ad Metropolitanum, ita post *Castr.Palau.tom.1. tract.4.disp.4.punct.3.§.1.nu.7.Dian. par.7.tract.2.resol.7.* sed aduerte, melius dicendum esse, non ex eo solùm, quod suffraganeus denegat, vel differt absoluere, vel dispensare deuolui iurisdictionem ad Metropolitanum, sed quando subditus suffraganei à prædictis appellat; tunc enim rectè per appellationem deuoluitur iurisdictio ad Metropolitanum.

SVMMARIVM.

1 *Absoluit Archiepiscopus dum visitat in casu appellationis subditos impeditos accedere ad Vrbem à casibus, & censuris Sanctissimo reseruatis.*

2 *Absoluit Archiepiscopus à casibus Sanctissimo reseruatis cum reincidentia, quando impedimentum non est perpetuum, & quomodo.*

3 *Absolui potest ab Ordinario impeditus à qualibet censura.*

4 *Absoluit Ordinarius impeditos à censuris reseruatis, secus à suspensione, & interdicto, & quare.*

5 *Impeditus quis dicatur ad finem, vt possit absolui per Ordinarium, vel Archiepiscopum visitantem à censura Papali.*

Mortis periculum prebet impedimentum ad hoc, vt quis possit absolui per Ordinarium à censura Papali.

Infirmitas longa impedimentum sufficiens est ad hoc, vt quis possit absolui per Ordinarium à censura Papali.

Paupertas prebet impedimentum sufficiens ad hoc, vt quis possit absolui per Ordinarium à censura Papali.

Ætas in sene, & impubere est sufficiens ad hoc, vt quis possit per Ordinarium absolui à censura Papali.

Sexus fœmineus est sufficiens pro obtinenda absolutione censura Papalis ab Ordinario.

Subiectio, & quæsit sufficiens pro obtinenda absolutione censura Papalis ab Ordinario.

Cura animarum, vel dominij temporalis, quando sit sufficiens pro obtinenda absolutione casus Papalis ab Ordinario.

Debilitas quãdo sufficiens sit pro obtinenda absolutione casus Papalis ab Ordinario.

Impedimentum Canonicum quodnam sit ad hoc, vt quis à censura Papali possit absolui ab Ordinario, remittitur arbitrio prudentis.

6 *Impeditus, qui potest absolutionem ab Vrbe petere per nuncium, an absolubilis sit ab Ordinario.*

7 *Absoluendi à censuris subditos suffraganei facultas concessa Archiepiscopo visitanti, & in casu appellationis, extenditur ad casus Bullæ Cœnæ.*

8 *Absoluendi à censuris Papalibus impeditos facultas, non intelligitur concessa Vicario sine speciali mandato.*

ARGVMENTVM.

De auctoritate Archiepiscopi visitantis in absoluendo à casibus, & censuris Papalibus, & Bullæ Cœnæ subditos suffraganei.

CAP. CLV.

1 Habet quoque Archiepiscopus Metropolitanus facultatem similem positæ in *Cap præcedenti*, absoluendi nempè subditos suorum suffraganeorum, & ipsos suffraganeos, dum actu visitat Prouinciam &

& Diœcesim suffraganei, & in casu legitimæ appellationis, impeditos accedere ad Vrbem, à casibus omnibus, & censuris Sanctissimo reseruatis, docet *Sanch. lib. 4. Decal. cap. 38 num. 15. & 16* qui alios allegat, & sequitur *Duard. in comment. ad Bull. Cœn. Domini lib. 3. §. 2. q. 10. num. 52. in fin.* ea ratione, quia dum Archiepiscopus actu visitat Diœcesim suffraganei, & in casu legitimæ appellationis, habet iurisdictionem episcopalem in ea Diœcesi, quæ censetur tanquam sua; deducitur hæc facultas ex *text in cap. 1. cap. mulieres, cap. ea noscitur, cap. quamuis, cap. quod de his, et cap. de cætero de sent. excomm.*

2 Archiepiscopus potest absoluere impeditos in casu prædicto, hac tamen cum aduertentia, quod si impedimentum non sit futurum perpetuum, sed ad tempus, tunc absoluit cum reincidentia, & impedimento durante, cum cautione iuratoria ab impedito præstanda, quod cùm primùm potuerit, coram Sanctissimo se præsentabit pro absolutione, mandatum Apostolicū recepturus, aliàs reincidat eo ipso in eandem reseruationem, vel censuram: Si verò impedimentum est perpetuum, potest absolutè, & simpliciter absoluere, aduertit post alios *Dian. par. 7. tom. 10. resol. 23. Thes. in prax. Ecclesiastic. par. 1. cap. 24. vers. respondeo 2.* & colligitur ex præcitatis textibus, *& cap. de monialibus eod. titul. de sent. excom. & cap. eos, qui eod. titul. lib. 6.*

3 Nota, quod licèt præcitati *tex.* loquantur de excommunicatione incursa ob percussionem ecclesiasticæ personæ, tamen DD. cōmuniter extendunt eandem facultatem absoluendi impeditos ab omni excommunicatione, quia militat eadem ratio periculi animæ, *Syluestr.* verbo *absolutio 4. num. 7. Fel. in cap. quamuis de sent. excomm. Nauar. cap. 37. nu. 89. vers. ad primum, Sayr. lib. 3. cap. 28. nu. 39. Coninch. disp. 14. num. 241. Auila par. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 6.* & est *tex. in cit. cap. eos,* qui probat, latè *Duard. ad Bull. Cœn. Domini lib. 3. §. 2. q. 8. nu. 9. & seqq.*

4 Nota etiam, hoc priuilegium cōcedi secundum magis probabilem sententiam impeditis, vt possint tantùm absolui ab excommunicatione Papæ reseruata, secus tamen à suspensione, vel interdicto, quia hoc priuilegium est concessum, ne quis diu arceatur à Sacramento pœnitētiæ, sed interdictum, & suspensio nō arcent absolutè à Sacramento pœnitentiæ recipiendo; ergo, ita probat *Thes. cit. loc. vers. amplia primò in fin.*

5 Dicitur quis impeditus, vt valeat absolui ab excommunicatione Papali ab Archiepiscopo visitante, vel ad eum appellando, vt supra: Primò ratione periculi mortis in itinere, *Cap. si quis suadente cū alys de sentent. excomm.* Secundò infirmitatis longæ, etiam non periculosæ, *Cap. quod de his de sent. excomm.* Tertiò ratione paupertatis, nam si quis mendicare soleat, non tenetur Romam petere mendicando, ita intelligitur *tex. in cap. ea noscitur de sentent. excomm.* Quartò ratione ætatis, siuè senilis, *cit. cap. ea ratione,* siuè impubertatis, *Cap. quamuis eod. cit. titul.* Quintò ratione feminini sexus, *Cap. mulieres eod. titul.* Sextò ratione subiectionis, vt est in filiosfamilias, & seruo, quādo sine patris, vel domini præiudicio Papam adire non possunt, *Cap. relatum de sentent. excom.* dubitat tamen de filijsfamilias non impuberibus *gl. in cit. cap. mulieres vers. sui iuris,* Septimò ratione curæ animarum, vel temporalis dominij, quando subditorum periculum timetur, *Cap. ne pro dilatione de pænit. & remiss.* Octauò ratione debilitatis in vitiis delicatis, qui labores itineris non possunt sustinere, *Cap. quamuis de sent. excom,* vel ratione debilitatis in membris, vt est in cæco, vel claudo, *Cap. ea nascitur de senten. excomm.* Nonò ratione cuiuslibet canonici impedimenti, quod arbitrio prudē-

tis

tis cēsetur legitimum, vt causa subueniendi parenti grauiter indigenti, vxorem alendi, vel filios, exercendi aliquod publicum munus ratione officij, quod geritur, quando sine graui detrimento publico, vel priuato deseri non potest, declarat post alios *Duard. in Bull. Cęn. Domini lib. 3. §. 2. q. 8. num. 2.*

6 Dubitatur in his terminis, an impeditus accedere ad Vrbē, qui potest absolutionem petere per nuntium, & procuratorem, possit absolui ab inferiore ratione impedimenti.

Respondetur, duplicē in hoc dubio adesse sententiam; tenet vna posse absolui, quia impeditus non obligatur à iure ad mittendum procuratorem pro absolutione, ita *Hurtad. de excommun. disp. 15. diff. 3. num. 10. Dian. par. 4. tom. 4. resol. 58. & par. 7. tom. 18. resol. 23. Henriq. lib. 6. cap. 9. nu. 7. Auila par. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 6. §. secundò nota, & aly*: contrariam sententiam, quod impeditus, qui potest absolutionem petere per procuratorem, vel epistolam à Papa nō possit absolui ab inferiore, docent *Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. punct. 2. num. 4. Barbos. de potest. Episcopi alleg. 41. num. 7.* & ita practicari testatur *Thes. in prax. ecclesiast. par. 1. cap. 24. vers. amplia 3. in fin.*

7 Ampliatur hæc facultas absoluēdi impeditos subditos suffraganci, dum actu visitat, vel aliàs in casu appellationis legitimæ, vt supra, vt possit Archiepiscopus absoluere, etiam à casibus, & censuris Bullæ Cęnæ Domini, docet post *Sanch.* per eum citatum, *Duard. in ead. Bull. Cæn. lib. 3. §. 2. q. 10. sub num. 52.*

8 Aduerte, quod hæc facultas absoluendi impeditos ab excommunicatione Papali non competit Vicario Generali sine speciali mandato, quia est concessio exorbitans, & materiæ arduæ, *Sbroz. de off. Vicar. lib. 2. q. 108 nu. 1. Thesaur. cit. loc. vers. amplia 2. circa med.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitica iurisdictio ad aliquos casus non extenditur.*

2 *Archiepiscopus habet iurisdictionem in causis subditorum suffraganei.*
Archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos suffraganei extra casus à iure ipsi specialiter demandatos, etiam ipsis volentibus, nisi consentiat etiam suffraganeus.

3 *Archiepiscopus non habet iurisdictionem in suffraganeos, nisi in casibus à iure expressis, quid si vltra procedatur.*

4 *Archiepiscopus non habet iurisdictionem cum alys ad litem non venientibus, licèt in causa appellata habeat cum partibus.*

5 *Archiepiscopus non potest cognoscere de nullitate sententiæ suffraganei, nisi praecedente appellatione.*

6 *Archiepiscopus non potest adiri à subditis suffraganei per viam querelæ, vbi declara quomodo intelligatur.*

7 *Archiepiscopus non potest cognoscere per viam restitutionis in integrum, sed tantùm appellationis.*

8 *Archiepiscopus non potest suffraganei subditum restituere in integrum ad appellationem non interpositam.*
Restitutio in integrum petenda est corā iudice à quo, vbi an corā superiore.

9 *Archiepiscopus non potest se ingerere in causis in prima instantia.*

10 *Archiepiscopus non potest cogere subditos suffraganei ad acceptandam suam delegationem.*
Archiepiscopus non potest cogere subditum suffraganei ad exequendum eius sententias, & mandata, neque ad subyciendum se examini.
Archiepiscopus quid agere debeat pro executione suæ sententiæ.

11 *Archiepiscopus si conueniat subditum suffraganei coram eo, appellatur in causa ad superiorem Archiepiscopi.*

12 *Archiepiscopus non potest pontificalia exercere in Ecclesys suffraganei ex decreto S. Congregationis.*

13 *Archiepiscopus non sedet in Cathedra supe-*

superiori coram Nuncio, sed inter Canonicos.

14 *Archiepiscopus nõ potest vti mozzetta, et cruce præsente Legato in ciuitate.*

15 *Archiepiscopus non potest iudicare in causis vertentibus inter Episcopos suffraganeos.*

16 *Archiepiscopus non potest remittere denunciationes solitas præmitti matrimonio inter subditos suffraganei, vbi quid in causis appellationis.*

Archiepiscopus potest dare licentiam assistendi matrimonio subditorum suffraganei in casu, quo negetur ab illo.

17 *Archiepiscopus non potest vnire Ecclesias suorum suffraganeorum, vbi declara quomodo intelligatur.*

18 *Archiepiscopus neque visitando potest chrismare, ordines conferre, vel dimissarias concedere, & quare.*

19 *Archiepiscopus visitando non potest contentiosam iurisdictionem exercere, nisi in criminibus notorijs & contra impedientes iurisdictionem.*

20 *Archiepiscopus an charitatiuum subsidium exigat à subditis suffraganeorum.*

21 *Archiepiscopus non potest infeudare in Prouincia res infeudari solitas.*

22 *Archiepiscopus an possit, & quomodo consensum, seù licentiam, & institutionem à suffraganeo denegatam concedere.*

23 *Archiepiscopus neque per se, neque per alium in loco exempto iurisdictionem exercere potest; quid in ijs, qua non sunt iurisdictionis.*

ARGVMENTVM.

De multis, quæ Archiepiscopo prohibentur.

CAP. CLVI.

1 Multa notant DD. non posse Archiepiscopum facere, siuè illius iurisdictionem metropoliticã in multis non se extendere; quæ omnia sparsim posita sũt apud scribentes, & hic vnitim sunt redigenda.

2 Primò constituunt regulam, nempè, Archiepiscopum habere limitatã iurisdictionem in causis subditorum sui suffraganei, *Card. Alex. in cap. vt debitus num. 29. de appellat. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 3. num. 7.* Nec habere iurisdictionem in subditos suffraganei, nisi in certis casibus, *Cap. pastoralis de off. iud. ordin.* ibi: *cum in eum (exceptis quibusdam articulis) nullam habeat potestatem, licèt Episcopus suus eidem sit metropolitana lege subiectus, egoipse in prax. 1. par. annot. 49. num. 1.* & extra casus à iure specialiter demandatos nullam habere iurisdictionem Archiepiscopũ in subditos suffraganei, probat *Barbos. de Iure Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 51. per tex. in cap. 1. de supplen. negl. Prælat. cap. venerabilibus de sent. excomm. in 6.* quod extendit, procedere etiam volentibus dictis subditis, nisi accedat etiã consensus suffraganei, *Scac. de appellat. q. 19. remed. 2. nu. 54. & q. 17. lim. 47. membr. 3. num. 11. Abb. in cap. pastoralis num. 5. de off. ordin.* latè *Grat. discep. for. cap. 169. Seraph. decis. 1212. num. 1. & 2.*

3 Idem etiam in ipsos suffraganeos nullam habere iurisdictionẽ Archiepiscopum, nisi quatenus expressum in iure reperitur, & ideo illi procedere volenti responderi posse, quia sufficit, quod casus iste non inueniatur expressè concessus, docet per *gl. in verbo mensæ suæ in clem. si vna de reb. Eccles. non alien. Host. in cap. 2. de translat. Episc.* & testatur *Barbos. cit. cap. 7. num. 45. Scacc. de appell. q. 8. num. 98. vers. declara* 4. testans, ita declarasse *Sacram Congregationem* facta prius relatione *Clementi VIII.* ac de eiusdem mãdato viuæ vocis oraculo desuper habito, vt latius supra *Cap. 87. num. 2.*

4 Secundò licèt dictum sit supra, Metropolitanum iudicare inter subditos suffraganei in causa ad se ap-

pellata; tamen hic notandum est, hoc casu habere iurisdictionem inter ipsas partes collitigantes; non tñ cum alijs personis ad litem non venientibus, nec facientibus, *egoipse in prax. annot.49.num.4.* vbi etiam quid inter testes, de quo etiam supra.

5 Tertiò Archiepiscopus non potest cognoscere de nullitate sententiæ inter subditos suffraganei absque appellatione, *Franch.in cap.1. §. post hæc sub num.7. vers.sed aduerte de appellat.in 6.& in cap.dilecto 63.sub nu. 67.vers.secundus casus eod.titul.in antiq. Sebast. Cæsar in relect. de Ecclesʃ. Hierarch.par.2.disp.5.§.1.nu.14.Barbosʃ.de iure Ecclesʃ.lib. 1.cap.7.num.67. egoipse in prax.annot.49.num.45.*

6 Quartò non potest adiri Archiepiscopus à subditis suffraganei per viam quærelæ sine appellatione, ita post *Card. Alex.Gemin. Scac.et alios*, quos refert, & sequitur *Barbosʃ. cit. cap.7.num.67.in fin.egoipse cit.loc. nu. 8.* Sed hoc intellige, & declara duobus modis; primò, quando suffraganeus non fuit ter requisitus, quia si fuit ter requisitus, & recusauit iustitiam ministrare, dat iustam causam appellationi, & grauatus per viam appellationis à denegata iustitia recurrere potest ad Metropolitanum, de quo supra. Secundò intellige ad finem, vt valeat Metropolitanus de causa cognoscere, & illã ad se auocare, quod non potest; non tamen ad finem, vt valeat Metropolitanus requisitus per viam quærelæ, mandare suffraganeo, quod iustitiam ministret, vt tenetur, illique præfigere competẽtem terminum, intra quem causam determinet, quod benè facere potest Metropolitanus, quem adijt subditus suffraganei per viam quærelæ, ita post *Fel.in cap. pastoralis sub num 6.ad fin.de off.ordin. Scacc. de appellat.q.17.lim.1.num.57. in fin.* & pluries seruaui, ego in praxi, dum officium Vicariatus generalis curiæ Archiepiscopalis meæ famigeratæ ciuitatis Capuæ exercebam.

7 Quintò non potest Archiepiscopus cognoscere inter subditos suffraganei per viam restitutionis in integrum aduersus sententiam suffraganei, quia Archiepiscopus non potest adiri, nisi per viam appellationis, *egoipse* post alios per me adductos in *prax.annot.49.num.9.*

8 Hinc si subditus suffraganei priuilegiatus non appellauerit, non potest Archiepiscopus Metropolitanus illum restituere in integrum aduersus appellationem non interpositam coram suffraganeo; hæc enim restitutio est petenda corã iudice à quo, vt tradunt *Bart.cit. & Bal.in l. præses C.de appellat.Ruin.consil.120.num. 7. lib.5.Aufre.ad Capell.Tho. decisʃ.393. Franch.in cap.ex ratione num. 57.de appellat.Mil. in repert.* in verbo *index quis adeundus, Anch.in cap.fin.in 6.q. de rest.in integr.Vest.lib.8.cap.3. num. 13, Sforz.Odd.de rest. in integr. par.2. q. 69. art.7. num.41.* vbi id declarat, posse etiam peti hanc restitutionem coram Principe superiore, per *tex.in l.1.C.si sequestr.postul.* hinc dixi *ego in cit.num. 9.in fin.* posse etiam peti coram Sanctissimo.

Sextò Archiepiscopus Metropolitanus licèt habeat iurisdictionem ordinariam in Prouincia, *Specul.titul. de off.ordin.§.1.num.1.lib. 1.partic. 1. fol.39.* quem refert, & sequitur *Scac. de appell.q.19.remed.1.concl. 6.nu.80.* tamen non debet, nec potest se ingerere in prima instantia causarum, quæ agitantur coram eius suffraganeis, *Zerol.in prax.* verbo *appellatio vers.ad decimum, egoipse in prax.annot.49.num.45.*

10 Septimò Archiepiscopus non potest cogere subditos suffraganeorum suorum ad acceptandam eius delegationem, *Cap.pastoralis de off.ordin.* neque ad exequendas suas sententias, & mandata, *Cap.1. §. neque suffraganeorum de for.compet.in 6.* neque quod subijciant seipsos examini in causa corã ipso Archiepiscopo vertente. *gl.in cap.1.§.neque suffraganeorum,*

rum, in verbo *suscipere de for. compet. in 6.* quamuis possit cogere ipsum suffraganeum Episcopum, vt compellat subditũ suum ad talia facienda, *Grat. discept. for. cap. 169. Seraph. decis.* 1212. *num.* 2. & 3. & dictum est supra; & nolente suffraganeo parere, tunc eius potestas in hoc ad ipsũ Archiepiscopum deuoluitur secundum opinionem, quem contra *Abba.* tenet vniuersus mundus, vt loquitur *Fel. in cit. cap. pastoralis sub nu. 6. vers. vniuersus mundus*, *Grat. cit. loc. num. 6. Seraph. decis* 1212. *num.* 3. *Genuens. in prax. cap.* mihi 88. *num.* 3. vt latius dictum est supra *Cap.* 145. per totum.

11 Nonò quando Metropolitanus conuenit subditum sui Episcopi suffraganei coram eodem Episcopo, tunc non appellatur ab Episcopo ad Metropolitanum, quia esset appellare ad aduersarium, sed appellatur ad superiorem Metropolitani, *Anch. in cap. anteriorum num.* 12. 2. *q.* 6. *Abb. in cap. dilecti il 3. num.* 13. & *Franch. num.* 17. *de appellat Gemin. in cap. Romana* §. *ab Archidiaconis nu.* 4. *de appell. in 6. Scacc. de appell. q.* 7. *num.* 107. *circa med.* Barbos. *cit. cap.* 7. *num.* 70.

12 Decimò Archiepiscopus non potest Pontificalia exercere in Ecclesijs suffraganeorum absque licentia Episcopi ordinarij, referunt, voluisse *Sacram Congregationem Episcoporum, & Regulariũ* 18. *Aprilis* 1599. *Aldan. in compend. Canon. resol. lib.* 1. *titul.* 8. *num.* 26. & Barbos. *summ. Apostolicarũ decis.* verbo *Archiepiscopus num.* 5. qui cõtrarium tenet *de iure Eccl. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 130. quicquid sit de iure, vt supra *cap.* 21. *num.* 22.

13 Vndecimò Archiepiscopus non sedet in Cathedra superiori coram Nũcio, sed inter Canonicos in eminentiori loco, referunt decisum per *Sacram Congregationem Rituum* in *Taurinen.* 9. *Maij* 1593. *Aldan. cit. loc. num.* 14. & *Barbos. vbi supra num.* 9.

14 Duodecimò Archiepiscopus non potest vti cruce, nec mozzetta præsente Legato in Ciuitate, voluit *Sacra Congregatio Rituum* 10. *Octobris* 1601. & referunt *Aldan. num.* 12. & *Barbos. nu.* 10. *cit. loc.* & dictum est supra suo loco.

15 Decimotertiò Archiepiscopus nõ potest iudicare in causis vertentibus inter Episcopos suffraganeos, resoluit *Aldan. in compend. Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. vbi testatur, ita fuisse decisum in *Sacra Congregatione causis Episcoporũ præposita in: vna Regien.* 31. *May* 1588. quod intellige in ijs, in quibus specialiter ei non competit iurisdictio.

16 Decimoquartò. Archiepiscopus Metropolitanus non potest remittere denunciationes solitas præmitti ante matrimonium per *Concil. Trid. sess.* 24. *de ref. matr. cap.* 1. inter subditos sui suffraganei, *Franc. Mol. de ritu nupt. lib.* 2. *diff.* 11. *num.* 34. *Barbos. de potest. Episcopi par.* 2. *alleg.* 32. *n.* 34. quod intellige, dũmodo negotiũ nõ sit ad eum deuolutum per appellationem, quia tũc dicitur Ordinarius, & potest denunciationes remittere, sicut dicitur, posse Archiepiscopum dare licentiam assistendi matrimonio, quando illam negaret Episcopus iniustè, & fuisset ad eum appellatum à denegatione, *Sanch. de matr. lib* 3. *disp.* 28. *num* 4.

17 Decimoquintò Archiepiscopus Metropolitanus nõ potest vnire Ecclesias suorum suffraganeorum, aduertit *Fusc. de visit. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 19. quod intellige extra visitationẽ, & extra casum, de quo *cap.* 101. & restringe, non habere locũ, quãdo vnio ex iusta causa fuerit petita corã suffraganeo, qui denegauit vnire, & proinde fuit appellatum ad Metropolitanum, qui tunc potest vnire, & quod non possit vnire, vide etiam *Barbos. in collect. ad cap. sicut vnire nu.* 6. *de excess. Prælat. Caccialup. de vnionib. art.* 3. *num.* 16.

18 Decimosextò, Archiepiscopus, nec dum actu visitat potest subditos suffraganei ordinare, vel dimissorias

concedere ad ordines, neque chrismare, cùm id à iure ei non reperiatur permissum, ita post *Frāch. & Gemin. in cap. fin. de censib. in 6.* & alios relatos, docet *Barbos. de iure Ecclef. lib. 1. cap. 7. num. 92. Quarant. summ. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctoritas vers. 33.*

19 Decimoseptimò, Archiepiscopus Metropolitanus, dum visitat Prouinciam, non potest vltra iurisdictionem visitandi exercere iurisdictionem contentiosam in subditos suffraganei, nisi in duobus casibus, nempè in criminibus notorijs, & contra impedientes eius iurisdictionem, notant *Quarant. cit. vers. 33. & Barbos. dicto num. 92.* prout latius *cap. 72.*

20 Decimoctauò Archiepiscopus Metropolitanus regulariter non potest extra Diœcesim suam, & ab Ecclesijs suæ Prouinciæ exigere charitatiuum subsidium, & hoc intellige primò, vt non possit compellere subditos suffraganeorum ad charitatiuum subsidium, benè tamen potest illos monere, est *tex. in cap. Romana in fin. de pœnit. & remission.* vbi solùm permittitur Metropolitano, quod possit monere subditos suffraganei ad charitatiuum subsidium, ita *Host. & Domin. in eod. cap. Romana vers. quaero quare.* Secundò intellige, contrarium esse verius, quando consuetudo legitima permitteret Metropolitano exactionem charitatiui subsidij à subditis suffraganeorum; tunc enim liberè potest iuxtà consuetudinem exigere subsidium prædictū, probat latè *Bellen. de charit. subsid. q. 2.* per totum, & signanter *num. 7. per tex. in extrauag. Benedicti 12. vas electionis §. præmissis* in verbo *vel consuetudine*, & in *eod num. 7.* dicit idem *Bell.* post *Ant. Innoc. & Host.* quod si subditi suffraganei Archiepiscopo Metropolitano denegarent charitatiuum subsidium, vel hospitium, ab eis ex gratia petenti, non Archiepiscopus, sed Episcopus suus eos punire poterit, quia inhumaniter se habuerunt contra suum Archiepiscopum, ita *Bell.* qui *q. 30. nu. 2.* contrarium tenet, nempè, posse Archiepiscopum exercere censuram in hoc casu.

21 Decimononò, Archiepiscopus Metropolitanus non potest infeudare res solitas infeudari in sua Prouincia, licèt possit in sua Diœcesi, *tex. & DD. in cap. 1. de Cler. qui inuest. facit*, docet *Redoan de reb. Ecclef. non alien. rub. 1. cap. 28. num. 37.*

22 Vigesimò dicimus communiter, Archiepiscopum non posse dare cōsensum, vel licentiam, quam Episcopus suffraganeus dare recusauit, quod benè probatur ex *Cap. nullus de iurepatron.* & latè declarat *Lambert. de iurepatron. 2. par. lib. 1. art. 20. par. 9. num. 1. & seqq.* qui etiam dicit *lib 2. par. 2. quæst. princip. 8. art. 17. nu. 3.* Episcopo nolente instituere, non posse Archiepiscopum per se ipsum institutionem supplere, licèt in his casibus possit Episcopum suffraganeum compellere existente legitima causa, vt consensum, siuè licentiam præstet, vel instituat: hanc conclusionem moderamus duobus modis; primò cum *eod. Lamber. cit. art. 20. nu. 41.* q licèt nō possit Archiepiscopus ipse per se licentiam, vel consensum dare, sed tantùm compellere Episcopum ad consentiendum; tamen si causa est multū fauorabilis propter aliquod bonum emergens, quod bonum aliter non succederet, poterit etiam ipse Archiepiscopus consensum, vel licentiā dare. Secundò, q si à denegatione licentiæ consensus, vel institutionis interponatur appellatio à suffraganeo ad Metropolitanum, tunc quia Metropolitanus succedit in iurisdictionem, & iurisdictio ad eum deuoluitur, potest per se ipsum instituere, consensum, vel licentiam præstare inter subditos suffraganei, vt sepè repetitum est supra.

23 Vigesimoprimò Archiepiscopus in loco exempto, neque per se, neque per alium iurisdictionem exercere po-

1 potest, vt post *Rot. decis.* 145. *par.* 2. *diuers.* notat Belle*ct. disq. Cler par.* 1. *tit. de iurisd. Abbat. S. Michael. de Clus.* & *cat. S. vnic. nu.* 12. & licèt possit per totam Prouinciam, etiam in loco exempto benedicere populo, & Pontificalia exercere (quæ declara, vt supra) ea tamen, quæ sunt iurisdictionis non potest sine licentia ordinarij Episcopi, vel superioris loci exempti, *gl. in clem. Archiepiscopo de priuileg. Pauin. de visit. par.* 2. *q.* 4. *Quarāt sum. Bull.* verbo *Archiepiscopi auctor. vers. trigesima*, *Couar. pract. qq. cap.* 9. *sub nu.* 2. *Meroll.* 3. *par. disp.* 7. *cap.* 5. *titul. de iurisd. Episcop. dub.* 22. *num.* 566.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest renunciare Archiepiscopatum.*
2 *Archiepiscopatus renunciandi causæ quæ sint.*
3 *Archiepiscopatus, & Episcopatus renunciandi causæ eadem sunt.*
4 *Archiepiscopatus per procuratorem renunciari an possit, & in cuius manibus.*

ARGVMENTVM.

De Archiepiscopatus renunciatione facienda, & modo.

CAP. CLVII.

1 Archiepiscopū posse renunciare Archiepiscopatū, habemus casum in *Cap. ad supplicationē, & cap. sequenti de renunciat.* vbi *DD.* communiter, & probatur ratione; absolutum est in iure, beneficium ecclesiasticum posse renunciari, vt colligitur ex *toto titul de renunciat. extr. in* 6. *& clem.* cùm vnusquisq; possit renūciare beneficiū sibi cōpetens, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus, *Paris. de resignat. benef. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 1. *&* 2. sed Archiepiscopatus est beneficium ecclesiasticum, vt docet *Selu. de benef. par.* 1. *q.* 1. *nu.* 41. *Hoied. de incompatib. benef. in præfat. num.* 7. ergo Archiepiscopatus potest renunciari, tenet *Paris. cit. loc. num.* 48. qui *num.* 60. dicit, quod hæc renunciatio debet fieri simpliciter.

2 Verùm hæc renunciatio non potest fieri ad libitum, sed requiritur causa iusta; & plures dicuntur ad hoc iustæ causæ, de quibus in *Cap. nisi cum pridem de renunc.* quę omnes causæ restringuntur per *gl. in princip. eiusdem tex.* his versibus.

Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis:
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

3 Et licèt *tex. in cit. cap. nisi cum pridem* dicat, prædictas esse iustas causas renunciandi Episcopatum, tamē cùm in hoc casu in dispositione loquente de Episcopatu comprehendatur Archiepiscopatus, cū Archiepiscopus non dicatur, nisi summus Episcopus, ideo illæ iustæ causæ sunt etiam in renūciatione Archiepiscopatus, faciunt dicta per *Paris. de resignat. cit. loc. num.* 50. *&* 51. & est casus *cit. cap. nisi cum pridem.*

4 Ampliatur conclusio, non solùm posse per se ipsum Archiepiscopum renunciare, sed etiam per procuratorem, probatur ex *Clem. vnica de renunc.* refert *Paris. de resignat. benefic. lib.* 9. *q.* 2. *sub num.* 1.

Limitatur tamen, vt non nisi in manibus Papæ hæc renunciatio fieri possit, de iure communi decidicur diuersis in locis, relatis per *Paris. de resignat. lib.* 7 *q.* 11. *num.* 17. *& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopis inter se beneficia simplicia permutare volentibus, an Archiepiscopus super hoc iudicare possit.*
2 *Permutatio beneficiorum facienda per Episcopos coram Archiepiscopo requirit causas permutationis, & quas.*
3 *Permutatio beneficiorum per Episcopos coram Archiepiscopo facienda est purè, sine pensione, & onere.*
4 *Permutatio beneficiorum per Episcopos coram Archiepiscopo facienda, requirit consensum interesse ha-*

...beneficiorum, veluti patronorum.

5 Permutatio beneficiorum per Episcopos coram Archiepiscopo facienda, requirit, quod resignatio fiat de vtroque beneficio ad finem permutandi.

ARGVMENTVM.

An, & quomodo permutare possint inter se Episcopi simplicia beneficia corã Archiepiscopo.

CAP. CLVIII.

1 DVbitari potest etiã in hac materia, si duo Episcopi suffraganei cum dispensatione Apostolica possideant beneficia simplicia in suis Diœcesibus & velint illa inter se permutare, an id possint coram Archiepiscopo Metropolitano.

Respondetur affirmatiuè, posse Episcopos suffraganeos permutare in tali casu coram Metropolitano, qui quoad hoc instar proprij Episcopi habetur, secundum opinionem *Suar. de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 32. nũ. 9. Filiuc. tract. 45. cap. 7. q. 8. num. 20.* quos refert, & sequitur *Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 15. 177. in fin.*

2 Verùm hanc facultatẽ habet Archiepiscopus, dummodo concurrant requisita, quæ concurrere debent in permutatione faciẽda corã Ordinario. Primò, q̃ cõcurrat iusta causa, quam Archiepiscopus diligẽter examinare debet, *Cap. quæsitum de rerum permut. Rebuff. in prax. titul. de permut. Garz. de benef. par. 11. cap. 4. num. 44.* & alij communiter, & hæc causa debet esse necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, non autem personarum, secũdum *Boer. decis. 205. num. 7. Zeral. in prax. Episcop.* verbo *renunciatio, seu permutatio § 3. dub. 5.* & aliorum; vel sufficit, si concurrat necessitas, vel vtilitas ipsorum permutantium, modò non resultet Ecclesiæ damnum, puta propter inimicitias, aerem pestilentem, & similia; imò sufficere si concurrat causa ex parte vnius ex compermutantibus, vt post *Ricc. & Garz.* & alios, quos refert, tenet *Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 5. num. 172.*

3 Secundò requiritur, quod talis permutatio purè fiat, & sine pensione, onere, vel alio pacto, ita vt damnetur pactum, quod vnus permutantium soluat omnes expensas, vel expediat bullas suis sumptibus, *Suar. cit. loc. lib. 4. cap. 33. num. 4. Less. de iust. lib. 2. cap. 35. num 86. Filiuc. tract. 45. cap. 7. num. 26. Bonac. de simonia q. 4. §. 12. num. 8. & 9. Barbos. vbi supra nu. 179. & seqq.*

4 Tertiò requiritur consensus illorum, ad quos collatio, electio, seù præsentatio beneficiorum permutandorum pertinet ratione eorum interesse, ex quo est, quod si permutatur beneficium de iure patronatus, non potest exequi sine consensu partiũ, *gl.* verbo *collationem cap. vnico de rer. permut. in 6.* vbi *Franch. num. 6. & seqq Suar. cit. loc. cap. 32. num. 12. Garz. de benef. par. 11. cap. 4. num. 72. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 10. nu. 369. Grat. discept. for. cap. 835. Rot. in Gennen. beneficij de Agulana 8. Martij 1627. & 21. Februarij 1628. coram D. Pironano.*

5 Quartò requiritur, quod interueniat resignatio in manibus Metropolitani ad finem permutandi, & q̃ per ipsum Metropolitanum fuerit admissa de vtroque beneficio permutando, *Garz. cit. cap. 4. nu. 83. Barbos. vbi supra num. 183.* & quod litteræ permutationis simul expediantur, *Rot. decis. 7. de consuet. in antiq. Vgol. de off. Episcopi cap. 50. §. 20. num. 3. vers. 3.* quos citat, & sequitur *Barbos. eod. cit. loc. num. 185.* & vltimò requiritur, quod permutatio ipsa publicetur, iuxtà dispositã per *Gregorium XIII. in Bulla* incipiente *humano vix iudicio*, de qua per *Paris. de resignat. lib. 11. in præfat. Quar. summ. Bull.* verbo *beneficior. resignat. publicat. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 21. nu. 1.*

FINIS.

Digitized by Google

RES, ET VERBA OPERIS,

à Summarijs & Argumentis

PER

PETRVM IOSEPHVM BOCCARDO

(Authoris benigna indulgentia) elaboratis, plenè demonstrantur;

& Geminus.

INDEX

Abecedariè repetit[illegible]

Ab.

Apo-

Ap-

Digitized by Google

Ap-

Digitized by Google

Digitized by Google

po-

stito

Ar-

Digitized by Google

B

Be-

Cen-

Google

tates

Digitized by Google

Can-

Con-

Digitized by Google

In-

L

M

Ma-

N

Ne-

O

Pal-

P

Pal-

Par-

Suf-

Te-

Vi-

FINIS.

Errata multa in editione librorum ſemper reperiri notum eſt, maiora verò quando ab impreſſione abeſt Author, vt abfuit ab editione huius libri; ideò ne mirere amice Lector varios irrepſiſſe errores. Principaliores enim corrige, vt infra reliquos humanitati tuæ committo corrigendos.

Errata	Correctiones
FOl.2.n.1.ver.4.beneficior.	beneficiar.
fol.2.n.8.ver.3.proprios	proprias
fol.3.n.5.ver.6.aliorum	aliarum
fol.3.n.8.ver.3.loquitur	loquuntur
fol.4.n.1.ver.8.altos	alios
fol.4.n.1.ver.16.Flamines	Filamines
fol.4.n.5.ver.3.Borcolten.	Borcholten.
fol.4.n.5.ver.7.Marant.	Marta
fol.4.n.5.ver.13.Marant.	Marta
fol.8.n.3.ver.12.diſtiniਕtone	diſtinctione
fol.9.n.3.ver.1.Laimon.	Laiman.
fol.9.n.3.ver.8.Caſſal.	Caſtald.
fol.9.n.3.ver.14.Epiſt.	Epiſc.
fol.10.n.2.ver.3.ne	nempe
fol.10.n.2.ver.29.palllore	pallore
fol.17.n.10.ver.11.Cord.	Card.
fol.17.n.10.ver.15.in poſſe eſſe Archiepi	poſſe Archiepiſcopum
fol.17.n.10.ver.27. Diœceſanũ	Diœceſanam
fol.18.n.7.ver.7.ablacum	oblatum
fol.19.n.10.ver.15.exigrre	preſtare
fol.20.n.5.ver.5.imp onet	imponit
fol.20.n.7.ver.10.tertio,vt	vt tertiò
fol.2.n.7.ver.13.ſpinulis	ſpillis
fol.21.n.2.ver.2.intciſeceiratẽ	intrinſecitatẽ
fol.21.n.3.ver.15.palli	pallij
fol.23.n.1.ver.20.ſolenui.	ſolemni
fol.23.n.5.ver.1.qu	qui
f.23.n.2.ver.21.& alibi ſolẽnis	ſolemnis
fol.14.n.6.ver.12.Criſti	Chriſti
fol.27.n.8.ver.12.Verer.	Vener.
fol 31 n.8.ver.5.Zabor	Zabar.
fol.32.n.6.ver.6.Vrbes	Vrbem.
fol.35.n.3.ver 8.Tiora	Tiara
fol.35.n.5.ver.9.Inſula	Infula
fol.36.n.6.ver.14.viuis	victis
fol.37.n.11.ver.4.femine	fæminæ
fol.37.n.14 ver.10 genera	gemma
fol.38.n.21.ver.14.parer	porar
fol.29.n.27.ver.25.Armendor.	Armendar.
fol.41.n.4.ver.5.Caſſanet.	Caſſanett.
fol 44 n.3.ver.4.effugre	effugit
fol.45.n.4.ver.8.ferendam	ferenda
fol.47.n.1.ver.21.caporro	cap.porro
fol.47.n.2.ver.16.Golet.	Galet.
fol.49.n.15.ver.10.fornace	Tornacet.
fol.49.n.17.ver.10.Angrem.	Angren.
fol.50.in argumento iutandi	iuuandi
fol.51.n.8.ver.vlt.Filic.	Filiuc.
fol.53.n.6.ver.6.Lop.	Lap.
fol.54.n.7.ver.8.eſte	eſt
fol.54.n.10.ver.10.per	poſt
fol.54.n.11.ver.16.gaudet	gaudent.
fol.56.n.3.ver.19.conuen.	commun.
fol.58.in ſumm.n.3.rationale	Nationale
fol.62.n.1.ver.22.læſas	læſos
fol.62.n.4.ver.17.ſolemni	ſolemnitatũ
fol.65.n.15.ver.18.citaſſet	citaſſe
fol.66.n.2.ver.10.ergo	ita
fol.66.n.7.ver.8.aduerrit	aduertit
fol.73.n.8.ver.18.Ronceſualles	Ronchegallis
fol.73.n.9.ver.19.Bunozzet	Dunozzet
fol.73.n.3.ver.8.eſſe	eſt
fol.73.n.2.ver.11.can.	cen
fol.78.n.7.ver.7.Lenic.iurid.	Lexicon.iuris
fol.78.n.2.ver.31. abuſus cognitus	abuſum cognitum
fol.88.n.1.ver.11.permouedi	permanendi
fol.89.in ſumm.n.3.tenuis	tenui
fol.89.n.7.ver.14.Armendor.	Armendar.
fol.89.n.7.ver.15.recap.	recop.
fol.91.n.6.ver.6.præductam	prædictam
fol.92.in ſumm.n.4.&	etiam
fol 92.n.10.ver.penul.Moſſobr.	Maſſobr.
fol.93.n.3.ver.8.Lenic.	lexic.
fol.94.n.2.ver.12.exegit	exigit
fol.95.n.2.ver.7.circumceptum	circumſeptũ
fol.96.n.6.ver.4.Lenic.	Lexic.
fol.96.in ſumm n.3.euudi	eundi
fol.97.n.3.ver.13.alium	ad alium
fol.97.n.3.ver.39.aperre	aperte
fol.48.n.1.ver.14.Volaſc.	Valaſc.
fol.101.n.2.ver.25.Vxapil.	recopil
fol.110.n.1.ver.14.Ludouici Bolognini	Ludouic.Bologninus
ibidem Felnus	Felinus
fol.113.in ſumm.n.4. viſitam Archihiepiſcopus	uiſitante Archiepiſcopo
fol.104.n.1.ver.14.lenic.	lexicon.
fol.115.n.1.ver.5.denunciauit	denunciabit
fol.116.n.5.uer.8.qui	quæ
fol.116.n.2.ver.6.fungitur	fingitur
fol.123.in ſum.n.1.ver.5.alius	aliàs
fol.133.n.2.ver.detraditur	traditur

fol.

fol.145.n.1.uer:18.exercet	exercebat
fol.147.in summ.n.1.& 2.Mei-tropolitanus	Metropolita-nus
fol.146.in summ.n.4.indici.	induci
fol.152.n 9 uer.5.Zard.	Zerol.
fol.151.in sum.n.12.& 8.potest	posse
fol.153.n.12.uer.24.Lezon.	Lezan.
fol.154.n.2.uer.23.Martil.	Marc.
fol.158.in summ.n.4.seminarij erecti	seminario erecto
fol.158.n.2.ver.15.Gaiff.	Gaill.
fol.162.n.4.uer.24 testium	testimoniū
fol.162.n.9.uer.25.conferre	ferre
f.162.n.11.uer.5.& alibi relati	reclam.
fol.163.n.2.uer.1.scriptit	scriptis
fol.164.n.4.uer.1.prædictarum	prędictorum
fol.168.n.7.uer.1.interpolatis	interpollatis
fol.168.n.15.uer.6 Grauat.	Grauat.
fol.172.n.14.uer.19.Mohod.	Mohed.
fol.179.n.5.uer.2.denegantis	denegationis
fol.180.n.12.uer.10.Solgo	Salgati.
fol:181.n.20.uer.10.Recap.	Recop.
fol.187.in sum.n.7.præcedendū	procedēdum
fol.187.in sum.n.6.procedendā	procedēdum
fol.188.n.11.uer.5.irrogore	irrogari
fol.199.n.2.uer.2.excuutionem	executionē
fol.199.n.3.uer.2.habentre	habente
fol.200.n.8.uer.7.& 18.relat.	reclamat.

fol.202.n.2.uer.7.Solgat.	Salgad.
fol.207.n.2.uer.7.Guttier.cor.	Guttier. can.
fol.208.n.8.uer.20.Sinot	Sinit
fol.209.n.16.uer.12.appellari	appellare
fol.221.n.10.uer.19.Nauor.	Nouar.
fol.224.n.1.uer.4.peric.	Breuil.
fol.225.n.3.uer.24 peric.	Breuil.
fol.226.n.3.uer.3.obsalutorij	absolutoria
fol.226.n.6.uer.18.appellat	appellet
fol.229.n.1.ver.24.Malcob.	Massob.
fol.231.n.3.ver.23. adsunt verba	superflua
fol.233.n.7.ver.16.præsope	presepe
fol.234.n.4.ver.2.loquente	loquens
fol.237.n.2.ver.6 Beninc.	Benint.
fol.241.n.2.& alibi vulterius	ulterius
fol 245.n.5.ver.33.se	est particula
fol.246.n.5.ver.33.Apostolus	superflua
fol.248.n.1.ver.15. & alibi vl-terius	Apostolos ulterius
fol.253.n.10.uer.15.eg oipse	ego ipse
fol.255.n.2.uer.7.medijs	uerbis
fol.261.n.2.uer.7.iudicem	iudice
fol.262.n.1.uer.4.facto	factum
fol.266.n.4.uer.43.fideliber	fideliter
fol.268.n.5.uer.7.pellans	appellans
fol.269.n.4.uer.8.Dieecesi	Diœcesi
fol.277.n.2.uer.50.milier	milite r
fol.292.n.21.uer.2.infedurare	infeudare

Digitized by Google

Digitized by Google